
00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

REG. CAMERAL. BIBLIOT.

DOMITIVS CALDERINVS IOANNI FRANCISCO LODOVICI PRINCIPIS MANTVANI FILIO SALVTEM.

NON fuiſſent tot exemplis editi cõmentarii noſtri quos ſupiore æſtate emiſeramus: niſi tu magna ex parte ipuliſſes: qui Martialis & ingenium amas: & iocos in ſago ac caſtris aliquãdo legere ſtatuiſti: nã quum Homer⁹ mantuanus ciuis tuus: quem græcũ Alexander ꝑpetuum comitem habuit int tubas tantũ canat: Nunc quoniã ocium eſt a bellis illi⁹ lectione intermiſſa huius ſalib⁹: quem uer⁹ ĩperator Maroné ſuũ appellabat animũ ĩ æſtiuis relaxabis: Hæreditaria.n.tibi ſtudia ſunt: nec ab his diſcedere potes: niſi cum maioribus tuis: tũ Lodouico patre doctiſſimo principe te indignũ filiũ fateri uelis: ſed quũ domeſticã laudé ac nobilitaté facile ſuſtineas humãitate: prudentia: rei militaris induſtria: ſtudio quoque litterarũ: quæ a domo tua omni tẽpore cultæ & ornatæ fuerũt dignũ te ꝑſtas Gonzaga familia: Frãciſcoq; in primis cardinali fratre q dignitate: omniũ in ſe beniuolẽtia: ſingulari uirtute quod accepit a familia nominis uel illuſtrauit uel certe integrũ ꝑpagabit in poſteros. Vnũ illud abs te magis atque magis peto & ſi pateris cõtẽdo ut ſi forte inſcripta incideris: quibus laborũ noſtrorũ accuſatio cõtineatur: loca de quibus diſputabit cõferas: nec quod ego dixerĩ ex calũniatoribus audias potius q̃ ex cõmẽtariis noſtris cognoſcas. Quoſdã.n.hæc noſtra lucubratio ita offendit ut de ſuis rationibus actũ putẽt: niſi calũniis: iurgiis: cõtumeliis me de laudis poſſeſſione deiecerint: & cũ multis apertiſſimiſque rationibus noſtra ꝑbari ĩtelligãt: ea ab ſe accepta & mihi tradita fuiſſe in ſigni mendacii uanitate affirmant. Quãti ſe faciunt diu bõi: q̃ te & ſua amãt ſine riuali. Remitto illis oẽm reꝑhẽſioné: Modeſtiæ enĩ meæ qua eo⁹ inſolentiã iamdiu ſuſtinui me adhuc non pœnituit: ſed eos libero eo metu & dolore. Ex iis enim quæ olim iactabant tã tũ abfuit: ut quicq̃ probarim: ut ne ea quidem in commentariis noſtris uſq̃ confutare libuerit: nein araneas: ut in prouerbio eſt arieté agere uiderer. Quid.n.falſum eẽ demõſtrare oportuit laureolum apud Martialem mimũ: eſſe ſyrios rumores callum ſeruorum: lacertum ſaxetanum.i.inter ſaxa uerſantem: Vare paretõias lata uoce: pro latia uitæ: Menſis ſorꝑtita ſecundis pro ſcriblita: clemens elicaõis in oras pro elicanis oras: quæ cuperet partius eſſe ſua: pro quæ cuperet pactius eſſe ſua: ſed quid ego iſta conſector quæ pene ĩfinita ſunt: paratus eſt: ita me deus amet: ad editionem libellus: quo ſupra ducenta eorum errata: et ea quidem cum puerilia: tum aperta collegimus: quod altera epiſtola facturum pollicitus ſum: edidiſſemque niſi Ioannis Lodouici tuſcani: et Marci Lucii Facini cõſilio uſus eſſem: quorum uterq; & doctiſſimus & mei amantiſſimus me iniuriæ obliuiſci maluit q̃ ulciſci. Id quum ad optimarũ artiũ ſcientiã & humanitaté quã ꝑfitemur pertinere uideat: ſecutus ſum eorum uoluntaté ac iudicium: quod ét ea de cauſa libent⁹ paſſus ſum ne Laurentium Medicem meum offenderem: qui ꝑ ſua grauitate ſapientia & calũniatorum leuitatem aſpernatus eſſet: & in me deſideraſſet facilitatem: ad quã ipſe nat⁹ eſt & inſtitutus. Itaq; ualebunt iſti. Tu quid ad Laurentium noſtrũ ſcripſerim leges: ac mihi aderis teſtis earum laudum: quæ in homine eximiæ ꝑfecto: ac ferme ĩnumerabiles ſunt. Cui non ſolum me non pœnituit has uigilias dicaſſe: ſed meæ erga illum obſeruantiæ ĩmortali & fidei nulla ex parte ſatisfactũ eſſe arbitror. Laurentii cauſa ſuſcepti ſunt hi cõmentarii Laurentio dicati: Laurentii eſt Domitius: Vale.

Domitius In Volumen Dicatum Laurentio.

Odiſti uigiles liber lucernas:
Et ſignum calami ſeuerioris:
Clarus conſpicuæ nitore ueſtis:
Egreſſus foribus tumens uagaris:
Nec turbæ metuis ſubire naſum:
Clauſa eſt ianua, iam liber ualebis.
Docto quæ potuit placere Syllæ.
Sed currunt pueri ſalariorum:
Iſtas qui lacerent tibi lacernas:
Et thynnis faciant nouos cuculos:
Quid demum trepidus redire tentas:

Domitii Calderini Veronenſis Commentarii In̄. M. Valerium Martialem Ad Clariſſimum Virum Laurentium Medicem Florentinum Petri Medicis. F.

Domitius Calderinus Veronenſis Laurentio Medici Salutem.

IN omni ciuitatis adminiſtratione præclare actū arbitrari ſoleo Laurēti: Siquis cum maiorū ſplendore & opibus tum ſuis laudib⁹: ita ex omni numero exiſtat: ut ad eum & gratia apud ciues & apud oēs auctoritate publicarū rationū conſilia deferant: quod non modo Plato excellenti doctrina philoſophus: & diuino ingenio uir ſua illa repu. exquiſitiſſima: quā ſupra mortaliū conditionem conſtituebat optare uiſus eſt: ſed omnis ātiquitas īmortali ſtudio & induſtria ſemper eſt ꝓſecuta. Nam in græcorum exercitu quē Ariſtoteles ad ciuitatis formam præclaro Homeri ingenio & carmine ex omni primum memoria inſtructum fuiſſe ſcribit: niſi p̄mas tribuiſſent ducibus uel inteſtinis ſeditionibus labefactati: uel diuturna oppugnatione feſſi rebus infectis in patriam aliquando reuertiſſent. Nec iis in locis in quibus bene inſtitutæ. r. p. ueſtigia poſtea apparuiſſe memoriæ proditum eſt: domeſtica amplitudo & hæreditariū nomen defuit: quod a cunctis priuata pietate & publico conſenſu maxime obſeruaret: Barcinii carthaginē: dorii cretam: reges lacedæmonem: Alcmæonii athenas ſublatis ſimultatibus in officio ſæpe inſigni auctoritate continuerunt: atq; ea una re ſuis ꝓfuerunt plurimum & cōmunem tutati ſunt utilitatem. Id cum maxime optandum ſit liberæ ciuitati: tum quēquā id dignitatis aſſequi & præſtare ut ſine īperio ſuo& hominū uoluntate & conſilio ipſe potiſſimum colatur: diuini cuiuſdam animi & ſingularis uirtutis eſſe exiſtimo. Nam ut a rege diſcedamus: quē Plato tanto præſtantiorē eſſe humano genere oportere ſcribit: quanto diuina natura iꝑe ſit inferior: ut eum optare quidē debeant omnes: ſperare poſſit nemo: Quem tandē populus liberatis tuendæ & cōſeruandæ ſtudioſus amplectatur potius q̄ qui accepta a maioribus ornamēta oīa: opes: gratiam: uirtutis laudem ad æquabilem ſuorum ſocietatem conferat. Nihil ſibi aſſumat ſeorſum: oīa publica cā uelit & cupiat. Hunc quicūq; populus nactus fuerit ciuē: eū & perbeate agere contenderim: & perpetua libertate fruiturum facile ſuſpicari licet. Hæc tu omnia Laureti adeo cumulate præſtas populo florentino: ut minus mirandum ſit: ſi publica eius cōmoda: quorum acceſſio maxima facta eſt: intra paucos annos æterna tranquilitate cōſtituta indies ſumma cum laude augētur. Nā cum tibi ſumma omnia contigerint quecūq; uel ab āpliſſimo& maiorum gloria uel a fortunæ cōmodis proficiſci ſolent: ea animi facilitate: uirtute: ſapientia cū tuis uiuis: ut nō modo priſtinā domus tuæ dignitatē in te reſidere patiāt: ſed maiorē ut optent & deferāt quotidie. Fatentur. n. te Coſmi aui tui cuius nomē īmortale nullis unq̄ litter a& monumentis ſatis celebrabitur: & Petri patris uiri præſtātiſſimi ita hæredem eſſe: ut quū optādū eſſet te alte& imitari: alte& uix ſperare auderent: utriuſque ingeniū & uirtutes clariſſimas ſingulari moderatione ſuſceptas in te uno ītueātur. Illud uero admirātur plurimū: q; cū Coſmi ſenis grauitatē & ſapiētiā ſuſtineas: nil tamē de comitate remiſeris: quæ iſta ætate iuuenili qua es: maxime oībus iucunda eſſe ſolet: hīc illud nimi& es cōſecut⁹ qđ ſemp habitū ē difficillimū ut idē te amēt & colāt. In ſenatu conſilio& auctorē ſæpe retineāt. Domi cōſuetudinē expetāt tuā: ubique āplectātur & ſūmis laudibus extollāt. Omni uero iniuria in tātis opibus ita abſtines: ut aliquādo tibi īferri ob id unū doleas uehemēter q; ſcilicet uereris: ne ꝓpulſādo offēdas. Omne. n. ſtudium cogitationem animū ad beneficientiam cōtuliſti tuo& primum ciuium: quod officii ratio poſtulat: tum externorum omniū: Omniq; orbis emporio homīes habes nō magis qui tua gerant negocia quæ maxima & honeſtiſſima ſūt: q̄ qui multos officiis & liberalitate tibi deuinciāt: ita quos nūq̄ uidiſti hoīes & ꝓncipes ex tota Europa & magna Aſiæ parte tibi ſe debere profitentur. Nemo unq̄ de te aut tui benemeritus pauciora accepit q̄ uolebat: multi plura tua munificentia q̄ ſperabāt: Moderationē uero animi illud maxīe declarat: q; cū ciuiū eximia in te beniuolentia & ſtudio ampliſſimo loco ſis: ita te intra tuum ordinem & dignitatis cōditionē cōtīes: ut quū nihil tibi arroges: reiicias ī alios q̄ plu-

tima. Quibus moribus non modo patriæ carus & iucundus ſemp fuiſti ciuis: Sed uel no ſtri uel externi ꝓncipes aut tuã ineũt amicitiã: aut certe exoptãt. Eos ut omittã ſingulos Petrus antiſtes diui Xꝝſti: quẽ opibus & gratia apud põt. maxi. florentiſſimũ eſſe intelligis: quũ ſuperioribus diebus pontificũ ſuffragiis præſul florẽtinus declaratus eſſet: nullã in eo rẽ cõmodiorẽ duxit: q̃ ꝙ ea pietatis neceſſitudine & religione tecũ cõiũctus eſſet: cuius uiri & principis iudiciũ maximi faciendũ eſſe nõ ignoras. Nã q̃uis incredibili quodã fauore ingẽtes diuitias & honores ſit cõſecutus: quãtos & antea pauciſſimis ĩ eo gñe cõtigiſſe legimus: & noſtra ætate meminimus: nemini tamẽ eũ ſe præſtat: ita omnis bonas artes ad ꝓſtinũ decus & gloriã reuocare ſtudet: ut quẽ nunq̃ ad eũ locũ ꝓuenturꝝ cogitauimus: ãpliore dignũ fateamur: habeamuſq; gratias fortunæ ꝙ tãtã ingenii & uirtutis laudẽ noſtra memoria in mediũ & lucem publicã produxerit. Ego quoq; qđ ad me attinet ita tua omnia admiror & laudo: ut ea nõ modo ſẽpiterna fore cõfidã: ſed ſi in his augẽdi locus eſt cumulatiſſima eſſe cupiã. Ar tuã enĩ beniuolentiã cõparãdã nec maiorꝝ imagines quæ nullæ ſũt: nec diuitias quarꝝ iã diu ſpectator potius fui q̃ poſſeſſor: affero: ſed obſeruantiã fidem animi uoluntatẽ egregiã quæ tu in his ꝓbare ſoles potiſſimũ: q in tuorꝝ numerꝝ & ordinẽ aſciſcunt. Quũ ita affectus eſſem audiréq; ſupiori ãno Romæ ex ſermone q de te inſtitutus fuerat inter cæteras laudes tuas: quæ maxime & ferme innũerabiles ſunt: ingenii acumen quoddã & extẽporalẽ urbanitatẽ laudari ſũmopere: nihil tibi maius qđ qdem efficere ualeã præſtari poſſe arbitratus ſũ: q̃ ſi. M. Valerii Martialis epigrãmata ĩterpretarer. Qui. n. apud noſtros aut urbanius laudet: aut in eo genẽr ſcribat elegãtius: Eſt nemo plane: ut ꝓ certo habeã. M. Ciceronem q cordubenſes poetas peregrinũ quiddã ſonare ſcribit aliquid de ſententia ſua remiſſiusꝝ fuiſſe: ſi hunc unũ hiſpanum aliquãdo ei legere cõtigiſſet: ita enĩ linguæ urbanitate erudit⁹ eſt: ut & ſi illic nõ eſt nat⁹: tñ non alibi q̃ in urbe didiciſſe uideat. Sermoĩ eo quotidiano uſui ꝓpior q̃ affectatæ ſublimitati: ſed dũ ſuas rebus ſingulis appellationes reddit: & uerba fingit noua: nõnunquã & in obſcena incidit ſæpiſſime: ea tñ obiurgatione: ut alienæ potius turpitudinis: q̃ eius uitæ teſtimoniũ accipias. Vicia. n. tam aperte noãt q̃ impudent cõmiſit qui reprehenditur. Sales præterea arguti: Et qui repente moueant plurimũ. In rebus uero uel minimis enarrandis tanta ẽ copia quantũ uix res ipſa capiat: in quo ad ingenii uſq; oſtẽtationẽ uerſat. Nuſquã obſcurior q̃ ubi peculiarem ſibi aſſumit elocutionẽ. Latent uerborꝝ inuolucro plerũq; aculei: quos mõ admouet mõ emittit. Ambiguitate in ꝑmis ſuſpenſum auditorem circũſcribit: quem uni intentum parti altera occupat. Deniq; delectat omnes: alienat neminẽ. nam eũ quoq; qui dicto ledit: riſu retinet. Tanta uero in eo eſt rerũ cognitõ: quantã in ñullo apud noſtros eſſe cõtenderim: ut diuus quoq; Hieronym⁹ librũ hunc in manus aliquando ſũpſerit. In his explicandis multa uel ex græcorꝝ latinorũq; diſciplina uel nulla ſtudii ĩtermiſſione me aĩaduertiſſe affirmauerĩ: quæ iam ꝑdem aut ĩcognita habebant: aut certe parꝝ recte tradita fuerant: in quo facile redargui patiar ab æquo iudice qui opus noſtrũ legens aliter ſtatuerit. Idẽ efficere ſtudui ſupiore triennio quo romæ publica mercede docui in Sillio Cice. ſiluis Papinii aliiſq; quos ꝓfeſſi ſumus ſcriptoribus: Quantũ uero in eo ſim aſſecutus alioꝝ ſit iudiciũ: Illud certe prædicare nõ deſiſtã & conſtãtiſſime tueri ĩ iis. M. Valerii cõmẽtariis: quos olim tuo noĩe ſuſcepi & nuper dicaui tibi ſi minus ingenii & doctrinæ: laboris certe & induſtriæ nr̃æ laudẽ exiſtere. Quinq; habui codices uetuſtiſſimos & eos quidẽ ad modũ emendatos: Sed quædã occurrebant aliquãdo adeo uel ambigua uel remota: ut una tm̃ dictio p cõplures dies ſæpe me ſuſpenſum habuerit. Poſtremo nõ defuit q lucubrationẽ noſtrã maledictis ſõterpellaret. Quidã. n. ĩ meã de quodã loco ſententiã edita epiſtola grauiſſime inuectus eſt. cui quid reſponderim: ĩ fine huius operis leges. Multa condonaui familiaritati qua mecũ olim cõiunctus fuerat: nihil tamẽ remiſi de rationib⁹ noſtris quas oĩ ut arbitror ex parte uel ipi qui rephẽderat ꝓbauimus. In toto uero ope eadẽ leges aliquãdo repetita: nulla quidẽ obliuione: ſed conſilio. Nolui. n. ſiquis qd de uno tm̃ epigrãmate ſentiré fortaſſe quæreret aliquando: eum alibi ſcripta deſiderare. Ita nec te offendent: nec lectorẽ inconſtantẽ habebũt. Hos igitur cõmẽtarios ab hoĩe tibi deditiſſimo accipies: & quum per tuas licuerit occupationes uel

ſolus leges: ũel una cũ uiro doctiſſimo Gẽtile Vrbinate. Qui cum Martialis argũtias epi-
grãmate exprimat: non poterit non iis delectari: in quibus tã ſuum agnoſcet ingenium q̃
illius admirabit. ſi qua uero aliquando uel eadem uel his ſimilia in aliquor manibus eſſe
audies: nihil eſt cur mireris magnopere. Nã auditores quædã huius gnis cum ĩprudenti
mihi quotidiana ſurripuerunt conſuetudine: tũ a docente publica ꝓfeſſione exceperũt:
quæ aliquãdo in lucem ꝓdatũ iri facile coniicio: ĩuerſa quidẽ illa atq; haud ſcio an ẽt ſub
alterius noĩe. Non. n. deſunt qui noſtras ſibi uigilias & labores uendicare ſtudeant. Sed in
illis cõplura eſſe non dubito: quæ caſtigatione indigeant. Sunt. n. non tam uerbis nr̃is tra
dita q̃ alieni ſtudii calore ſuſcepta. Itaq; hoc uno exemplo & perfici debebunt ſi inchoata
erunt ac rudia: & facile refelli poterunt: ſi oĩo aliena uidebunt. Nã tuo iure ad te ꝓtinent
oĩa: cuius unius cã hæc a nobis perueſtigata & elaborata fuerunt. Vale.

Vita Martialis iñ commentarios: quos Domitius Calderinus edidit.

MArcus Valerius Martialis in hiſpania bilbilim patriam habet: q̃uod ipſe cum ali
bi: tum eo carmine indicat: Nec me mea tacebit bilbilis. Eſt aũt oppidũ nõ igno
bile in celtiberia & Strabonis teſtimonio & ſertorii pugna: q illic aduerſus Me-
tellum dimicauit Salone fluuio ꝓximo ex ferri tẽperatura inclyto: quod ipſe non tacu
it: uidebis inquit altã liciane Bilbilim Equis & armis nobilẽ præterea. Quã ſalo ferri tẽpe
ratior ambit. celtiber& ſe ꝓfitetur Vir celtiberis nõ tacẽde gentib9 noſtræq; laus hiſpãiæ.
Parentes romana appellatõe Frontonem & ſlacillã noĩat: Obſcuros quidẽ ac filii tm̃ teſti
monio uix cognitos. Litterarũ cauſa romæ cũ ageret: ingeniũ nulli ſtudiorũ generi accõ
modare potuit: q̃uis alii ad cauſas agendas: alii ad carmẽ heroicũ & iuſtum poema horta
rent: præterq̃ epigrãmatis ſcribẽdis ocii & epicureæ ſectæ q̃ ueram uitam appellat. Supra
Horatium Catullum alioſq; poetas ſtudioſus tenui ſuppellectile content9: ſuos hortos
in Ianiculo admirat̃ q̃uis tenues: ac nomentanũ iactat: in prædii donati ab amico exigui
tatem feſtiuo carmine iocat̃. Cum iã ætate ad ſenectutẽ ingraueſcentẽ re& urbanarũ te-
dio affectus rediit in hiſpaniam peragrata prius gallia ceſalpina. Vnde quartum lib&
emiſit. Ita. xi. epigrammaton editis triennio tacuit. Demum hortãte Priſco amico: qui & ipe
in patriã ab urbe redierat. xii. addidit: In quo Neruæ & Ttaiano aſſentatur clam damna-
tis Domitiani temporibus: quibus ſeruili ferme adulatione blanditus fuerat nõ ſuo ma
gis ingenio q̃ imperatoris arrogantia: qui diuinã adorationẽ a ſuis exegit. Amicos coluit
poetas Stellam in primis & Siliũ italicũ. Nec publicis caruit honoribus equeſtri donat9
dignitate: prætura & iure trium liberorum. In hiſpania obiit nõ ſine Plinii etiam mœro-
re: qui epiſtola quadam ſua cum poeta familiaritatem teſtatus eum & deflet & laudat ſũ
mopere. Acri ingenio epigramma compoſuit: Cuius lex eſt ut iocandi cauillandi deriden
di licentia laſciuiat: nudis uerbis ꝓpe ſatyricum: urbanitate ciuile. Deniq; nihil ſit quod
aut felle non aſpergat: aut riſu non condiat. Aſſurgit nonnunquã in magnitudinẽ heroi
cam ſed praro: ut illã tanta tibi eſt recti reuereutia Cæſar & æqui. Heroicis tamẽ nume-
ris abſtinet: q̃uis id & ſolere & poſſe fieri contendat. Inſerũtur uerba græca imitatõe Py-
tho leonis Rhodii qui primus ita ſcripſit epigramma. Lucilius reprehenditur q; in ſatyra
idem fecerit. Verba ſunt nec figuris poeticis ſublimia: nec humilitate quotidiana depſ-
ſa: ita mediam quandã elocutionẽ ſeruantia: ut ꝓprium retineant locũ. Corpus epigram
matis ſua conſtat dimenſione: q̃ ſi uerſuũ numero prætergrediaris optatũ amittas lepo
rem. Affectus ſæpe tentat quos omnis ultima effundit periodo. Nec ita a Martiale ſer-
uata ſunt: ut & græcos ſuperauerit: q̃uis apud illos uix ſingulis epigrammatis claruerint
pauci & ſolus in hoc ſcribendi genere apud latinos elaboraſſe ac ꝓfeciſſe uideat̃. In laſci-
uioribus habet auctores Auguſtum Cæſarem: qui libello epigrãmaton magna licentia
luſit: & Lucanum quem pharſalia ſua intermiſſa in eo laſciuiſſe oſtendit: Marſum præte
rea Pedonem Getulicum & Catullum. Ipſe opus ſuum in hunc ordinem redegit quo le-
gitur præter primum librum: qui totus in ſpectaculis laudandis uerſatur. Nã nec in an-
tiquis codicibus prima fronte ponitur: nec abſurdum iudicari debet diuerſis locis & tẽ-
porib9 edita ſingulis ſpectaculis epigrãmata in unũ tandẽ lib& redacta fuiſſe.

Plinii Secundi Epiſtola ad Cornelium priſcum.

Audio Valerium Martialem deceſſiſſe:& moleſte fero. Erat homo inge
nioſus:acutus acer:& qui plurimum in ſcribẽdo:& ſalis haberet: & fellis:
nec candoris minus.proſecutus erã uiatico ſecedẽtem:dederam uerſiculis quos
de me compoſuit.fuit moris antiqui eos qui uel ſingulorum laudes:uel urbium
ſcripſerant:aut honoribus:aut pecunia ornare.Noſtris uero temporibus ut alia
ſpecioſa & egregia:ita hoc in primis exoleuit. Nã poſtquã deſiuimus facere lau
danda:laudari quoque ineptum putamus. Quæris qui ſint uerſiculi quibus
gratiam rettulerim remitterem te ad ipſum uolumen:niſi quoſdam tenerem.
Tu ſi placuerint:hi cæteros in libro requires.Alloquitur muſam.Mandat ut do
mum meam in exquiliis quærat:adeatque reuerenter.
Sed ne tempore:non tuo diſertam.
Pulſes ebria ianuam uideto.
Totos dat tetricæ dies mineruæ.
Dum centum ſtudet auribus uirorum
Hoc quod ſæcula poſterique poſſint
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas:
Hæc hora eſt tua dum furit lyæus:
Dum regnat roſa:dum madent capilli:
Tum me uel rigidi legant Catones
Merito ne eum qui hæc de me ſcripſit:& tunc dimiſi amiciſſime:& nunc amiciſ
ſimum defunctum eſſe doleo.dedit enim mihi quantum maxime potuit: datu
rus amplius ſi potuiſſet: Tametſi quid homini poteſt dari maius q̃ gloria: laus:
& æternitas? Aeterna quæ ſcripſit non erunt fortaſſe.ille tamen ſcripſit tãquam
futura. Vale.

ARBARA Pyramidum. Hoc primo epigrâmate assentatur Domitiano: cuius amphitheatrum operis magnificẽtia & dignitate oĩbus ædificiis scribit añponẽ dum: quæcunq; antiquitas admirata est. Id destinauerat Aũgustus media urbe: Vespasianus extruxit: Titus filius dicauit maxĩo apparatu uno die quinq; milibus ferarum occisis: ut Eusebius & Tranquillus scribunt. Dicauit autẽ quoniã publica ædificia numinib⁹ consecrabanẽ. Cur autem hui⁹ laudem tribuit Domitião: cũ illud neq; extruxerit: neq; dicauerit: ratõ est: q; Domitianus ex quo puer capitoliũ defendit una cũ Sabino patruo putauit sibi deberi ĩperiũ: quod ab ipso accæperant. Quare poeta uult quæcũq; gesta sunt uel a Vespasiano uel a Tito ad Domitianum referri: cuius imperiũ ut supra dictum est fuisse assentãdo ĩnuit. Præterea ĩperantib⁹ patre & fratre nõ destitit se principem ĩperii gerere. Ego tamen existimauerim hoc Tito ĩperanti scriptũ fuisse: cui uera laudẽ nũc assentat. Pyramides: Lapides erant erecti miræ magnitudinis ĩ acutũ tendentes: dicti ab ipsa figura: quæ flãmam imitat igneã: nam πυρ dicit ignis: unde Pyramis Reges Aegyptii primi excogitauerũt id genus ædificii: uel ut ne pecuniã successoribus relinquerẽt: uel ne plæbs ociosa esset: Cum multæ eẽnt in Aegypto: tres maxĩe impleuerunt orbẽ fama & admiratione: quæ erãt in pte Aphricæ ĩter mẽphim & deltam in monte sterili: quarũ amplissimam. lx. hominũ milia. xx. annis cõstruxisse dicuntur: auctores sunt Strabo Pli. Solinus. Miracula Pyramidũ: ita & a Pli. dicunt: quoniam ad admirationem potiusq̃ ad usum cõstructæ erant. Strabo in ultimo scribit se uidisse cumulos reliquiasq; quæ remãserant ex cibis operasq; eodẽ uersu poeta utit. alibi: Barbara Pyramidũ Cæsar miracula ride. Memphis: regia ægyptiosq; ab Ogdoo rege ædificata: Cui⁹ filia Mẽphis nomẽ dedit. Puella ea ẽ cum q̃ Nilus sub imagĩe tauri dicit cõcubuisse. Vrbis ãbitus erat. c. &. l. stadiosq; septũ apidis hẽbat: & tẽplũ Veneris: auctor ẽ Strabo & Diodo.

Babylon: urbs caput chaldæarũ gentiũ ambit⁹. ccc. &. l. stadiosq; ædificata a Semiramide regina æmulatõe Ninæ urbis: quã Nin⁹ ei⁹ uir cõstruxerat. accersita sũt teste Diodoro ex oĩ regno terdecies cẽtena hoĩum milia ad op⁹ iuuandũ: Clytarchũ & Alexandrũ sẽcuti scriptũ reliquerũt quolibet anni die stadiũ urbis fuisse absolutũ. Assiduus labor: multosq; annosq;. Iactet: extollat & laudet. i. cesset laus & ostentatio babylonis. Triuiæ tẽplo. i. Dianæ. De tẽplo Dianæ ephesiæ ĩtelligit: qđ erat in panorio portu ad ephesum ĩ Asia. græcæ fuit admirationis & magnificẽtiæ: ut Pli. cc. &. xx. annis structũ a tota Asia ĩ solo palustri: ne terremotib⁹ quateret. Colũnas hẽbat. c. &. xxxvii. ex quib⁹. xxxvi. erãt cælatæ miro artificio. Ctesiphon fuit architect⁹: ut alii Archiphron. Sunt qui scribant p̃mũ Dianæ tẽplũ fuisse minus: secundũ maius: quo ĩcenso ab Herostrato tertiũ ædificatum aiũt ornamẽtis mulierũ ad id collatis. Molles honores. i. luxurioſi & asiatici honores: qm̃ præter ædificiũ multa erant: ut scribit Pli. quæ nihil ad spẽm naturæ pertinebãt: sed ad luxũ tm̃. Quid alii hoc loco suspicẽtur: nõ p̃cipio: ego ut dixi molles honores ĩterp̃tor: qm̃ ut dixi erãt in eo multa ornamẽta ad luxũ & mollicié potius pertinentia: q̃ ad ædificii solidã laudẽ: ut uerba Pli. indicant. Molles honores. i. luxuriosa ornamenta: nam amphitheatrũ sua sublimitate & ædificii præstãtia admirandũ ẽ: nõ p̃pter luxũ aliquẽ regsq;: qui in eo sit quẽadmodũ in tẽplo Dianæ ephesiæ. Erant præterea in eo eunuchi sacerdotes: q̃ Mezabolizi dicebãtur: cũ q̃bus uirgines aliquas sacras esse oportebat: ut scribit Strabo.

IN AMPHITHEATRVM CAESARIS.

BARBARA PYRAMI

DVM SILEAT MIRA

CVLA MEMPHIS:

Assiduus iactet: nec babylona labor.

Nec triuiæ templo molles laudentur honores.

Ara frequens: De tẽplo Iouis Ammonis intelligit: qđ apud Nasamões populos libyæ erat. Iuppit̃ lingua ægyptia ammun dicebat̃: unde corrupto noĩe Ammonem dixerũt aphri: auctor ẽ Herodotus. Prætermittunt̃ opiniones Seruii & Diodo. Pausanias scribit Ammoné dictũ ab Ammone pastore: qui primus ei illic templũ erexit. Multæ aræ erãt huic deo dicatæ: auctor ẽ Pli. in aphrica: quod & Virg. testat̃ in quarto: Tẽpla Iouis centũ latis imania regnis: Centũ aras posuit. Mausolea: mausoleum sepulchrum fuit Mausoli regis cariæ ĩ alicarnasso: quæ prius zephira dicebat̃: conditũ ab Artemisia coniuge: & enũe ratũm int̃ orbis miracula: hac una de cãq; erat colũna in qua sculpẽda claruerunt quattuor excellẽtissimi sculptores. s. Scopas Briax Thimothe⁹: Leocares: cingebãt. xxxvi. columnis. Certabat̃ etiã illic a poetis: und extabat tragœdia a Theodecte auctore Gellio quæ Mausolus iscribebat̃ Mausoleum & non Mausoleum dicit̃. Properti⁹:

Nec mausolei diues fortũa sepulchri.

Vacuo aere: qa aer nõ habitat̃. & uacu⁹ ppetuum epitheton ẽ aeris. Cares: populi subditi Mausolo. Mausoli meminit Demosthenes in oratione p libertate rhodiorum.

Dissimuletque deum cornibus ara frequens.
Aere nec in uacuo pendentia mausolea
Laudibus immodicis cares in astra ferant
Omnis cæsareo cædat labor amphitheatro.
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Ad eundem Cæsarem.

Hic ubi sydereus propius uidet astra colossus:
Et crescunt media pægmata celsa uia.
Inuidiosa feri radiabant atria regis:
Vnaque iam tota stabat in urbe domus.
Hic ubi conspicui uenerabilis amphitheatr
Erigitur moles: stagna Neronis erant.
Hic ubi miramur uelocia munera thermas:

IC ubi sydere⁹. Domitian⁹ urbẽ distinxit: ut alibi a poeta laudat̃: nũc uero extollit̃: q; plura ædificia erexerit in eo solo loco & spatio: qđ ædes Neronis occupauerãt: & argute ait romã sibi redditã eé: quã pri⁹ tyrann⁹ occupauerat: & nũc loca patere delitiis populi quæ olim uni tm̃ dño fuiebãt. Sydere⁹: altissim⁹. Propi⁹ astris. i. uicini⁹. hyperbole figura amica poetis: ut scribit Quint. Colossus: dicit̃ ĩgẽs statua ἀπὸ τοῦ κολοβοῦσθαι. i. ab hebetãdo aspectu: ut Suidas apd græcos ĩterptat̃: uel a Colosso p̃mo cõdit oĩ ut Põpei⁹ scribit hic loqt̃ de Colosso Nerõis. Nã Nero accersito zenodoto ex gallia: ei⁹ opa & artificio iussit sibi strui colossũ. c. &. xx. pedũ: quæ statua eo mortuo dicata ẽ soli mutato noĩe: & erat ĩ atrio olim ei⁹ dom⁹. De hoc inquã loquit̃: quoniã ut Sueto. scribit erat in atrio dom⁹ Neroniana: ut ẽt hic: & qđ ĩdicat Mar. Inuidiosa feri radiabant atria regis. Erat præterea colossus Domitiani in urbe equestri habitu. de quo alibi loqtur poeta: Ind̃ sacra ueneranda petes palatia cliuo: Plurima q̃ sũmi fulget imago ducis. De eodẽ multa apd Papi. in p̃ma silua. Pægmata celsa uia: Pægma significat cõpactũ ædificiũ: qđ uel statuis uel alio aliquo ludrico ornatũ: interdũ pueris cõfidẽtibus ꝓducebat̃ in scænã: hinc ẽ q; a Sueto. scribit̃ Claudiũ cõsueuisse obiicere bestiis ét illos q pæ diligẽter & ꝓpere pægma in scænã ꝓduxissent. C. prīceps ꝓduxit ĩ scænã pægma: ĩ quo erãt. c. &. l. põdo argẽti: ut scribit Pli. Ind̃ illud ẽ luue. Et pægma & pueros inde ad uelaria raptos: qđ praue ĩterptans pægma ꝓ ludo accipiũt: cũ machinã significet ut dixi. Atria feri regis: dom⁹ neroniana a palacio té debat in æsq̃lias: quã primo appellauit trãsitoriã: postea aurea: hñt̃ portic⁹ triplices milia rias: stagnũ ĩstar maris: arua: uineta: siluas cũ oĩ gñe pecudũ & ferarũ phystulas spgentes flores & unguẽta: cœnatõnẽ rotũdã: quæ ĩ modũ cæli mouebat̃: aues argẽteas: ĩ solaris lapidẽ sphengitẽ: quo ppetu⁹ dies illucescebat. Tacit⁹ & multi senserũt: & Sueto. icẽsã fuisse urbẽ: ut tãtã domũ ædificaret. Inuidiosa: maxĩa & redũdãtia delitiis. Radiabãt: splendebãt ornamẽtis & colosso Nerõis q; ĩ atrio erat occupata: & idẽ ex disticho: Roma dom⁹ fuit ueios migrate q̃rites: Si nõ & ueios occupat ista dom⁹. Velocia mũera thermas. Tit⁹ celerit̃ struxt thermas ꝓpe ãphitheatr̃: Domitiãi ꝓpt̃ea uelocia mũera: emẽda đprauatũ

locũ apd Suet.q ita scriptꝰ é. thermis celebriť extructis: ꝓ celeriť. Supbus ager: qa domꝰ Neronis cõplexa erat agros. Porticꝰ claudia: olim & liuia dicta é: sed ædificante Nerone euersa fuit: restituta postea sub noíe prisco a Domitião. Porticus apd romanos ædificabanť umbris & ambulatõibus. Sũt qui de neroniana porticu: ego de liuia sentio: cuiꝰ meminerũt Ci. & Sueto. Deficientis: finientis. Reddita sibi roma é: roma romã amiserat: quia non sua erat: sed Neronis: nũc a Domitião est sibi reddita: & romanis.

Abstulerat miseris tecta superbus ager.
Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras:
Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita roma sibi est: & sunt te præside cæsar
Deliciæ populi quæ fuerant domini.

Ad eundem.

Quæ tã sepositа est: quæ gẽs tã barbara cæsar.
Ex qua spectator non sit in urbe tua?
Venit ab orpheo cultor rhodopeius hæmo.
Venit & epoto sarmata pastus equo.
Et qui prima bibit: deprensi flumina nili.
Et quem supreme tethyos unda ferit.
Festinauit arabs: festinauere sabæi
Et cilices nimbis hic maduere suis.
Crinibus in nodum tortis uenere sicambri:

Væ tã sepositа. Domitianus edidit spectacula magnificẽtissima auctore Tranql. quæ ut celebriora uideréť: poeta aiť totũ orbé cõfluxisse. Sed edidit epigrãma hac de cã: qm cũ clamatũ esset in spectaculis dño & deo fœliciť ea uoce mirũ ĩ modũ oblectatꝰ é Domitia. Propterea poeta ꝑncipi blandiens ait diuersos fuisse populos in theatro: sed unã & eãdé uocé extitisse: cũ Domitianus dñs & pr̃ patriæ appellareť. q.d. oẽs illos fuisse subditos Domitia. & multa merita cõsecutos: ut cũ Domit. pr̃ patriæ appellaretur nõ ab diuersis populis: sed quasi ab una & eadem uoce id testimoniũ accepit. Quod multi romanoꝝ confluxerint ad spectacula: ĩdicat Trãquil. ĩ Cæsare: ubi scribit tot cõuenisse ad spectãdũ: ut plurimi aduenæ inť uicos & uias mãserint: Plurimi præterea elisi inť quos duos fuisse senatores. Sepositа: a regione nr̃a remota. Barbara: moribꝰ. Rhodopeiꝰ: thraciꝰ. rhodope mons thraciæ i. accola thraciæ. Sarmatæ: populi septẽtrionis pascunť pulte e milio: ut Pli. aut lacte: eq no sanguine admixto. Epoto equo. i. sanguine equi cũ pulte emilio. Deprensi nili: Nilus incerti ortus est: ꝓpterea poeta ait deprensi nili: nã deprehenduńt ea quæ sunt occulta. Sũt qui putent Nilum oriri ab ultimis æthiopiæ finibus: longa est Pli. ex Iubæ testimonio disceptatio. Deprensi: tãdem inuenti. Et quẽ supremæ tethyos unda ferit: De britannis potes intelligere: qui extremi hominũ abluunť Oceano. Potes & de morinis qui sunt ad Oceanũ gallicũ. Virgi. Extremiq; hominũ morini. Ferit: abluit. Arabs: arabia diuidit iudæã ab ægypto: quæ triplex est auctore Ptholæmeo fœlix petrea: & deserta.

Arabs: & arabus dicitur. Festinauit: ostendit magnam famam fuisse ludoꝝ. Sabæi: populi sunt in fœlici arabia: qui thus mittunt e regione appellata Saba: quod significat mysteriũ. Cilices: populi Asiæ minoris ad tauꝝ montem crocum habent præstantissimum ad id antrum maxime qd̃ coricũ appellant: unde crocus corici: Pli. & Strabo testes. Nimbis suis. i. croco: Nã croco trito & mixto uino dulci perfundebantur theatra: uase quod nimbum appellabant. Martialis in distichis de nimbo: A Ioue qui ueniet miscẽda ad pocula largas Fundet nimbus aquas: hic tibi uina dabit: ĩtellige uinũ dulce croco trito ĩmmixto. Cũ. n. bonus odor croco eẽt: & romani herba uti nõ possent: ad coronas ẽ enim apta: hoc quod diximus excogitarũt. Quod autem theatra spargebãtur croco: testatur Martialis alibi. Propertius: Pulpita solénes non oluere crocos. Ouidius: & Salustius ĩ historiis: qui de Metello scribens: & illius luxuriã designans: cũ in hispaniam inqt prætor acciperet ita scænis ad ostentationé structis: simul croco sparsa humꝰ. Nimbis suis. i. croceis. Sicãbri populi ad Oceanũ in germãia sũt: q & colorare crines: & calamistra ꝛe roma nos impulerunt: oblectatos capillorum pulchritudine quæ sicambris erat natiua.

Sepositа Rhodope mõs thraci

Sarmatæ popli septẽtrionales

ferit- abluit- Arabia diuidit

Triplex ẽ Arabia: petrea: & deserta

Sabei popli fn fœli

Cilices ppli Asiæ

Nimbis suis

Sicãbri popli ad oceanũ ĩ germanias

genera æthiopū

Aethiopes: duo genera æthiopū fuñt. Aethiopes heſperii: & æthiopes ad meridiē: ut ex uerſu Homeri in primo odyſeæ coſmographi tradiderūt. Poeta: utputo: loquitur de heſperiis qui remotiores ſunt: & deſertam magna ex parte regionem incolūt: dicti ab Aethiope Vulcāi filio: ut Plinius tradit.

VRBA grauis paci: Initio principat⁹ Domitianus delatores grauiſſima pœna affecit: ſolitus dicere: Delatores qui nō caſtigat iritat. Multi aūt erant qui leuiſſima de cā & nōnunquā ficta accuſabāt cū ex fiſco eis daret pars pecuniæ: qua mulctabant accuſati ꝓpterea Tranquillus appellat calūnias fiſcales. Conuerſus poſtea priceps ad auaritiam & crudelitatē nō modo nō punie bat delatores: ſed etiam foue bat: Nunc laudatur ꝙ eos expu lerit: & inter cætera mūera data populo romāo: ait etiam ui tam hominum eſſe aſcribendā principi: quā ſublatis delatoribus dediſſe uidēbatur. Tur ba: delatorum. Grauis: moleſta: quia paci aduerſabat & ꝙeti. Placidæ: epithethon quie tis. Miſeras opes. i. opes miſe rorum ciuium: nam opulenti timebāt delatores. Getulis: getuli Aphricæ populi: nam nocentes grauiore exilio mitterebantur in Aphricam: mitiore tibur: preneſte: & in inſulas campaniæ. Nec cepit harena nocentes. i. qui puniēdi erāt in theatro puniebantur: ut harena. i. theatrum accipias. Cum autem mittendi eſſent ī exilium pari ſcilicet ſupplicio: quo ciues olim afficiebāt: non ſunt puniti in theatro: ſed ī nauigia impoſiti eiecti in exilium: quod Plinius multis uerſibus in pagyrico teſtatur. Impenſis uitam principis annumeres: Impenſis. i. muneribus: nam præter alia munera: quæ tibi dedit princeps: dedit uitam: quoniam eiecit delatores: qui te uita priuabant. Malo tamen ſentire hoc etiam epigramma ſcriptum in gratiam Titi imperatoris: nam is delatores primum cæſos fuſtibus in harena: in aſperrima inſularum aduehi iuſſit. Suetonius in Tito: Inter aduerſa temporum & delatores mandatoreſq; erant & licentia ueteri: hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus cæſos: ac nouiſſime traductos: per amphitheatri harenā: partim ſubiici in ſeruos: ac uenire īperauit: partim in aſperrima īſularum aduehi. Inde ait poeta: Nec cepit harena nocentes.

Atque aliter tortis crinibus æthiopes.
Vox diuerſa ſonat populorū: eſt urbs tamē una
Cum uerus patriæ diceris eſſe pater.
Ad Cæſarē ꝙ expulerit delatores.
Turba grauis paci: placidæque inimica quieti
Q uæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.
Tradita getulis: nec cepit harena nocentes:
Et delator habet: quod dabat exilium.
Exulat auſonia: profugus delator ab urbe
Impenſis uitam principis annumeres.
Blanditur Cæſari.
Iunctam paſiphaen dictæo (credite) tauro
Vidimus: accepit fabulla priſca fidem.
Nec ſe miretur, Cæſar, longæua uetuſtas.
Q uicquid fama canit: donat harena tibi.
Blanditur Cæſari.

Vnctam Paſiphaen. Paſiphe filia Solis & uxor Minois regis Crēte amauit taurū: quoniam cum Minos pulcherrimum taurum conſueuiſſet ſacrificare Neptuno: mactauit deteriorem iratum numen Paſiphaen ī turpem tauri amorem compulit: cum uellet concumbere cum belua: habuit bouem ligneam arte Dædali fabricatam: ſub qua latens coitu tauri potita eſt. Hoc ſpectaculum editum ē a Domitiāo: quod & ſi hiſtoria non tradidit: non poteſt tamen non uideri ueriſimile: quoniam Tranquillus ſcribit Neronem hoc ſpectaculi genus edidiſſe. Accepit fabula priſca fidem: ideſt facta eſt ueriſimilis: & creditur uera. Longæua uetuſtas. i. antiquitas: quæ fabulas finxit. Non miretur: non extollat: quoniam tu omnia repræſentas: & facis eē uera ſpectaculis. Quicqd fama canit donat harena tibi. ideſt quæcunq; fabulæ finxerunt & canunt: tu repræſentas in theatris uera actione.

Belliger.Domitianus:ut Tranquillus refert:edidit pugnas non modo uirorum:sed etiam mulierum:& uenationes:cū nuper esset prostratus leo a muliere. Martialis blandiens principi ait prostratum leonem ab Hercule non esse âplius dignum admiratione:cum in theatro Domitiani fœmina idem peregerit.Hâc uenationem mulierū carpés Iuuenalis ait:Cum meuia tuscum Figat aprum:& nuda teneat uenabula mamma:De eadem pugna Papinius in siluis: Stat sexus rudis insciusque ferri:Vt pugnas capit improbus uiriles: Credas ad tanaim ferūq; phasim Thermodoontiacas calere turmas. Seuit & ipsa Venus: non satis est: q; tu edideris pugnas uiroꝝ i spectaculis: sed edidisti pugnas mulierum. Nemea silua:inter phi lōtem & agros iuxta Cleonas: ubi p̄mo certamīe leo ab Hercule est prostratus.Strabo. Fama:fabula. Prisca fides.i.prisca monumenta sileant. Mūera:postq̄ tu edis spectacula.

Valiter in scythia.In spectaculis comœdiæ & nō nunq̄ tragœdiæ recitabant:ut Tranquillus est auctor:qui cū alias de hoc traditū: scribit Caligulam egisse laureatum mimum:in quo actor ruina se,pripiés sanguinem uomit. Tragœdia erat qui inscribebat laureolus a Laureolo:qui in eo introducebat sublatus in crucé. Domitianus cum multos afficeret supplicio: uoluit nō sine uoluptate spectatorum eos interire:iussitq; recitati uera rep̄ sentatione inter cæteras tragœdias Orpheum & Laureolum:ita ut damnati repræsentantes personam Laureoli nō ficta cruce sed uera penderent:& personam Orphei:ita ut non fictis mulierum manibus sed a ueris lacerarentur.Cum hæc olim recitata esset a Létulo ciue Romano in theatro: subeunte personam Laureoli: non ueram ut nunc:sed fictam:clamat Iuuenalis debuisse illum interire uero supplicio quo.s.histrionicam exerceat: Laureolum uelox bene lentulus egit Iudice me dignus uera cruce.Ait igitur hūc qui nuper sub persona Laureoli pēdebat uera cruce:iussu Domitiani superasse scelera Laureoli fabulosi: quoniam scilicet id supplicium quod in Laureolo fuit fabula:in ipso fuerit uerum. Laureolus:damnatus qui subibat:personam laureoli iussu Domitiani recitans tragœdiam. Neuius poeta scripsit in carcere Laureolum & Leontem ut Gellius scripsit. Vrso calidonio:idest britanni co.Calidonia silua britanniæ:ad quam arma romana processerunt:unde sæui ursi mittebantur. Scythica rupe:idest caucasea.Prometheus enim religatus ī Caucaso mōte fuit. Nimio pectore:idest renascenti. Auem assiduam:idest aquilam: Nota fabula extat de Prometheo: tragœdia Aeschili quæ inscribitur Prometheus. Viuebant: idest palpitabant. Stillantibus membris:manantibus cruore. Inque:omni nusquam corpore corpus erat:& nulla facies corporis erat in toto corpore.

Non satis est Cæsar:seuit & ipsa Venus
Prostratum nemees:& uasta in ualle leonem
Nobile & herculeum fama canebat opus.

Priſca fides taceat:nam post tua munera cæsar
Hæc iam fœminea uidimus acta manu.

Pœna Laureoli.

Qualiter in scythia religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pauit auem.
Nuda calidonio sic pectora præbuit urso:
Non falsa pendens in cruce laureolus.
Viuebant laceri membris stillantibus artus.
Inque omni nusquam corpore corpus erat.
Denique supplicium dederat necis ille paternæ.
Vel domini iugulum foderat ense nocens:
Templa uel arcano demens spoliauerat auro:
Subdiderat sæuas uel tibi roma faces.
Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ:
In quo:quæ fuerat fabula:pœna fuit.

De Dædalo.

Iuuena

Cum meniatu

fama Pron

Corpus

Vel.

Laureo

Comedi

Lentu

iuuena

Aedale Lucano: Hic Dædalus obiectus fuit feris & laniatūs: alludeñs ad nomẽ poeta ait Dædalū nūc optasse habere pennas ut fabulæ finxerūt Dædalū habuisse: Nã Dædalus mitionis filius fuit atheniẽsis: præclarus ĩ architectura & statuaria: Talaum sororis filium interfecit inuidia ingenii: quoniã ĩuenerat figuli rotã: & serã: dãnatus ab areopagitis dicit adhibitis alis euolasse in cretã inde ingeniosus. Lucano urso: ex lucania ursi mittebantur in theatrum: ut Varro scribit feritate & magnitudine.

Dædale lucano cum sic lacereris ab urso
Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas:

Ræstitit exhibitus. Rhinocerotẽ ꝑmus ostendit ĩ spectaculis Põpeius: tũ Augustus: nũc Domitianus. animal est buxei coloris inimicum elephãto: cuius aluũ elimato cornu petit: ĩ pugna nup fuerat in theatro: & diu stupẽs ad pugnã nõ poterat irritari: quod ægre ferebat Domitianus: tandẽ facto impetu in taurꝝ: illũ nõ secus extulit ĩ altũ: q̃ si fuisset pila. Exhibitus: datus in spectaculũ: nã exhibere é in spectaculũ dare. Quæ nõ ꝑmisit prælia rhinoceros: uel qa tantũ pugnat cũ elephãto: nunc autem cũ tauro pugnauit: uel quoniã non uidebat posse irritari ĩ pugnã: qđ placet. Pronus: inclinato cornu qđ habet in naribus.

De Rhinocerote

Præstitit exhibitus tota tibi cæsar harena
Quæ non promisit prælia rhinoceros.

Cui pila taurus erat: Pilæ dicebant uestes in globũ & speciem pilæ collectæ quæ obiiciebant cornibus tauroꝝ: ut irritarent. Rudis antiquitas homines e stramine formabat ad id opus: teste Pediano: postea luxus in tantũ auctus est: ut uestes purpureæ obiicerent. Ouidius: Haud secus exarsit q̃ circo taurus apto: Cum sua terribili petit irritamina cornu Phœnicias uestes: elusaq̃ uulnera sentit. Iocans igit poeta ait tauꝝ cui pilæ solent obiici: nunc fuisse pilã rhinoceroti.

O quam terribilis exarsit pronus in iras
Quantus erat cornu: cui pila taurus erat.

De leone qui gubernatorem offendit.

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum:
Ausus tam notas contemerare manus.
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas:
Et qui non tulerat uerbera tæla: tulit.
Quos decet esse hominũ tali sub pricipe mores
Qui iubet ingenium mitius esse feris.

Aesserat ĩgrato. Leo mãsuefactus ductus est in theatrũ: reuersus ĩ pristinã feritatẽ lacerauit magistꝝ. Iussu Domitiani telis cõfossus est. Laudat ꝓnceps q̃ humanos mores nõ modo uelit eẽ in homine: sed etiã ĩ fera. Cõtemerare: uiolare. Tam notas manus. i. familiares. Tulit tela. i. passus est tela: qa cõfossus fuit telis iussu Domitiani q̃ magĩm uiolauerit. Quos: q̃les. i. mitissimos: cum uelit feras hr̃e mitius ĩgeniũ: & mores humanos.

De urso.

Præceps sanguinea dum sẽ rotat ursus harena:
Implicitam uisco perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto cessent uenabula ferro:
Nec uolet excussa lancea torta manu.
Deprehendat uacuo uenator in aere prædam:
Sic captare feras aucupis arte placet.

Præceps sãguinea: Nouitate uenatiõis oblectat⁹ é Domitian⁹ captis feris fisco. Iubet poeta ĩ assẽtationẽ uenatores peter aerẽ: & uolucres: qđ aucupis é: q̃ aucupes petãt feras. Implicitã uisco ꝓdidit ille fugã: qa nõ potuit fugere: ursus ĩplicitus uisco. Harena sãguinea. i. theatro sãguineo cõsꝑso sãguĩe multaꝝ feraꝝ. Tecto ferro cessẽt uenabula. i. reponant & recõdant uenabula in uagina: quoniã iis opus non est: nam uisco feræ capiunt.

De sue quæ ex uulnere peperit.

Inter cæsareæ discrimina sæua dianæ
Nter Cæsareæ. Sus grauida icta ĩ uenatõnibus editis a ꝓncipe emisit filios ĩcolumes ipa mortua: nũc ait poeta nõ esse mirandũ q̃ canunt fabulæ bacchum deũ natũ mortua matre: quoniam iam fera ita nata est. Cæsareæ Dianæ: id est cæsareæ uenationis.

Hasta leuis: quia si grauis fuisset percussisset filios. Exiliit ꝑtus. i. exilierunt filii. Lucina: dea quæ præest parturientibus & uenientibus in lucē. Triste iter. i. uulnerū. Bacchus natus fuit Semele fulminata nutritus intra femora Iouis. nota fabula.

Cta graui telo. Idem argumentū de sue grauida. Perdidit: & dedit uitā: perdidit qa mortua est. Dedit: quia pepit filios: Certa dextra: quia ꝑcussit ut uoluit. Lucina: dea quæ præest parturientib⁹: & ueniētib⁹ in lucē: dictā siue a luco quē hēbat ī æsquiliis romæ: siue a luce: auctors Varro & Pli. Numē utriusq; Dianæ. i. Lucinæ: quæ præest ꝑturientib⁹: & Dianæ quæ præest uenantib⁹. Et qua est soluta. i. facta parens. Et qua perempta .i. mortua: nā Diana uenantib⁹ ferarum dat cædem.

Fixisset grauidam cum leuis hasta suem:
Exiliit partus miseræ de uulnere matris.
O lucina ferox hoc peperisse fuit.
Pluribus illa mori uoluisset saucia tælis:
Omnibus ut natis triste pateret iter.
Quis negat esse satum materno funere bacchū
Sic genitum numen credite: nata fera est.

De eadem.

ICTA graui tælo: confossaq; uulnera mater
Sus paritet uitam: perdidit atq; dedit.
O quam certa fuit librato dextera ferro.
Hanc ego lucinæ credo fuisse manum.
Experta est numen: moriens utriusq; dianæ.
Quaq; soluta parens: quaq; perēpta fera est

De sue pregnante.

Sus fera iam grauior maturi pignora uentris
Emisit fœtum uulnere facta parens.
Nec iacuit partus: sed matre cadēte cucurrit.
O quantum est subitis casibus ingenium.

De carpophoro.

Summa tuæ meleagre fuit que gloria famæ.
Est quota carpophori portio fusus aper.
Ille & præcipiti uenabula condidit urso.

Vs Fera. Idem argumentū. Maturi uentris: quia erat ꝑpe partū: & temp⁹ pariēdi: iccirco maturi. Pignora. i. filios. O quantū est subitis casibus ingeniū: Poeta ait ī reb⁹ quæ celeritate indigent & subitæ sūt: quandā excellentē & peculiarē uī ingenii existere: sententia est Thucydidis. Subita ingeniū experiunt & indicant. Ita laudatur uenator: qui suem ut supra dictū est tam cōmode uulnerauit: ut uno momento & suem feram strauerit: & produxerit in lucem fœtum.

Vmma tuæ. Duo Carpophori temporibus Domitianī fuisse legūtur: alter mango .i. puerorum diuenditor. alter iunior fortitudine clarus. Hunc Domitian⁹ non parum amauit & fouit: q; eius dextra in feris conficiendis oblectaretur. nam & princeps eodem studio tenebatur: adeo ut in secessu albano centenas aliquādo feras prostrauerit. In Carpophoro igitur laudando poeta Domitiano assentatur. Ita. n. nuper peregerat uenationem in spectaculo: ut multis feris occisis: & acepto præmio fortitudinis adhuc uigeret: & recens uideret: quod præter aliorum morem cōtigit: nam qui pfecto certamine præmium acceperunt: fessi sunt: nec integras habent uires. Duo Meleagri fuerunt: alter de quo hic Martialis: alter qui secutus argonautas: Aeetam regem in littore interfecit. Sunt qui eundem putent. Appollonius alium. Fusus aper: id est interfectus: o Meleager aper fusus a te fuit summa tua gloria id est tu tantam ex apro cōsecutus es laudem: sed aper est portio id est pars laudis Carpophori: quoniam non solum interemit aprum: sed ursum leonem & pardum: & quod maius est post confectam uenationem: nā adhuc poterat: non erat defatigatus. Tres apri in portentis numerantur: erymantheus quem Hercules sustulit: Aper in olympo mysiæ in cuius uenatione cecidit filius Crœsi uulneratus ab Adrasto ut Herodotus & aper Calidonius: quem interfecit hic Meleager. Condidit uenabula. i. misit & abscondit. In urso præcipiti: id est irruenti contra se

Primus.i.qui principatum & feritate & magnitudine obtinebat. In arce poli arctoi:in siluis septentrionis.Nã septentrio maiores feras mittit & sæueriores q̃ aliæ partes orbis: Hispania etiã dedit ursum in spectacula: sed eius feræ caput apud illos comburebat: quoniam rabiẽ inesse putabant. Molle ignota.i.incredibili magnitudine. Decuisse Herculem.i.parem esse: quia a nullo magis uidebat posse superari: nisi q̃ ab Hercule: nam Hercules accersebatur ad ea monstra: quæ ab aliis superari nõ poterãt. Poterat.i.adhuc hẽbat integras uires absoluta uenatione & præmio donatus.

Primus in arctoi: qui fuit arce poli.
Strauit & ignota spectandum molle leonem
Herculeas potuit: qui decuisse manus.
Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum
Præmia cum laudis ferret adhuc poterat.

De tauro.

Raptus abit media qd̃ ad ethera taurus harenã:
Non fuit hoc artis: sed pietatis opus.
Vexerat europen fraterna per æquora taurus:
At nũc Alciden taurus in astra tulit
Cæsaris atq; louis confer nunc stẽma iuuentus.
Par onus ut tulerint: altius iste tulit.

Raptus abit. Taurus qui p machinã uexit Domitianũ in altũ: ut cælo ipositus uideret: nam cũ futurũ cælum: & ĩmortalitatẽ sibi ipsi uellet repræsentare tauro insidens superiores scæneptes in speciem cæli confectas petiit æmulatõne Herculis: cuius nomen etiã sibi indiderat: nã Alcides appellabat: qui taurũ ex creta in atticam ducens eius dorso ĩsedisse dicit. Cũ autẽ olim Iuppiter in formã tauri cõuersus: Europẽ in cretam uexisse ferat: Poeta ait maiorẽ laudẽ tauri qui nup Alciden.i.Domitianũ in cælũ uexerit: q̃ illius qui uexit Europẽ: qm̃ & si pars onus utriq; fuisse uideat: tñ hic altius tulit.

De supplice elephante.

Quod pius & supplex elephas te cæsar adorat:
Hic modo qui tauro tam metuendus erat.
Non facit hoc iussus nulloq; docente magistro.
Crede mihi numen sentit & ille tuum.

Opus artis.i.non fuit hoc artificiũ nõ scænicũ & fabulosũ sed op9 pietatis: quia pie & uere factũ fuit. Raptus: ex oculis spectatorum. Alcidẽ.i.Domitianum qui uoluit appellari Alcides. Duæ laudes tauri: altera q̃ tulerit Europẽ: altera q̃ tulerit Alcidẽ. Stema: nobilitatem. Confer: adæqua: cõpara. Alter sensus est & hic placet: ut ĩtelligas Domitianũ per mimmũ æmulatione Iouis qui olim se in tauꝝ conuertit: sũpta forma tauri p machinã extulisse Herculẽ cuius nomẽ ĩposuerat ĩ cælũ: quẽadmodum Iuppit2 taurus factus uexerat Europẽ: ut sit sensus poetæ maiorẽ laudẽ esse Domitiani q̃ tulerit Herculẽ in cælum: quẽ altius tulit q̃ Iouis: q̃ uexit Europẽ in cretam p̃ æquora.

De tigride & leone.

Lambere securi dextram consueta magistri
Tigris ab hyrcano gloria rara iugo:
Sæua ferum rapido lacerauit dente leonem:
Res noua non ullis cognita temporibus.

Vod pius. Elephas nup in spectaculo adorauerat Domitianum: nã elephanti ut Plinius scribit: tantæ sunt docilitatis ut nõ modo submittere genua: & adorar: sed ẽt regi porrigere coronas discant. Poeta uult uideri hoc factũ esse non domitoris industria sed numine Domitiani: cuius sensu elephas submiserit genua.

Ambere securi. Tigris data est in spectaculis ab Augusto Cæsare: & nuper a Domitiano mansuefacta: sed cũ leonem inspexisset eum lacerauit: uult hoc poeta factum uideri numine Domitiani: cui9 uicinitate ausa sit id quod in siluis non audebat. Securi magistri: non metuentis feritatem beluæ domitæ. Hircano iugo: hircania scythiæ pars est: quæ pantheris: pardis: tigribus abundat. Lucanus: quas nemore hircano matrũ dũ lustra sequunt: Altus cæsorum pauit cruor armentoꝝ. Rara gloria.i.maxima gloria ferarum quæ prima erat inter tigres magnitudine. Sæua: reuersa ad feritatem.

Tale nihil.i.congredi cũ leone. Inter nos:ī theatro.Plus feritatis:numine Domitiani.

Vi Modo: Ex superioribus Ouidii uersib⁹:quos aduximus:planum est tauros iritari:& cum petunt aliquem deuitari eorum uulnera obiectis pilis: & uestibus nup taurus ī theatro petiit elephantũ cornu:a quo prostratus est.Insultat poeta tauro mortuo:q; tãdẽ potitus certo obstaculo:quod cum pilas peteret:maxime quærere uidebat: occubuerit. Flãmis:iracundia & iritatione:nam iflãmatum ira dicimus. Ardore cornuto potit⁹.i.potius ardore & uehementia cornuũ: nam ĩuenit obstaculũ appellat cornutũ ardorẽ uehementiam tauri. Sic: ut pilæ tollebãtur. Occubuit:extinctus ab elephãto. Dũ putat elephãta tolli:iactari posse. Sic:ueluti pilas obiectas.

Ausa est tale nihil:siluis dum uixit in altis.
Postquam inter nos est:plus feritatis habet.

De Elephante.

Qui modo per totã flãmis stimulatus harenã
Substulerat raptas taurus in astra pilas:
Occubuit tandem cornuto ardore petitus:
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

Assentatur Cæsari.

Dũ peteret pars hæc myrinũ:pars illa triũphũ:
Promisit pariter Cæsar utraq; manu.
Non potuit melius litem finire iocosam.
Odulce inuicti principis ingenium.

Ad Cæsarem.

Quicquid in orpheo rhodote spectasse theatro
Dicitur:exhibuit cæsar harena tibi.
Repserunt scopuli:mirandaq; silua cucurrit.
Quale fuisse nemus creditur hesperidum.
Affuit immixtũ pecudũ genus omne ferarum:
Et supra uatem multa pependit auis.
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab urso.
Hæc tamen ut res est facta:ita ficta alia.

De Rhinocerote.

Sollicitant pauidi dum rhinocerota magistri:
Se quæ diu magnæ colligit ira feræ:
Desperabantur promisli prælia martis.
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.

Q uod bucca eſt uetuli loquax cinædi.
Q uare deſine iam tibi uideri:
Q uod ſoli tibi cecili uideris.
Q ui galbam ſalibus tuis et ipſum
Poſſes uincere Seſtium caballum.
Non cuicunq̃ datum eſt habere naſum
Ludit qui ſtolida procacitate
Non eſt Seſtius ille: ſed caballus.

Oniugis audiſſet: Portia uxor Bruti: quī Cæſarē iterfecit filia Catonis audita mor-
te uiri Bruti: popoſcit ferrum ut ſibi mortē conſciſceret: quod cū ab amicis ꝓhibe-
ret: ipa clam ſumptis carbonib⁹: & obſtructo ore extīcta ē. hoc genus morti tradiderūt:
auctore Plutarco: Nicolaus philoſoph⁹: & Valeri⁹: quāuis alii alit mortuā ſcribant: & in
uſitatū leti gen⁹ carmine ꝓſequit poeta. Bruti: qui cecidit ī Philippicis. Mortē non
poſſe negari: cuipiā. Idem dixit Cato pater hui⁹ moritur⁹. ſi caput inquit parieti illiſero:
aut ſpiritū præcluſero: facile
mori poſſū. Et docuit: quo
niā deceptis cuſtodibus ſe īter
emit. Edocuiſſe hoc. ſ. mor-
tem nō poſſe negari alicui.

Da portia. 42

Coniugis audiſſet fatum cum portia bruti
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor.
Nondum ſcitis ait mortem non poſſe negari
Credideram ſatis hoc uos docuiſſe patrem.
Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc & ferrum turba moleſta nega.

In Mancinum. 43

Bis tibi triceni fuimus mancine uocati:
Et poſitum ē nobis nil here: præter aprum.
Non quæ de tardis ſeruantur uitibus uuæ
Dulcibus aut certant: quæ melimella fauis.
Non pira: quæ lenta pendent religata geneſta:
Aut imitata breues punica mala roſas.
Ruſtica lactantes nec miſit fiſcina metas:
Nec de picenis uenit oliua cadis.
Nudus aper ſed: & hic minimus: qualiſq; necari
A non armato pumilione poteſt.

Nunc: deridet Martialis eos
qui putant tantū poſſe mori
ferro.

Is tibi triceni: Mancinus.
lx. cōuiuas ī hoſpitali oſtē
tatione eluſit. nam his uocatis
aprum appoſuit nullo alio fer
culorū genere addito: neque
quicquam inde diſtribuit: ait
Martialis: qui inter conuiuas
fuerat: ſpectatū aprū fuiſſe in
menſa: ut in harena ſolet ſpe-
ctari. nā & harenæ ſpectatores
præter oculorū uoluptatē ni-
hil ex feris habēt. Imprecatur
igit ne ipi unquā aper appona
tur: ſed ipe apponat tali apro:
a quali fuit laniat⁹ Caridem⁹.

here: ꝙ heri

Here: antique ꝓ heri. Vuæ
duracinæ: quæ a duricie acini
dictæ ſunt. hæ ut Columella & Plinius docēt: aut ſuſpēſæ aſſeruāt: aut ollis cōditæ ui
naceis circunfumātib⁹. De his in diſtichis: Non utilis cyathis & iutilis uua lyæo: Sed nō
potāti me tibi nectar ero. Melimella: poma quædā muſtea dicebātur: q celerit mitеſce
rent. Eadē nouiſſimis tēporibus dicta ſunt melimella a mellis ſapore. Certant fauis: ſa
pore & dulcedine. Non pira: pira āpulacea potes intelligere: nā hæc optīe ſeruabātur.
Longa religata geneſta. i. longis uinculis. Geneſta: geneſta uirgulta dicūtur: unde pē
dentes fructus ſeruabātur: ut hic. Punica mala. i. granata mala. Imitata breues roſas:
quæ cito occidunt. uel breues: quoniā minores roſæ maioris coloris ſunt. an a ſimilitu
dine magis: quia ut roſæ erumpunt ex foliis: ita mala punica: quæ optīa ſunt: cū mite
ſcunt aperiūtur. Fiſcina a ferēdo dicta eſt: ut placet Varroni. notū inſtrumentū. Me-
ta: ꝓ lacte coagulato accepit a forma: ut puto metarū: nā meta in ludis inſtar rotundæ
colūnæ ſurgebat: in quā ſpēcie lac coagulatū mitti uidem⁹. Oliua de cadis picenis: pi-
cenæ oliuæ & ſidicinæ cibis optime ſeruabātur: tamē trāſmarinæ præſtāt. In diſtichis:
Hec quæ picenis uenit ſubducta trapetis: Inchoat atque eadē finit oliua dapes. Nud⁹
aper: aper mēſis romanis appoſitus ē exemplo Rulli: qui prim⁹ aprum ītegrū dedit cō-
uiuis: pater Rulli fuit: in quē inuect⁹ Cicero ꝓ lege agraria. Iuuenalis: Quanta eſt gula:
quæ ſibi totos ponit apros. Poſtea & bini & terni onerarunt mēſas. Nudus: ſine aliis
rebus. Pumilione: nanos græci: latini dixerūt pumiliones. Pumiliones nani dicūtur
ī delitias romanorum: quorum pugnam edidit Domitianus in ſpectaculis. Papinius ī
ſaturnalibus: Hic audax ſubit ordo pumilionum.

Geneſta
punica mala

Meta

pumhões: nanj.

Inde datum: ex apro q̄uia tantū eſt appoſitum. Talia facta. i. tale ſcel⁹. Caridem⁹: damnatus a Domitiano: dentibus apri diſcerpt⁹ eſt.

Aſciuos: iocat cū ſtella: ait. n. ſi multis uerſibus & paucis ſcripſi luſus leonum: & idē bis feci: potes me punire ut apponas mihi bis leporem. Maior charta. i. multa carmina. Bis idē: repetitis epigrāmatibus: nam hoc argumento ſæpe ſcripſerat.

Dita ne breuibus: Breuibus libellis. i. paucis carminib⁹. nā liber pauco⁹ & uerſuū facile interit. Dicat potius τὸν λαπαμεῖ βομενὸσ: certum inquit eſt non modo bis eadem ſcribere: aliis uerſibus quēadmodum feci de lepore: ſed etiā uti iiſdē uerſib⁹ ſi op⁹ fuerit: ut Homerus iculcat: τὸν λαπαμεῖ βομενὸσ: decretum mihi ē agere hoc ut iuſtam & integrā libri magnitudinem abſoluā in quem ferme ſenſum: illud diſtichon exiit: ſūt bona &. c. puto hos duos uerſus debere hærere ſuperioribus τὸν λαπαμεῖ βομενὸσ: ſignificat huic autem reſpondens: quod Virgilius ītерpretatus: quem contra.

τὸν δὲ λαπαμεῖ βομενὸσ

Vm dicis ppero. Edili cinædi conſilium & morē rep̄hendit: & īpudentiā: qui ī coitu iubebat pædiconem ꝓperare: cōſulit Martialis ſi cito cupit abſolui rem hortetur poti⁹ ne properet: quia ita peraget uelocius. Languet: cadit mētula. Propero. i. habeo negocium. Fac ſi facis: uerba Edili increpantis frigidum pædiconem. i. ſi uis facere fac & ꝓpera.

Ictibus his tauros: domitores leonum nō potuere tauros: & lepores eunt & redeunt libere. Hoſte: ex ore leonis. Nec nihil. i. aliquid refert ex nobilitate leonis: cum celerior inde exeat. nam uidet inde ſumpſiſſe uires. Sola harena: ubi non ſunt feræ. Fide: ſecuritate & numine. i. non eſt tutior in cauea ubi ſeruabatur q̄ in ore leonis: quod cum mirum ſit dedit acumen uerſui.

IR Celtiberis: Licianum uirum celtiberum proficiſcētem in hiſpaniam: tedioque urbis ſe referētem ad ocium carmine proſequitur trimetro iambico: & dimetro: repetitaque locorum illorum amœnitate faſtus urbanos accuſat: & probat Liciani conſilium. Non tacende. i. celebrande a me: qui celtiber ſum: & a tuis popularibus. Noſtræ: patriæ Hiſpaniæ.

Et nihil inde datum eſt: tantū ſpectauimus oēs
Ponere aprum nobis: ſic & harena ſolet.
Ponat tibi nullus aper poſt talia facta
Sed tu ponaris cui caridemus: apro.

Ad ſtellam. 44

Laſciuos leporum curſus: luſuſq; leonum
Quod maior nobis charta: minorq; gerit.
Et bis idem facimus nimium ſi ſtella uidet
Hoc tibi: bis leporem tu quoq; pone mihi.

De libro ſuo. 45

Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis
Dicatur potius τὸν λαπαμεῖ βομενὸσ

Ad Edilum. 46

Cum dicis propero: fac ſi facis edile: languet
Protinus: & ceſſat debilitata uenus.
Expectare iube. uelocius ibo retentus.
Edile ſi properas dic mihi ne properem.

De Leone & lepore. 47

Rictibus his tauros non eripuere magiſtri:
Per quos præda fugax itq; reditq; lepus.
Quodq; magis mirum: uelocior exit ab hoſte:
Nec nihil a tanta nobilitate refert.
Tutior in ſola non eſt: cum currit harena
Nec caueæ tanta conditur ille fide.
Si uitare canum morſus lepus improbe quæris
Ad quæ confugias ora leonis habes.

Ad Licianum de hiſpaniæ locis. 48

Vir celtiberis non tacende gentibus
Noſtræq; laus hiſpaniæ.

Bilbilim altam: edito loco conditam & bellicosam. Sacrum uada: habentẽ aquas sacras & multas. Veronem: fluuium. Vero fluuius est celtiberiæ ut Ptholomeus: & uerones populi: ut Strabo. Inepti homines legerunt uadauero coniuncta dictione: quũ duo sint. Vada: nota significatione: & Vero fluuius. Effractis niuibus: id est deliquatis niuibus. Botrodum: oppidum est pascuis & siluis amœnũ. Pomona: dea fructuũ propter uberatem pomorum quæ illic sunt. Tepida lene cõgedi uada: Lene leniter. Cogedus flu. Remissum corpus: id est resolutum. Salone: salo fluuius est cuius temperatum ferrum optimum est. Corpus: relaxatur aquis calidis: frigidis astringitur. Voberta: ilua & uilla. Franges: arcebis. Illece: fons nobilis nomine ꝓuinciæ: unde portus illecetanus. Nemeta: fons qui frigiditate superat niues. Mugiet: insonabit. Tarraco: nobile oppidum est uino & præstãtia uirorum: portu tamen caret. Laletania: prouincia est corrupto uerbo apud Strabonem. Apros uernas: natos illic & ante ianuam. Rumpes: superabis laxando equo. Fortis: id est ueloci. Lunata nusquam pellis: id ẽ nusquam uidebis nobiles: nam calceis lunatis utebantur nobiles. Iuuenalis: Nobilis & generosus Appositam nigræ lunam sub texit alutæ. Formam autẽ lunæ gestabant nobiles: ut Castor scribit: Indicantes post mortem lunam fore sub pedibus: præterea multæ causæ afferuntur: sed hæc maxime placet: quam Plutarchus exponit in quæstionibus ꝙ scilicet fuerit id institutum Euandri & arcadum: qui cum a luna se oriundos dicant: & lunares appellentur: ortum indicant calcei figura: quem morem nobiliores romani secuti sunt: declarantes se ab Euandro recta stirpe oriundos. Liburnum: genus uehiculi erat: & præco

Videbis altam liciniane bilbilim
Equis & armis nobilem.
Sterilemq; canum niuibus effractis sacrum
Vada ueronem montibus.
Et delicati dulce botrodi nemus
Pomona quod fœlix amat.
Tepida natabis lene congedi uada
Mollesque nympharum lacus.
Quibus remissum corpus astringes breui
Salone qui ferrum gelat.
Præstabit illic ipsa figendas prope
Voberta prandenti feras.
Aestus serenos aureo franges tago
Obscurus umbris arborum.
Auidam rigens illece placabit sitim
Et nemeta quæ uincit niues.
At cum december canus & bruma impotens
Aquilone rauco mugiet.
Aprica repetes tarraconis littora
Tuamq; laletaneam.
Ibi illigatas mollibus damas plagis
Mactabis & uernos apros.
Leporemq; forti callidum rumpes equo
Ceruos relinques uillico.
Vicina in ipsum silua descendet focum
Infante cinctus sordido.
Vocabitur uenator: & ueniet tibi
Conuiua clamatus prope.
Lunata nusquam pellis: & nusquam toga
Olidæque uestes murice.
Procul horridus liburnus & querulus cliens
Imperia uiduarum procul.

Liburnus: hic pro præcone. Iuuenalis: Primus clamãte Liburno Currite iam sedit: rapta properabat abolla. Cliens querulus: quia semper queruntur clientes.

Pallidus: timore. Mercetur. i. emat alius laudem & sapientiam. Miserere fœlicium. i. istorum qui se putant fœlices. Surra: causidicus fuit: & amicus Martialis: Palphurius Surra dicebatur cuius meminit Tranquillus in uita Domitiani: & Plinius in epistolis: & Martialis alibi nõ ipudẽter: sensus é nõ imerito ociũ debet suas partes uendicare: cũ fama suas partes est assecuta: & ita laudat Licianum: qui cum sit famã assecutus: merito ocium & quietem petit.

I tibi mistyllus: Aemilan⁹ coquũ suum appellauerat Mistyllũ a μιστυλλω qđ é téui ter incido. Versus est Homeri in iliade: cuius initiũ é μιστυλλον ταρατταλλα: quẽ locũ ita trástulit Virgilius: Pars in frusta secant. Alludés igitur ad ini tium carminis Homerici ait si tu appellas coquum Misty lon: ego deiceps appellabo Ta ratalla: quod in carmine seqt̃. secabant autem alia: hoc est se cabant in frusta alia: sed iocus est ex uoce dictionnm Home ri: qa ita subsequuntur Misty lon Taratalla: In iliade & odys sea idem est carmen.

On facit: De lepore iterũ: ambitiose qui quæris lau dem ex pugna & fuga cum leo ne. Non facit: non conue nit & placet. Nisi prima: id é maxima. Ingentis fati: id est mortis a leone.

Ommendo: Ad Quintia num conqueritur de reci tatione suor̃ carminum qua Fidẽtinus uolebat uideri poe ta: quem appellat plagiarium qui liberos libellos: & emissos pro suis tanq̃ seruos uendat.

Plagiarius: est qui hominem liberũ pro seruo uendit: cui⁹ rei pœna erat sãcita lege fania.

Præstes: defẽdas & tueraris: est uerbum legis. Plagiarius: qui liberos libellos a nobis ma numissos pro suis tenet: & q̃si in seruitutem trahit.

Na est in nostris: Fidẽti nus insertis carminibus Mar tialis uersus edebat: uolebatq̃ uideri poeta: ut supra. Ait autem poeta dignosci uersus Fidentini: peioresque uideri uicinitate carminis Martialis: quod per multas similitudines & exempla ostendit.

Non rumpet altum pallidus somnum reus:
Sed mane totum dormies.
Mercatur alius grande & insanum sophos
Miserere tu fœlicium.
Veroque fruere non superbus gaudio
Dum surra laudatur tuus.
Non impudenter uita: quod reliquum est petit
Cum fama: quod satis est: habet.

Iocus ex Homero in cocum. 49

Si tibi mistyllus cocus æmiliane uocatur
Dicetur quare non taratalla mihi.

Ad Leporem. 90

Non facit ad sæuos ceruix nisi prima leones
Quid fugis hos dentes ambitiose lepus?
Scilicet a magnis ad te descendere tauris
Et quæ non cernunt: frangere colla uelint.
Desperanda tibi est ingentis gloria fati
Non potes hoc tenuis præda sub hoste mori.

Quintianum facit assertorem. 91

Commendo tibi quintiane nostros
Nostros dicere si tamen libellos.
Possum quos recitat tuus poeta
Si de seruitio graui queruntur:
Assertor uenias: sãtisque præstes.
Et cum se dominum uocabit ille:
Dicas esse meos: manuque missos.
Hoc si terq; quaterque clamitaris:
Impones plagiario pudorem. 92

Ad Fidentinum.

Vna est in nostris tua fidentine libellis

Signata:q̄uasi ſtigmate. Domini:quia uerſus tui cognoſcunt inter meos:nam peio res ſunt:tractum ab opificibus:quoꝝ opera ſigno impreſo dominū profitentur. Tra ducit:accuſat. Bardocucullus:ueſtis erat gallica groſſioris fili facta:cōpoſitiōe ex bar dis.qui poetæ ſunt gallicani:& cuculo.Cucullus.n.ueſtis groſſior capiti etiam tegendo apta.Bardi ité dicuntur ſtulti apud gallos:ut poſſit accipere bardocucullū ueſtem gallicā fuiſſe plebis:& uiliorū hominum:ut in diſtichis:Gallia ſanctonico ueſtit te bardo cucul lo:Cecropithecorū penula nu perat. Lyngonicus:gallicus. nam lyngones sūt populi gal liæ. Tyrianthinæ:ueſtes pre cioſiſſimi erant coloris: cōpo ſitum eſt a tyriis: quæ purpu reæ erant: & ianthinus.Ianthi næ autem dicebāt uiolaceæ: ut uno uerbō dixerit Martia lis tyrianthinas: quas Plinius purpura uiolacea tinctas ſcri bit. Vrbica tyriáthina.i.urba nas ueſtes. Aretinæ teſtæ: aretium in italia teſtis:Surren tum calicibus terram aptam habebāt:ut Samus uaſis ciba riis:auctor eſt Pli. Alibi ī diſti chis:Aretia nimis ne ſpernas uaſa monemus.Lætus erat tu ſcis porſena fictilib⁹. Sic:ride tur ut deridentur tua carmina iter mea. Caiſter:fluui⁹ Aſiæ qui multas aues deferens præ ter aſiā paludem labitur:& e pheſum abluit:Illic multi ſunt cygni. Virgi. Atque aſia circū Dulcibus in ſtagnis rimantur prata caiſtri. Lædæos olores:lædæos quoniam Iuppiter in forma cygni cū Læda concubuit: Papinius amiclæos dixit. Amiclæos ad frena cita uit olores. Querelas cecropias: Philomelæ lugentis filium. Atthide Philomela: quæ attica & tragœdia eſt apud græcos Philochori:cuius meminit Macrobius:ea complexa Philomelæ fabulam Atthis inſcribitur:hoc eſt Philomela filia Pandionis athenienſis.

Feruet:celebratur. Indice:tu non eges accuſatore aliquo:quoniam uerſus tui coniū cti meis indicant te furem. Index:conſcius rei ſocios accuſat:atque id clam:accipit nō nunquā pro delatore. Vindice:uindices q uindicant id eſt aſſerunt aliquē e ſeruitute: ut hic de carmine quod Fidētinus pro ſuo poſſidebat:quum eſſet liberum: unde ſupra Plagiarius eſt dictus.

I quid fuſce.Puto ad Cornelium Fuſcum hoc ſcriptum epigramma:qui præfectus cohortium prætoriarum in dacis occubuit:magna erat apud Domitianum auctori tate.alibi:Ille ſacri lateris cuſtos:martiſque togati.& Iuuenalis:Qui uulturib⁹ ſeruabat uiſcera dacis Fuſcus.Hunc rogat ut ſe aſcriabt numero ſuorum amicorum:neque aſp netur quāuis nouus ſit:nam in prandio amico inſpiciendum eſt nō an ſit nouus: ſed an fieri poſſit uetus amicus:hoc eſt an ſit permanſurus in fide: quaſi uelit indicare mul tos qui Fuſcum amare uidebantur ſequi fortunam potius q̄ officium. Vnum locum in amicitia:in tanta amicorū multitudine. Si qua parte uacas amari:id eſt ſi ī aliqua parte tibi locus uacuus eſt ut ameris & a me. Hoc quia.ſ.noui fuerunt

Pagina:ſed certa domini ſignata figura:
Q uæ tua traducit manifeſto carmina furto.
Sic interpoſito uilis contaminat uncto
Vrbica ligonicus tyrianthina bardocucullus.
Sic arretinæ uiolant cryſtalina teſte:
Sic niger in ripis errat cum forte cayſtri:
Inter ledæos ridetur coruus olores:
Sic ubi multiſona feruet ſacer atthide lucus:
Improba cecropias offendit pica querelās:
Indice non opus eſt noſtris nec uindice libris
Stat contra:dicitq; tibi tua pagina:fur es.

De amicorum iudicio.

Si quid fuſce uacas adhuc amari:
Nam ſunt hinc tibi:ſunt & hinc amici:
Vnum:ſi ſupereſt:locum rogamus
Nec me quod tibi ſum nouus recuſes.
Omnes hoc ueteres tui fuerunt.
Tu tantum inſpice qui nouus paratur
An poſſit fieri uetus ſodalis.

Ota tui: Faſtus urbanos damnat laudanſque otium: infœliceſque putat: q urbis tedia poſſunt ferre. Fronto: huius meminit Tacitus: quem non modo Domitiani temporibus: ſed & Neronis fuiſſe teſtatur: & apud Iuuenalē: Frontonius platani. Clarum militiæ & togæ. i. Fronto uir præclarus & domi & foris. Vota hæc ſunt: optat habere rus paruū qđ ipſe amet. Iuuenalis: Viue bidētis amās & culti uillicus horti. Ocia ſordida: carētia luxu & ſplendore. Frigora ſaxi ſpartani. i. ædes potētiorū ornatas marmore laconico quod & præciosiſſimum & uiriditate cunctis Hilarius ſcribit Plinius. Picta: nam uena periñde ac pictura diſtinguit. Marmūr laconicum: uel certe quoniam cū phrygio cōiugebantur ad colorum & picturæ uarietatē. Papinius: Vixque locum eurotæ uiridi quū regula longa Sinada diſtinctā uariat. Et Pli. xxxv. na. hiſt. ſcribit inuentū etiā eſſe ut marmora pingerentur: de quo is loquitur poeta ita intelligens de omnib⁹ ædib⁹ potentiorū: potes & đ porticu Octauiæ intelligere: in qua Batracus & Saurus lacones templa ſtruxerūt magna ſpe: & eorum nominibus porticus dicaretur: quod non ſunt aſſecuti: ſed tamē ſe artifices fuiſſe declarantes ranam & lacertam in epiſtolis ſculpſerunt: ut rana græce Batracum īdicaret. At lacerta Saurum. Aue: id é ſū mo mane ſalutat: nam romani ſummo mane ſalutabant a clientibus: & uiliorib⁹ perſonis.

Iuuenalis: Sollicitus ne Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem. Quiſq̄: eſt ne aliquis qui hæc præferat id eſt domos frigidiſſimas marmorib⁹. Cui licet. i. q poteſt. Cado rubro: a calore teſtæ: & cadi in diſtichis: Si ſpūet rubra cōchis tibi pallida teſta. Pinguis: ſine curis. Inæquales menſas: ſine ordine. Et cui nos emptus cinis. i. focus non emptus: nam ligna emebantur: ut Iuuenalis meminit: Et panis fumuſque domi. Alb⁹: ſollicitus & anxius. Alibi timentem & anxium album dixit.

Ontinuis: Hoc epigrāma ſcribit autūnali tpe inter multos ībres iocās: ait. n. uinum ita iā mixtū eſſe: ut caupo q nūq̄ uendit merx: ſed ſemp miſcet ét ſi uelit ñ poſſit merū. i. purx uēdere exponas ipe. Vt cupes. i. ét ſi cupes: ut alibi idé ut uelit. i. ſi ét uelit: uel qđ magis placet hoc diſtichō dr̄ ī cauponē rauenātē: ī qué alibi Callidus īpoſuit nup mihi caupo rauénæ. Cū peteré mixtū uendidit ille merx. & ſubiiciatur hoc diſtichon poſt illud: & inſultet poeta cauponi: qui iam non poterit uendere merum ut cuperet.

Valem: Laudat mediocritatem. unlt. n. puellam quæ non ſit nimis facilis nec nimis difficilis. Cruciet: negando id eſt retinendo me.

Ad Frontonem de uoto uitæ ſuæ. 54

Vota tui breuiter ſi uis cognoſcere marci
Clarum militiæ fronto togæq; decus.
Hoc petit eſſe ſui nec magni ruris arator.
Sordidaq; in paruis otia rebus amat.
Quiſquam picta colit ſpartani frigora laxi?
Et matutinum portat ineptus aue.
Cui licet exigui nemoris ruriſq; beati
Ante focum plenas explicuiſſe plagas.
Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta:
Flauaq; de rubro promere mella cado.
Pinguis inæquales onerat cui uillica menſas:
Et ſua non emptus præparat oua cinis.
Non amet hanc uitā: quiſquis me nō amat: opto
Viuat & urbanis albus in officiis.

Ad Cauponem. 99

Continuis uexata madet uindemia nimbis:
Non potes ut cuperes uendere caupo merū.

Ad Flaccum qualem puellam.

Qualem flacce uelim quæris: nolim ue puellā:
Nolo nimis facilem: difficilemq; nimis.
Illud quod mediū eſt: atq; iter utrūq; probamus.
Nec uolo quod cruciet: nec uolo quod ſatiet.

Ilia pro puero: In phœbum draucũm: q̃ũi cõductus ad hiſpidos rem fecerat: ñuper emerat magno precio puerum: quẽ Martialis ob æſtimationis magnitudiné nõ au ſus eſt mercari. Mãgones: cuſtodes & uẽditores puerorꝝ a græcis hippocomi ab eqs tã tum ornandis nos mãgones a manu & ago: id enim eſt polire: qd̃ & rebus omnib⁹ conue nit: & mangones faciunt: ut carius uendãt. Plato in gorgia & Quint. auctor eſt unde mã goniſare expolire dicimus: & ꝓprie in rebus quas uẽdibiliores facere uolumus. Plini⁹ fũdum mãgoniſatum dixit: Varro piſcías. Sed Phœbus: & Phœbi cuiuſdã liberti me minit Tacitus: ſed alius hic é: Hoc ꝙ nõ emerim. Secum ta cite cõqueritur. In inuidiam meam. i. meum contemptũ & odium. uerba Martialis ad mẽ tulã. Da tu hoc ut aquirã. xx. ſeſtertia opera tua: ut ego plu ris emã ꝙ nõ erat bene mentu latus poeta. Alibi iam ſcio me nudum diſplicuiſſe tibi.

Mãgones

De pueri precio. §6

Milia pro puero centum me mango popoſcit.
Riſi ego: ſed phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet & queritꝰ: dolet hoc mea mẽtula mecũ
Laudaturq; meam phœbus in inuidiam.
Sed ſeſtertiolum donauit mentula phœbo
Bis decies: hoc da tu mihi: pluris emam.

Ad Flaccum de ſportula. §7

Dat baiana mihi quadrantes ſportula centum.
Inter delicias quid facit iſta fames.
Redde lupi nobis: tenebroſaque balnea grilli:
Tam male cum cœnẽ: cur bene flacce lauor?

De lepore & leone. §8

Intres ampla licet torui lepus ora leonis:
Eſſe tamen uacuo ſe leo dente putat.
Quod ruet i tergũ: uel quos procũbet i armos
Alta iuuencorum uulnera figet ubi?
Quid fruſtra nemorũ dominũ regẽq; fatigas?
Non niſi delecta paſcitur ille fera.

Ad Licinianum ſcriptores unde. §9

Verona docti ſyllabas amat uatis.
Marone fœlix mantua eſt.

At baiana: Dabãtur ſportulæ a diuitibus cum aliis clientibus: tum his qui una la uabant quas ſuſtulit Domiti anus: & iuſſit non ſportulam clientibus: ſed cœnam eadem menſa dari. Suetonius de Do mitiano: Sportulã publicã ſu ſtulit reuocata cœnarũ rectaꝝ conſuetudine. Nero aũt ſub latis cœnis olim ſportulam in ſtituerat: ſed ſcribẽte hic poe ta nondum Domitianus eas ſuſtulerat: ſportula hæc ex bal neis. c. quadrantes. Sublatis ſportulis balneorum clamat Martialis pre lætitia: Cẽtum miſelli iam ualete quadrantes Ante ãbulonis cõgiarium laſſi Quos balneator diuidebat Elixus Regis ſupbi ſportulæ receſſerũt. Sportula baiana. i. ſportula quæ in balneis dabat. Baiana: quaſi optima la uatione. Nam baiis optime aquæ ad lauandũ. Iſta fames: id eſt centũ quadrãtes & par ua iſta ſportula: quæ me nõ ſatiat eſurienté. Inter delitias: i. inter delicatas lauationes. Lupus & Grillus balnea habebãt meritoria & publica pauperibus accõmodata.

Ntres ampla: Vacuo dente: quia nihil haberet intra dentes: tu neque armos neque tergum habes in quæ ruat. Vbi figet uulnera iuuencorum: id eſt quæ ſolet figere in iuuencis & tauris.

Erona: Trimeter & dimeter iãbicus: Aſſignat ſuã patriam poetis: ut Caniũ: Decia nũ: Licianũ: & ſe hiſpanos celebret. Docti uatis: Catulli. Syllabas: nũeros & uer ſus. Catullus Veronæ natus é: ut Euſebi⁹. ipe tam̃ dicit ꝑmoné peniſulã lacus bẽaci i a gro ueronẽſi eẽ ſibi priã. Vir. nat⁹ i ãde uico: ut Euſebi⁹ teſtat iuxta mãtuã. Vnde emen dauim⁹ deprauatũ Silii carmẽ i octauo: Mãtua muſaꝝ dom⁹: atque ad ſidera cãtu Eue cta ãdío. nã achiuo & aonio mẽdoſe erat ſcriptũ: ꝑ ãdío: ita. n. carmẽ uirgilianũ ãdinũ di xit Silui⁹ ab ãde pria poetæ. ut Vir. chalcidicũ Euphorionis: & ſiculũ Theocriti cecis.

Aponúm: locus iuxta patauium ubi nunc balnea: meminit Hostius Claudiantis. Cé-
ſetur: in precio eſt: nam qui erant in cenſu nobiles: qui non ignobiles: unde cenſeri ī pre
cio eſſe. Stella: non parthenopeus ut quidam male interpretati Papiniū aiunt: ſed pa-
tauinus poeta fuit: nam uerſus de neapoli ad Violantillā refert Papinius quēadmodū
docuimus cum ſiluas interpretaremur. At te. i. uiolantilla naſcentem gremio mea ṗma
recepit Parthenope. Flaco: Vallerio flacco. alibi: Hacce antenorei ſpes & alūne laris.

Apollodori. vi. fuerunt pri-
mus atheniēſis comicus: alter
gelous: cuius comœdiæ erāt
Philadelphi: Syſyphus: Terti⁹
tarſēſis tragicus. Quartus a-
theniēſis item grāmaticus diſ-
cipulus Ariſtarchi. Quintus
pergameūs rhetor præceptor
Calidii & hic Auguſti & ſit
ſext⁹ quē nominat Martialis
Naſo: natus ī peligнis. Naſo-
nis item meminit alteri⁹ Cor.
Tacit⁹. Emerita: Auguſta di
cebatūr oppidum hiſpaniæ.

Bilbilis: ciuitas in celtiberia
patria Martialis.

Aſta nec: Leuiña ueñe-
rat caſtiſſima uxor: ſed dū
uagatur modo bais: modo ad
lucrinum: in adulteri amorē i
cidit: quem ſecuta eſt relicto
coniuge: ait ergo poeta Leui-
nam ueniſſe caſtiſſimam: ſed
abiiſſe meretricem: atque ita
ridet urbis mores: quos ſatyra
ſectatur Iuuenalis ubi ait: Et
ruſticam mulierem theatrali-
bus ludis facile corrumpi poſ
ſe: Sabinæ & patauinæ mulie
res habitæ ſunt exempla ca ſti
tatis. de patauinis Plinius in
epiſtolis. Penelope: uxor Vly
xis: quæ caſtiſſima: cuius pudi
citia a procis non potuit cor-
rumpi. Helena: meretrix.
Cætera duo epigrammata ſūt
clara de ſe.

Vm dixi ficos. Oſtendit
ficum duo ſignificare &
morbum: q naſcitur ex nimio
pruritu: & fructum: ſed tantū
genere differre: quoniam pro
fructu ſit generis fœminini: ṗ
morbo maſculini. Hoc epigrā
mate utitur teſtimonio Priſci
anus. licet a noſtris redarguat.

ficus duo ſiǵficat
morbū & fructū

Cenſetur aponi liuio ſuo tellus.
Stellaque nec flacco minus.
Appollodoro plaudit imbrifer nilus.
Naſone peligni ſonant:
Duoſque ſenecas: unicunque lucanum
Facunda loquitur corduba.
Gaudent iocoſæ canio ſuo gades:
Emerita deciano meo.
Te liciniane gloriabitur noſtra.
Nec me tacebit bilbilis.

De Leuina caſta & ad baias adultera. 60

Caſta nec antiquis cedens leuina ſabinis:
Et quamuis tetrico triſtior ipſa uiro.
Dū modo lucrino: modo ſe permittit auerno:
Et dum baianis ſæpe fouetur aquis.
Incidit in flammas: iuuenemque ſecuta relicto
Coniuge: penelope uenit: abit helene.

Ad Celerem. 61

Vt recitē tibi noſtra rogas epigrammata: nolo.
Non audire celer: ſed recitare cupis.

Ad fabullam ambitioſam in laude 62

Bella es: nouimus: & puella: uerum eſt.
Et diues. quis enim poteſt negare?
Sed dum te nimium fabulla laudas:
Nec diues: neque bella: nec puella es:

Ad Ceciliannm de. g. &. d. ficus. 63

Cum dixi ficos rides quaſi barbara uerba:
Et dici ficus ceciliane iubes.
Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci
Dicemus ficos ceciliane tuos.

Rras. In Celerem & Fidentinum hoc potest dictum uideri: quorum uterque poetæ carmina pro suis usurpabat: ut supra questus est poeta. Tomus: grossior papyrus est: ut & ex lino uel farcimẽtum tomentũ appellamus: cũ enim cõficeretur papyrus deligabant subtiliores partes: quæ precios modo augustanæ: modo fanianæ modo aliter dictæ sunt grossiores ptes abscisas tomos appellabãt: nã τεμνω latine incido. Sophos: laus doctrinæ: nã græci doctum eo uerbo laudant σοφοσ: id est doctus est: hãc uocem neutro genere ptulit Martia. Quare carmina secreta: quæ non cognoscunt nõ mea. nam deprehẽderis. Curas rudes. i. nouos uersus. Pater chartæ uirginis. i. auctor: Charta uirgo dicebat quæ nondum edita erat: ut uirgo quæ nõdum peperit. Chartæ uirginis: id est noui libelli nondum editi.

Mento duro: hoc alibi Martialis ubi indicat chartã quæ a frequenti lectore habet in manibus horridã fieri mẽto: hoc est effici pilosam: & barbatam dum usu atteritur. In distichis Ne toga barbatos faciat uel penula libros. Quæ nõdũ inhorruit mẽto. i. quæ nõdũ usu attrita barbã emisit: nã horrere pilis dicimus: & horrere mẽto. i. emittere barbam.

Iber. liber significat hominem liberi animi: qui nemini parcit: & liber significat hominem sine negociis. Hac uerbi allusione deridet Cherulum. Nimium liber homo: id est nimium liberi animi: q nemini pcis. In te qui dicit Cherule liber homo est: id est sine negociis: quia nõ est dignus reprehẽsione alicuius: sed omnino cõtemnendus.

Vicquid agit. Ruffus meretrico amore ardebat.

Nævia erat quæ amabat tor quebatque Ruffum: dum precio corrupta modo hunc modo illum sequebatur: derideat poeta Ruffum: qui non aliter de Nævia loquebat: & cogitabat q̃ si speraret se uoto potitur&. Ait. n. non é una: sed é multiplex: dum multis seruit: ut nõ possit sperare se unum habiturum illã ĩ potestate. Eodem argumento infra epigrãma ubi Ruffum frustra expectanté Nævia deridet. Quicquid agebat Ruffus loquebat de Nævia. Propinat: propinabant amico cum ad poculum conuiuã inuitabant: ut illud Iuuenalis: Quãdo ꝓpinat uiro tibi ꝓpinabãt. Item cũ amico absẽte noĩato bibebãt. Socrates apud Platoné hoc poculũ Criciæ ꝓpino: Vna: é ĩ ore Ruffi. Demisso uultu: id est conniuentib⁹ oculis. Non una est: sed publica & multiplex: conducitur enim a multis.

64

Ad Furem de libro suo.

Erras meorum fur auare librorum
Fieri poetam posse qui putas tanti?
Scriptura quanti constet: et tomus uilis
Non sex paratur: aut decem sophos nummis.
Secreta quære carmina et rudes curas:
Q uas nouit unus: scrinioque signatas
Custodit ipse uirginis pater chartæ:
Q uæ trita duro non inhorruit mento:
Mutare dominum non potest liber notus:
Sed pumicata fronte: si quis est nondum
Nec umbilicis cultus atque membrana:
Mercare tales ab eo nec sciet quisquam.
Aliena quisquis recitat et quærit famam
Non emere librum: sed silentium debet.

69

Ad Chærulum.

Liber homo es nimiũ: dicis mihi chærule semp.
In te qui dicit chærule liber homo est.

66

De Ruffo et nævia.

Q uicquid agit Ruffus: nihil é nisi nævia ruffo.
Si gaudet: si flet: si tacet: hanc loquitur.
Cœnat. propinat. poscit. negat innuit: una est
Nævia: si non sit nævia: mutus erit.
Scriberet hesterna patri cum luce salutem
Nævia lux inquit: nævia lumen aue.
Hæc legit: et ridet demisso nævia uultu.
Nævia non una est: quid uir inepte furis?

Oepit Maxime: Terentos locus in campo martio dictus q̄ ara Ditis patris & Proserpinæ ibi terra conderetur. historiam habes apud Valerium maximum quomodo sit dicatus Loci meminit Papinius Aut instaurati peccauerit ara terenti. alibi etiã Martialis. Terrestria numina ut Bacchus Pan Satyri Fauni in delubro Plutonis collocabãtur: qui terræ deus est: quẽadmodum cælestia in tẽplo Iouis: marina in templo Neptuni: Statua itaque paucos erat ad terẽtum iuxta aram Ditis. Canius perpetuo risu agitabatur: quod Martialis alibi iocando indicat: ubi post longas interrogatiões quid ageret Canius subdidit: ridet. pan & satyri risu perpetuo lasciuiunt. cum uelit itaque ridetem Canium deridere ait: non ostendi amplius in terrento statuã panos: quæ ut dixi habitu ridentis figurabatur: sed Canium q̄ æque ridet ac Pan.

Ad Maximum.

Cœpit Maxime Pana: quæ solebatur
Nunc ostendere canium terẽtos.

Ad Librum:

Vade salutatum pro me libẽr ire iuberis
Ad proculi nitidos officiose lares.
Q uæris iter: dicam uicinum castora canæ
Transibis uestæ: uirgineamque domum:
Inde sacro ueneranda petes palatia cliuo
Plurima qua summi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata colossi
Q uæ rhodiũ moles uincere gaudet opus.
Flecte uias hac: qua madidi sũt tecta lyei:
Et cybeles picto stat coribante tholus.
Protinus a læua clari sub fronte penates
Atriaque excelsæ sunt adeunda domus.
Hanc pete ne metuas fastus liminẽque superbũ:
Nulla magis toto ianua poste patet.
Nec propior quã phœbus amat: doctæq; sorores.
Si dicet quare: non tamen ipse uenit.
Sic licet excuses: quia qualiacũq; leguntur.
Ista: salutator scribere non potuit.

Ade salutatum. Tedio lustrandæ rubis ad peragendas salutationes mittit librũ: quem suo nomine iubet salutare Proculum amicum: simul nunciare causam quare ipse ñ salutet. Pro me: meo loco Lares: ædes proculi. Castora: id est templum Castoris & pollucis: quod in foro erat & q̃uis geminis fratribus esset dicatum: unius tantum Castoris, dicebatur. Vestæ templũ Vestæ non procul erat a palatio quod ex uerbis Papinii cognoscitur loco illo: Pulchrius an tacita uigilet face troicus ignis: Atque exploratas iã laudat uesta ministras. Domũ uirgineam: id est templum Palladis: quod erat iuxta palatium. Papinus de statua Domitiani: Leuam tritonia uirgo Non grauat. Sacro cliuo: colle. Summi ducis: Domitiani: de statua equestri intelligit: de qua Papinius in prima silua: Mirus colossus radians & splendens. Quæ moles gaudet: gloriatur. Opus rhodium: id est colossum: qui erat. lxx. cubitorum altitudine: opus Charis. multa Plinius de hoc. Lyæi: id est Bacchi. Picto stat coribante tolus: id ẽ templũ Cibelis. Stat: erectum est. Coribante: sacerdote. Puro: castrato: uel picto uarietate uestium. Ianua patet: apertis foribus: nulla ianua benignior & hospitalior ẽ & præsertim doctis. Propior: nulla est uicinior. Quam: domum phœbus & musæ amẽt.

Sic licet excuses: id est sic potes me excusare. Salutator: quia si Martialis esset occupatus in salutandis amicis non scriberet hæc. .X. qualicunque sunt: quasi dicat melius putat scribere carmina in ocio q̄ salutare.

Aeuia ſex. Sodalitium eſt & ſolutus potus: quem antiqui agebant coronati numeratis litteris nominũ amicorũ: tot cyathos hauriebãt. Papinius hũc morẽ tetigit: Horatius apertius in carminib9. Porphirio interpres cumualitiſſime: Nunc cauillatur ĩ meretrices: quarũ pfidiã indicat. Ita enim bibit: ac ſi aliqua pollicita eſſet ſe uenturã cũ nulla ueniat multis trientibus ſiccatis ſomnũ petit. Næuia habet ſex litteras ex diphthongo: bibamus ſex cyathos in honorẽ Næuiæ. Tu mihi ſomne: poetæ ſomnum aliquando carmine aduocant: ut Ouidius & Papinius.

Ad Somnum. 69

Næuia ſex cyathis ſeptem iuſtina bibatur
Quinque lycas: lyde quattuor: ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica falerno
Et quia nulla uenit: tu mihi ſomne ueni.

Oſtris uerſibus. Aegle caret dentibus & dentata uidebatur: emptis dentib9 eburneis. Indico cornu .i. ebore & elephante indo. Moro cadente: id ẽ moro præmiaturo.

Ad Fidentinũ. 70

Noſtris uerſibus eſſe te poetam
Fidentine putas: cupiſque credi?
Sic dentata ſibi uidetur ægle
Emptis oſſibus indicoque cornu
Sic quæ nigrior eſt cadente moro
Ceruſſata ſibi placet licoris.
Hac etiam ratione qua poeta es
Caluus cum fueris: eris comatus.

Ceruſſata: id eſt candidata: ceruſſa & ochra inter colores fictitios ponuntur a Plinio: hic pallor & cãdor uel ſtatius uel mulieribus parabatur. Placet ſibi: id eſt uidet candida. Alienis crinibus: emptis: poteris uideri comatus.

Ad Cecilianum. 71

Nullus in urbe fuit tota qui tangere uellet
Vxorem gratis ceciliane tuam.
Dum licuit: ſed nunc poſitis cuſtodibus: ingens
Turba fututorum eſt: ingenioſus homo es.

Vllus. Cecilianus habebat uxorem quã nollebat ab ullo tangi: & erat turpis: adhibuit cuſtodes ac ſi eſſet pulchra: Eum deridet: qa cõduxit fututores: cum adhibuit cuſtodes: nã a cuſtodibus cõductis futuebatur. Idem cuſtodes.

Ad Paulam. 72

Mœchus erat: poteras tamẽ hoc tu paula negare.
Ecce uir eſt: nunquid paula negare potes?

Dum licuit: id eſt dum poterant. Idem notat Iuuenalis: Pone ſeram cohibe: ſed qs cuſtodiet ipſos: cauta eſt & ab illis incipit uxor. Gratis: hoc uerbum ĩdicat de cuſtodibus conductis intelligendum: qui iam non gratis futuunt quum ſint mercede conducti: alter ſenſus non placet: ut dicas illud Nitimur in uetitum: & cætera.

De Lino. 73

Dimidium donare lino: q̃ credere totum
Qui mauult: mauult perdere dimidium.

Oechus erat. Paula cum olim haberet uirum faciebat ſui copiã adultero: nunc ſublato uiro nupſit ei qui olim erat adulter. Accuſat Martialis utrũque Paule factum & q olim adulterũ haberet: & q nunc necato cõiuge eũ habeat uirum: mœchus erat qui tibi eſt nunc uir. Nunq̃ potes hoc negare: quaſi uelit ĩuere q ĩteremerit uirũ: ut mœchonuberet: ut infra de Proculina: Non nubis proculina: ſed fateris uel potius: Nũquid potes negare: te ſcilicet futui ab iſto: quod olim quum eſſes mœcha negabas.

Imidium. Iocatur in Linum non reſtituentem mutuum: Credere mutuo. q .d. idẽ eſt donare Lino quod credere: quando id non reddit.

Mihi curarum. Ad Valeriũ Flaccũ ſcribit ĩgemiſcẽs ñullũ eſſe p̃miũ mũſis: ſed in iudiciis tãtũ & cauſidicis pecuniã uerſari. Nõ uile.i.magnũ. Curarũ:cogitationũ & uerſuũ. Alumne:qui nutritus es. Laris antenorei.i.urbis antenoreæ:patauii: fuit enĩ patauinus.alibi:Cenſet apona liuio ſuo tellus:Stellaque nec flacco minus.Quĩti lianus: Multũ inquit nup ĩ Flacco amiſimus. Huius extãt octo argonauticoꝝ libri ad reditũ uſque heroũ:reliqs uel amiſſis uetuſtate:uel poetæ morte ĩterceptis:totũ effinxit.

In his Appolloniũ rhodiũ ñ modo argumẽto: ſed ſingulis ĩterdũ uerſibus:ut ego ex Appollonii opere quattuor libris facile aĩaduerti. Differ: intermitte. Exiſtis:muſis. Aes: pecuniã. Arca Mineruæ:loq̃tur nunc de cauſidicis qui ĩ foro uerſant & lucrant ingentẽ pecuniã:qđ alibi repetit:Nã ſi falciferi defẽdẽt tẽpla tonãtis: Sollicitiſque reis uẽdẽt uerba uelis: An de foro palladio: qđ ſupra dixit cõditũ a Domitiano:hoc magis placet q̃ qđ alii dixerunt Mineruã tulliſſe leges:& ꝓpterea noĩari hic a poeta in iudiciis. Vna uero ſentẽtia mihi ꝓbatur ut alludat ad arcam pallatinã.i. impatoris. Nã pallas numẽ erat Domitiani:ut dicat poeta eos tãtum q̃ aſſentando pallatia frequentant:nummos habere. Arca Mĩeruæ: id eſt arca Domitiani. Fœnerat omnes deos: id ẽ a deo diues eſt ut poſſit dare nummos ĩ fœnus omnibus diis. Arbor Palladis nigra:a fructu. Inclinat comas : fructu ſuo. Sophos: laudem ſapientiæ. Semper inane:id eſt ſine fructu. Permeſſus:fluuius & Olmeus ex Elicõe ĩ unũ ꝓmixti ĩ copaidẽ lacũ delabũt:ut Strabo. Baſia.i.laudes ĩanes: de quo ſupra:Dũ baſia iactas. Crepãt.ſtrepũt,tractũ ẽ a meretricib9:q̃ cathedras dixit. Steriles:nullũ fructũ afferẽtes:nã cathedræ & ĩ ſchola poetaꝝ erãt & modulator:& hui9 mõi ludis.Horati9:Diſcipulaꝝ ĩter iubeo plorare cathedras:q̃ſi dicat libri nr̃i tãtũ baſiãtur.In qũẽ ſenſũ uidet ſuperius locut9:Dũ baſia iactas.i.dũ gloriabũdus baſia uenaris.

Vlchre.De Carino cunnilingo. Parce bibit:tẽperate. Cõcoquit:digerit. Et tamẽ pallet:quaſi uelit oſtendere Carinũ affectantẽ noua remedia ad colorandam faciẽ tentatis omnibus aliis lingere cunnum:atque ita poeta in ea cauillatur.

Ndignas:Laudat mors Feſti:q cũ morbo inſanabili laboraret correptis etiã faucib9 decreuit mori.ꝓpus autem amicos cõſolatus:mortẽ ſibi conſciui .gratus erat Domitiano:ut nullo metu ĩperatoris uideat ſe interfeciſſe:propterea maiore laude dignus ſit q̃ fuerit Cato:qui cũ ſe interfecerit uidetur id egiſſe metu Cæſaris:cuius erat hoſtis.

Peſtis tabida:cõtagioſa:morbus ille fuit quem Plinius mentagram appellat.

Ad Flaccum. 74

O mihi curarum precium non uile mearum
Flacce Anthenorei ſpes & alumne laris.
Pierios differ cantuſque choroſque ſororum
Aes dabit ex iſtis nulla puella tibi.
Quid petis a phœbo:nũmos hẽt arca mineruæ
Hæc ſapit:hæc omnis fœnerat una deos.
Quid poſſũt hederæ bachi dare:palladis arbor
Inclinat uarias pondere nigra comas.
Præter aquas elycon & ſerta lyraſque deorum
Nil habet.& magnum ſemper inane ſophos.
Quid tibi cum cirrha? quid cũ pmeſſidos unda?
Romanum propius diuitiuſque forum eſt.
Illic æra ſonant:at circum pulpita noſtra
Er ſteriles cathedras:baſia ſola crepant.

De Carino. 79

Pulchre ualet Carinus et tamen pallet.
Parce bibit Carinus:et tamen pallet.
Bene concoquit Carinus:et tamen pallet.
Tingit cutem Carinus:et tamen pallet.
Sole utitur Carinus:et tamen pallet.
Cunnum carinus linguit:ẽt tamen pallet.

De Feſto. 76

Indignas premeret peſtis cum tabida fauces
Inque ipſos uultus ſerperet atra lues.

Siccis genis:non flens. Nec tamen:id est non sumpsit uenenum: ut multi affecti tedio aduersæ ualitudinis. Lenta fame:idest inedia:ut Silius tedio morbi:& Portius latro declamator:tedio quartanæ. Sancta morte:id est sanctitate mortis se romanū præstitit. Via nobiliore:id est ferro q̃ ueneno aut inedia. Cæsar huius amicus erat:iccirco præferenda mors huius morti Catonis:qui inimicus Cæsaris erat.

Emper agis.Iucuriosum & semper aliquid agentem Attalum. Agis causam:id est declamas. Agis res:id est ob is negocia. Agis mulas: id est ducis mulas. Horatiꝰ:Festinat caliolū:mulis:geruliſque redẽptor. Agas animam:id é morere:& expira.nam Gelius scribit his uerbis:Hortensius cum has scripsi animam agebat: id est moriebatur. Liuius de ueneno senatus campani: Hi cũ animam egissent:omnes tamẽ priusq̃ hostibus aperirent portæ expirarunt.hic Liuius accepit ac si diceret anxie animam diu agitauerunt.

Siccis ipsis genis flentes hortatus amicos
Decreuit stigios festus adire lacus.:
Nec tamen obscuro pia polluit ora ueneno:
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sanctam romana uitam sed morte peregit:
Dimisitque animam nobiliore uia.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama potest:huius Cæsar amicus erat.

Ad Attalum. 77

Semper agis causas:& res agis attale semper
Est non est:quod agas:attale semper agis.
Si res & causæ desunt:agis attale mulas
Attale:ne quod agas desit:agas animam:

Ad Canum 78

Sportula cane tibi suprema nocte petita est
Occidit puto te Cane:quod una fuit.

Ad Sosibianum. 79

E seruo scis te genitum:blandeque fateris
Cum dicis dominum sosibiane patrem:

De regulo. 80

Hæc quæ puluere dissipata multo
Longas porticus explicat ruinas
En quanto iacet absoluta casu.
Tectis nam modo regulus sub illis
Gestatus fuerat:recesseratque
Victa est pondere cum suo repente
Et postquam dominum nihil timebat
Securo ruit incruenta damno.
Tantæ Regulæ post metum querelæ
Quis curam neget esse te deorum:
Propter quem fuit innocens ruina.

De Mammeia. 81

Os & labra tibi linguit mammeia catellus
Non miror merdas si libet esse cani.

Seruo. Reprehendit Sosibianum: q̃ patrem appellaret dominum: & hic Sosibianus erat libertꝰ.seruus:& dominus correlatiua:sed tamen Sosibianus id agebat: uolens. blandiri patri quemadmodū dominum & regem apud hũc poetam sæpe legimus.

Aec quæ puluere:De porticu reguli quæ cecidit statim:cum inde Regulus discessisset. Post metũ:id est postq̃ diu ostenderũt querelas hominum se metuere si mortuus esses.

S Et labra. In mammeiã cuius os fetidum obfellationem erat. Esse:comedere.Sequés epigrãma est clarũ.

Enderet excultos: Faceti præconis ingenium laudat: qui cum nuper uenderet agrū Marii: ne ille uideretur ob inopiam uendere: attulit causam quare uenderet: & eam causam ut nemo fecerit precium. Inde: ob eam causam. Faceret preciū: offerret aliquid. Hæret mario: non emitur ab ullo.

Icinus. Nouius nomen est fœneratoris: in annalibus nomen diuitis: & amici apud Martialem: cui cū nunc uicinus esset: eius consuetudine uti non poterat: ait ergo qui sit uicinus. Nouio oportere migrare si eum uelit uidere: si nolit oportere esse uicinum: & contubernalem. duorum Nouiorū meminit Porphirio. Cui liceat: qui possit.

Terentianus: sodalis Martialis gerebat cōsulatum i ægypto. Tam procul: cōsuetudine. Est migrandum: id est oportet me uel illum longius abire si uolo uidere. Inquilinus: est qui in aliena domo cō ducta cum domino habitat.

E grauis. Fescenię imprudentiam excusat: quæ ut celaret odorem uini deuorabat odores Cosmi: sed ita mixtus fetor uini odoribus largi olebat: cōsulit ergo ut omissis medicamentis simpliciter fateatur ebrietatem. Luxuriosa: pdiga quæ oblectaris luxu Cosmi: pastilli dicuntur grandiores pillulæ: atque id præsertim in re unguētaria. Plinius cum de scabie loquitur ita ait: Et de eius medicamētis teritur i mortario: deinde in pastillos diuiditur. Fragres: ne emittas malum odorē. Lēta cula: leuiora prādia dicta sūt: & quæcunque in paratis mensis apponebant ganeata: Martialis usus est pro pane dulciario apto ientaculis i distichis: Surgite: iam uendit pueris iētacula pistor. Extremo barathro. i. ab infimo stomacho.

Dè quirinali.

Vxorem habendam non putat quirinalis:
Cum uult habere filios & inuenit.
Q uo possit istud more. futuit ancillas.
Domumq; & agros implet equitibus uernis.
Pater familiæ uerus est quirinalis.

De Mario.

Venderet excultos colles cum præco facetus.
Atq; suburbani iugera pulchra soli.
Errat ait: si quis Mario putat esse necesse.
Vendere nil debet. fœnerat immo magis.
Q uæ ratio est igitur. seruos ubi perdidit omnis:
Et pecus & fructus. non amat inde locum.
Q uis faceret precium: nisi qui sua pdere uellet
Omnia? sic mario noxius hæret ager.

De Nouio micorspico.

Vicinus meus est: manuque tangi
De nostris Nouius potest fenestris.
Q uis non inuideat mihi: putetque
Horis omnibus esse me beatum
Iuncto cui liceat frui sodale.
Tam longe est mihi: quam terentianus:
Q ui nunc niliacam regit syenem.
Non conuiuere. non uidere saltem
Non audire licet nec urbe tota
Q uisquam est tam propertā proculque nobis.
Migrandum est mihi longius uel illi.
Vicinus nouio uel inquilinus
Sit: si quis nouium uidere non uult.

Ad fescenium.

Ne grauis hesterno fragres fescenia uino
Pastillos cosmi luxuriosa uoras.
Ista linunt dentes ientacula. sed nihil obstat
Extremo ructus cum uenit a barathro.

Diapaſmata & malagmata differũt: ut Plinius auctor ẽ: q diapaſmata dicuñt unguẽta ex ſiccis odorib9: Malagmata dicũt feces unguẽtorũ. Virus: uenenũ: & malus odor. Grauius. i. peius olet: uel uirus. i. uitium: quia ut apud Silium expoſuimus in epiſtola ad Alex. uenenum pro uitio accipitur. Animæ: id eſt ſpiritus.

Lcime. Epitaphium Alcimi pueri: cui tumulũ cõſecrat inter buxos uineas: & ĩ mediis pratis: optatque ſibi tales ſepulchri honores: cũ morietur. Labicũ: erat ĩ uia latina non procul ab urbe oppidum uetuſtum: ut ſcribit Strabo finitimum erat pictis: & picti populi de quibus mihi uidetur Virgilius locutus cum ait: Et picta ſcuta labici: quod refert Seruius: de labico nuſquã extat. Via labicana: a porta æſquilina auctore Strabone incipit: ubi Alcim9 erat ſepultus.

Accipe non phario ſaxo.

Phario: ita codex habet antiquus: & ita legendum eſt: nam de ſimite lapide ægyptio: qui poſtea pyropecilos eſt dictus ĩtelligit: unde obeliſci tumulis regum erigebantur: obeliſci lapides acuti in ſpeciem radii ſolaris: unde obeliſci dicti: οβελι σκοσ radiũ & ſagittã ſignificat. Phario: non legendum ẽ: quoniam nec ſcriptio probat: nec ullus eſt uſus: non enim e marmore pario erigebantur lapides ſepulchris: de qubus uidetur ſenſiſſe poeta. Saxa micantia: id eſt obeliſcum: qui uidetur micare in aere. Faciles: non premẽtes grauiter tumulum & terrã. Accipe: hæc loca & pignora noſtri doloris.

Viuet perpetuo: quia finientur hæc: ut obeliſcus. Perue nerit: id eſt cum expleuerit fatalem curſum.

Arris. In Cinnam cui detrahendi morbus adeo inſederat: ut ne Cæſarem: quod aperte poſſet laudaret: id autem clam agebat: & in aurem alterius non modo maledicentia: ſed omne uerborum genus admonebat. Turba teſte: id eſt præſentibns aliis.

Morbus: garriendi. Sedit: fixus eſt.

Vod nunq̃. In Baſſam tribadem. Tribades dicebãtur mulieres quæ alias fricabãt: de his plura infra dicemus. Iuuenalis illarum libidinem accuſat: Frictum criſſantis adorat. Turba tui ſexus: ideſt mulieres. Obibat: omne officium perficiebat.

Quid qđ olet grauius mixtũ diapaſmate uirus.
Atq; duplex animæ longius exit odor.
Notas ergo nimis fraudes deprenſaq; furta
Iam tollas: & ſis ebria ſimpliciter.

Ad Alcimum.

Alcime quem raptum domino creſcentibus ãnis
Labicana leui ceſpite uelat humus
Accipe non phario nutantia pondera ſaxo:
Quæ cineri uanus dat ruitura labor.
Sed fragiles buxos: & opacas palmitis umbras:
Quæq; uirẽt lachrymis humida prata meis.
Accipe care puer noſtri monumenta doloris.
Hic tibi perpetuo tempore uiuit honor.
Cum mihi ſupremos lacheſis peruenerit annos:
Non aliter cineres mando iacere meos.

Ad Cinnam.

Garris in aurem ſemper omnibus cinna
Garris & illud: teſte quod licet turba.
Rides in aurem quereris arguis ploras:
Cantas in aurem: iudicas: taces: clamas.
Adeo nec penitus ſedit hic tibi morbus:
Vt ſæpe in aurem cinna cæſarem laudes.

Ad Baſſam tribadem

Quod nũquã maribus iunctã te Baſſa uidebã:
Quodq; tibi mæchum fabula nulla dabat.
Omnis & officium circa te ſemper obibat
Turba tui ſexus: non adeunte uiro.
Eſſe uidebaris fateor lucretia nobis.

Fututor: erat tribas. Prodigiosa: portentosa libido. Commenta: id est fecisti dignū nostrum. Enigmate thebano: id é par nostrum thebano enigmati. Enigma thebanū, p posuit Sphynx Oedipo: quis esset: qui prius quattuor pedibus mox duobus: postremo tribus: respondit Oedipus esse hominem: auctor ē Diodorus. Vt dicatur: adulterium ubi non est uir: hoc est mirandum. Sequens epigráma est clarum.

Aepe mihi: in Mamuriannm pauperem captū amore Cesti pueri Martialis. Grabatum: lectum uilissimū.

Curtum: mutilatū & fractū Chione & anthiope meretrices: quaꝝ calices sunt semper immundi Cærea: flaua colore amisso. Gallica palla: non tamen galli omnes utebant' breuioribus uestibus: ut Strabo.

Non culum fodiā: quoniam adeo pauper ut cum nō edas: culus nō faciat officium suū.

Sat': prius exple stomachū: & postea pædica: q̄si dicat magis tibi necesse é reperire cibū q̄ puerum. Eodem uerbo & sé su usus est Catullus in passere: Aureli pater esuritionum. & cætera.

Abritio iunctus: Epitaphium Aquini & Fabritii: quorum uterque primipilaris fuerat: & quod raro solet accidere collegis amarunt inter se.

Qui: Fabriti⁹: nelugeret amicum mortuum gaudet se priorem mortuum esse. Testatur munera primi pili: quia uterq; fuit primipilaris.

Antasti: In Eglen fellatricem: quam supra annum esse indicauit: Sic dentata sibi uidetur egle: simul hoc ostendit: olim cū iuuenis esset: male cantabat: nam coitus rauce sebat: nunc bene cātat: quod indicat eam fellare: & abstinere coitu: propterea os fetere: ait poeta basiauda non es. alibi quoque fellatricem esse ostendit.

At tu proh facinus bassa fututor eras:
Inter se geminos audes committere cunnos
Mentiturq; uirum prodigiosa uenus.
Commenta es dignū thebano ænigmate mōstrū
Hic ubi uir non est: ut sit adulterium.

Ad Lælium:

Cum tua non edas carpis mea carmina læli
Carpere uel noli nonstra: uel ede tua:

Ad Mamurianum.

Sæpe mihi queritnr non siccis cestos ocellis:
Tangi se digyto mamuriane tuo:
Non opus est digyto: totum tibi ceston habeto:
Si deest nil aliud mamuriane tibi.
Sed si nec focus est: nudi nec sponda grabatti
Nec curtus chiones antiopes ue calix:
Cærea si pendet lumbis & trita lacerna:
Dimidiaſq; nates gallica palla tegit.
Pasceris & nigræ solo nidore culinæ
Et bibis immundam cum cane pronus aquā:
Non culū: neq; enim c̄ culus qui non cacat olim.
Sed fodiam digyto: qui supereſt oculum.
Nec me Zelotypum nec dixeris esse malignū.
Deniq; pædica mamuriane satur.

De Aquino.

Fabricio iunctus fido requiescit aquinus
Q ui prior elisias gaudet abisse domos:
Ara duplex primi testatur munera pili.
Plus tamen est titulo quod breuiore legis
Functus uterq; sacro laudatæ fœdere uitæ.
Famaq; quod raro nouit amicus erat.

Ad Eglen fellatricem:

Cantasti male: dum fututa es ægle
Iam cantas bene. basianda non es:

Si feſtinatis totiens tibi lecta libellis
Detinuere oculos carmina noſtra tuos.
Quod fortuna uetat fieri: permitte uideri
Natorum genitor credar ut eſſe trium.
Hæc ſi diſplicui fuerint ſolatia nobis.
Hæc fuerint nobis præmia: ſi placui.

Atorum. O uxor iam ualebis: id ẽ diſcedes. Munus domini non debet perire: quia debeo eſſe cõtentus manere Cæſaris: & non debeo quærere amplius liberos.

Lus pudoris: id ẽ ſi in medium non uenit.

Ad Vxorem. 9 2
Natorum mihi ius trium roganti
Muſarũ precium dedit mearum
Solus qui poterat: ualebis uxor.
Non debet domini perire munus.

Ad Regulum: 9 3
Primus ubi eſt inquis: cum ſit liber iſte ſecũdus,
Quid faciam: ſi plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri ſi mauis regule primum
Vnum de titulo tollere iota potes.

M. Valerii Martialis liber tertius.

Oc Tibi quicquid: id é Ion. Tedio urbis diſceſſerat Martialis in galliam ciſalpinâ: unde hunc librũ mittit: nam q̃ ait ſecũdo uerſu: Gallia romanæ nomine dicta togæ: ego de gallia ciſalpina ĩtelligo ob tertiũ epigrãma ex quo ſatis dicitur inde mitti librũ. Primũ lectorẽ alloquit̃: & indicat ubi liber ſit cõpoſitus: neque ſe mirari ait ſi fortaſſe plus placeat ſuperior: qui compoſitus fuerat in urbe quoniam quæ domi naſcuntur gratiora ſunt externis Romanæ togæ: alludit ad galliam togatãquæ ab ancone incipit: cũ ut̃ puto uelit indicare galliam ciſalpinam Romanæ: tu legis hunc: nam hunc mittebat librum ĩ urbẽ. Liber uerna.i. natus domi ĩ urbe. Vincere gallum.i. qui mittit̃ ex gallia. Vincere: gratia ſuperare.

Vius. Alloquitur librũ: & hortatur eũ ut ſibi paret patronum aduerſus obtrectatores: & laudat Fauſtinum. Cuius uis fieri munus .i. cui uis mitti. Imitatio Catulli: Cui dono lepidum nouum libellum. Vindicem parare.i. defenſorem. Tegas cordillas: hi uerſus ſunt apud Perſium aliis numeris: Scumbros metuẽtia carmina nec th⁹. Cordillæ idem piſces ſunt qui thĩni: nã thinni ſimul ac nati ſũt matrẽ ſequuntur autumno redeuntes ex ponto in magnũ mare cordilæ dicunt̃: cũ ſe ĩmiſcerĩt cẽo pelanides. τηλοσ. n. latine cenum poſt annũ appellãt̃ thĩni. Cordillas: piſciculos. Papyro madida: nã negletæ papyri ĩ hũc uſum adhibebant̃ ſiue ſcriptæ eſſẽt damnatis carminibus ſiue nõ ſcriptæ: ſed tũc erat illud genus papyri: quod emporeticũ dicitur deprauata dictione apud Pliniũ amphoreticum. Cucullus: tegmen thuris & piperis uenditi. Fauſtini: alibi meminit. Sapiſti: optimum cepiſti conſilium. Cedro: oleo cedrino quod ſeruabat chartas. Luxurieris: id eſt luxurioſe orneris umbilicis pictis. Index: titulus. Coccum mittebat gallia præcipuum: licet Piſidia & aliæ prouinciæ mitterent̃: unde ueſtes coccineæ fiebant præcipuo colore & ingenti precio. Illo uindice: patrono Fauſtino. Probum: probũ poſuit pro ſeueriſſimo caſtigatore: nam. M. V. probus emẽdandis libris ſoli nec ulli alii grammatices parti deditus: reliquit non mediocrem ſiluam obſeruationũ ſermonis ãtiq.

Omam: Alloquitur librum. Duæ erant uiæ æmiliæ: altera quæ flamminiam excipiebat: de qua hic loquitur: Altera quam ſtrauit Scaurus per Piſas & lunam in ſabatios uſque.

Ad Lectorem de libro Gallicano. 1

Oc tibi quicquid id eſt: lõginquis mittit ab oris.
Gallia romanæ nomie dicta togæ.
Hũc legis: & laudas librũ fortaſſe priorem.
Illa uel hæc mea ſunt quæ meliora putas.
Plus ſane placeat: domina qui natus in urbe eſt.
Debet enim gallum uincere uerna liber.

Ad Librum ſuum. 2

Cuius uis fieri libelle munus:
Feſtina tibi uindicem parare:
Ne nigram cito raptus in culinam
Cordilas madida tegas papyro:
Vel thuris piperiſque ſis cucullus:
Fauſtini fugis in ſinum: ſapiſti.
Cedro nunc licet ambules perunctus
Et frontes gemino decens honore.
Pictis luxurieris umbilicis.
Et te purpura delicata uelet.
Et cocco rubeat ſuperbus index.
Illo uindice nec probum timeto.

Ad Librum ſuum. 3

Romam uade liber. ſi ueneris unde requiret:

Forum Cornelii:mutato nomine nũc imola dicitur. Fatere multa.i.nimis multa pau cis uerbis. Vanæ togæ:uel uariæ:quia ut ſcribit ĩter togatos ãbulabat .i. inter anteãbu lones: ex quo nihil accipiebat qđ eſſet libero homine dignũ:& ꝓpterea togã uagam ua nam dixit:uel uanæ togæ Romanoꝝ togatoꝝ:qa uani & nulli⁹ emoluméti erant ĩ cliẽ tes:placet prior ſententia. Exierat poeta:id eſt quoniam erat poeta exiuit.Cũ cytharœ dus erit redibit:qa cytharœdi ĩ precio ſũt Romæ nõ poetæ. Ita figũrate tꝑa ſua notat.

Is cõmendari: Ad librum iterũ. Annus multis ſa tis eris:hoſpites dicunt amici externi ꝓpterea ait tu non eris Iulio amicus externus ſed po pularis & ex ipſa urbe. Nom in meo ore:quia ſæpe eũ cele bro carminibus meis. Primi ĩ limine tecti: domus noſtræ: quia uicinus erat Iulius Mar tiali. Daphnis græce: latine laurũ.Martialis lauros habuit uicinas ad porticũ uipſanã:qđ dixit: At mea uipſanas ſpectãt cœnacula lauros:ꝓpterea uici num hominé qui domui ſuæ lauretum illic olim habebat fi cto nomine appellat daphini dem.Daphinis præterea olim fuit Mercurii & Nymphæ fili us qui & ipſe ita é appellatus: quoniã in ſilua lauroꝝ in Sici lia eſſet natus.Is amiſit oculos cum ebrius immemor minaꝝ nymphæ ſi cum aliqua alia ré haberet:regis filiã ſtupraſſet.

Hos pariter:Iuliũ & uxorẽ.

Ormoſam: In mulierem: quæ rugas medicaminib⁹ celabat uultus:corpus defor me lauabat. faciebat hoc ut formoſa uideretur:cum tamẽ ipſum corpus ꝓderet facié eſ ſe deformẽ. Lædis: aquas la uando. Deam:aquarũ. Ape ri:detegẽ faciem. Nigro me dicamine:ut uideamus an ſis formoſa. Aut tunicata laua: ne corpus quod cernimus nõ formoſum doceat faciem eſſe deformem.

Aemiliæ dices de regione uiæ.
Si quibus in terris :qua ſimus in urbe rogabit:
Cornelí referas me licet eſſe foro.
Cur abſim quæret breuiter:tu multa fatere:
Non poterat uanæ tædia ferre togæ.
Quando uenit dicet:tu reſpondeto poeta:
Exierat:ueniet cũ citharœdus erit.

Ad Eundem. 4

Vis comendari ſine me curſurus in urbem.
Parue liber multis:an ſatis unus erit?
Vnus erit:mihi crede ſatis:cui non eris hoſpes:
Iulius:aſſiduum nomen in ore meo.
Protinus hunc adeas:primique in limine tecti:
Quos tenui daphrus:nunc tenet ille lares:
Eſt illi cõiunx:quæ te manibuſque ſinuque
Excipiet:tu uel ſi puluerulentus eas.
Hos tu ſeu pariter:ſiue hanc illum ue priorem
Videris:hoc dices:Marcus auere iubet.
Hoc ſatis eſt.alios commendat epiſtola:peccat
Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis:

Conſilium Deformi. 5

Formoſam faciem nigro medicamine uelas:
Sed non formoſo corpore lædis aquas:
Ipſam crede deam uerbis tibi dicere noſtris:
Aut aperi faciem:aut tunicata laua.

Ad Marcellinum. 6

Lux tibi poſt idus numeratur tertia maias:
Marcelline tuis bis celebranda ſacris:
Imputat æthereos ortus hæc prima parenti:
Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iocundæ munera uitæ:

Vx tibi: Marcellinus die natali patris depoſuit primam barbam:ait Martialis dupli cem eẽ cãm celebrandi diei:quod eo & pater natus ſit.& filius depoſuerit primã bar bam lanuginem:nam lanugo hæc deponebatur magna celebritate conuiuiorum & lu dorum:& indicium erat uitæ initæ uirilis ætatis. Hæc prima:hoc die natus é pater tu us. Libat:id eſt decidit:quia depoſuiſti primam barbam.

Ille dies: licet dederit iocũdam uitam patri: q̃uia eo natũs est: nuñq̃uã præstitit amplio q̃ quod reddit te uirum. Vel patri: accipe absolute ut dicat: nullus pater plus accipit ab eodem die: ut & natalem suum celebret & depositam filii lanuginem.

Entum. Domitianus sportulas sustulit: dabantur autem centum quadrantes pro sportula his: q una lauabantur: quod supra indicauit: Dat baiana mihi lætus Martialis & insultans diuitibus: qui exigua sportula & interdum cibo comites conducebãt: ait eos nõ debere amplius spe rare comites exiguo cibo: sed esse recto & legitimo salario.

Elixus: decoctis aqs balneo rum. O fames amicorum: id est o diuites qui cogebatis a- micos esurire tenui sportula.

Quid cogitatis regis superbi .i. diuitis: ut supra: Tumido- que anteambulo regi. Stro- phaꝝ: potes legere: id est alĩ torum: quasi dicat amplius nõ datur cibi ĩ sportulã: quod nõ placet. lege strophaꝝ: nã stro- phæ p̃stigiæ & occultæ frau- des sunt: ut appellet sportellã strophas: quasi rem fallacem: & cuius dulcedie multi decep- ti tẽpus frustra terebant. Plini us in epistolis hoc uerbo utit: Hic ĩquit dixi strophas facis. & alibi Martialis: Iam stropha talis abit.

Haida: Cum luscã & de- formem possit amare: Ip se non habet duos oculos: nã cæcus est.

Onstituit: Philomusus ꝓdigus erat & a patre ac cipiebat duo milia sigulis mẽ- sibus ne cõsumeret hæredita tem una prodigalitate. postea pater moriens cõstituit hære dẽ: & non reliquit duo milia ĩ toto asse: ergo pater exhæreda uit: quia nõ dabit amplius sin- gulis mensibus duo milia per omnes dies quoad uixit uel ex hæredauit: quia tantũ dedit: ut nihil moriẽs relinquere po tuerit quod placet. Egestas

Plus nunquam patri præstitit illa dies.

De Sportula. 7

Centum miselli iam ualete quadrantes
Anteambulonis congiarium lassi
Q uos diuidebat balneator elixus.
Q uid cogitatis o fames amicorum?
Regis superbi sportulæ recesserũt.
Nihil strofarum est: iam salarium dandum est.

In Q uintum. 8

Thaida quintus amat quã thaida thaida? luscã.
Vnum oculum thais non habet: ille duos.

In Cinnam. 9

Versiculos in me narratur scribere cinna:
Non scribit cuius carmina nemo legit.

In Philomusum. 10

Constituit philomuse pater tibi milia bina:
Menstrua: per quæ omnes præstitit illa dies.
Luxuriam premeret cum crastina semp egestas:
Et uitiis essent danda diurna tuis.
Idem te moriens hæredem ex asse reliquit:
Exhæredauit te phelomuse pater.

Ad Q uintum. 11

Si tua nec thais nec lusca est quinte puella:
Cur in te factum distichon esse putas?
Sed simile est aliquid: pro laide thaida dixit:
Dic mihi quid simile est thais & hermione?
Tu tamen es qnintus. mutemus nomen amãtis:
Si non uult quintus thaida sextus amet.

In Fabullum. 12

Vnguentum fateor bonum dedisti.
Conuiuis here: sed nihil scidisti:

cras tina. i. cũ uno die tantũ cõsumeres ut in sequẽti nihil supereset. Exasse: tota hæredi tate ĩ qua nõ erant duo milia: pater exhæredauit: quia nõ dabit amplius duo milia singu lis mẽsib⁹ ut dabat: sed quũ minus illa daret: tũc te exhæredabat: qa nihil inde superfuit.

Nguẽtũ: Corpus mortuoꝝ lauabaẽ. Ennius: Corpusque lauant frigẽtis & ungũt: tũ Fabull⁹ accepat cõuiuas: ut ungeréẽ ut moris erat. Sed nihil scidisti: ad cõedẽdũ.

Salsa:perfaceta est. Mortuus:quia mortui unguntur & non comedunt.
Vm:Crudus significat cibum non coctum: crudus item significat hominem qui bene non cõcoxit.In hoc iocat Martialis accusat auaritiam Næuiæ. Parcis:abstines ab apro. Rũpis:laceras. Hoc pacto:non apponẽdo aliquid. Nnnq̃ ero sic crudus.i.nunq̃ accidet ut bene non concoxerim nihil edendo.locatur in hoc uerbo crudus.
Lus credit:Credere est mutuo dare pecuniam.Cicero:Per amicos tuos qui ei credidissent. Credere itẽ est habere fidẽ.locat in hoc Martialis.

Credit mutuat. fallit lectorẽ ambiguitate uerbi:lector acceperat credere pro dare pecunias mutuo Martialis accepat credere ꝓ. adhibere fidem.nã cæcus qui amat multũ credit.
Cum sit tã pauꝑ quomodo? interrogatio ẽ quomodo mutuet?respondet Cæcus amat: iccirco multum aliis credit.

As:Prouerbiũ erat apud antiquos in eũ qui rem tẽtaret & supra uires: Teneto te intra pelliculã. hoc usurpat Horatius in sermonibꝰ:& nũc dicit a Nartiale ĩ cerdonẽ aptissime.nã cerdo ad tantas peruenerat opes ut gladiatoriũ munus ederet in theatro de quo alibi: Frange miser calamos & rumpe thalia libellos: Si dare sutori calceꝰ ista potest. Cerdones:a lucro dicti:nã κέρδος apud græcos:lucrũ apud nos significat. Regulæ:princeps sutorũ. Sica.i. gladius: Gladiatoꝛ:ipsi gladiatores. Corio tuo.i. pelle tua. Ludere: dare gladiatores. In tua pelicula:id est intra tuã artem.Iuuenalis: Quõdam hicornicines & municipales:harenæ perpetui comitens:notæque per oppida buccæ. Munera nunc edunt:& cætera.

Res salsa est bene olere:& esurire.
Q ui non cœnat:& ungitur fabulle
Hic uere mihi mortuus uidetur.

In Næuiam. 13

Dum non uis leporẽ dũ non uis carpere mulum
Et plusquam patri næuia parcis apro:
Accusas rumpisque coquũ:tanquã omnia cruda:
Attulerit:nunquam sic ego crudus ero.

De Tutio. 14

Romam petebat exuritor Tutius:
Profectus ex hispania.
Occurrit illi sportularum fabulla:
Aponte rediit miluio.

De Codro. 15

Plus credit nemo quam tota codrus in urbe:
Cum sit tam pauper:quomodo cæcus amat?

In Cerdonem. 16

Das gladiatores sutorum regule cerdo:
Q uodque tibi tribuit subula:sica rapit:
Ebrius es nec enim faceres id sobrius unquam:
Vt uelles corio ludere cerdo tuo.
Lusisti.satis est:sed te:mihi crede:memento:
Nunc in pelliculla cerdo tenere tua.

In Sabidium. 17

Circunlata diu mensis scriblita secundis:
Vrebat nimio sæua calore manus.

Ircunlata:Dictio hæc deprauata est in nouis codicibus omni exꝑe:ĩ uetustissimis nõ omnino:nã uetusti codices sic habẽt scribitita: qđ ita emẽdandũ censeo scriblita.nam scriblita auctore Varrone in menipea:Est genus cibi liquidoris. Varro: Impone in scrupea scriblitam.hoc magis placet q̃ aut intrita:aut scorptita: quoniam ut mihi uidetur uoces sunt:altera inusitata altera non conueniens:neque si sequimur elementa uetustiorum codicum in hoc uerbo apte coagmentari possunt: tamen si placet sorptita é poculũ sorbile & cibus sorbilis.In Sabidiũ scribit fellatorẽ: & male olentem cuius flatu scriblita allata mensis malũ cœpit odorẽ:a scriblita fit scriblitare: quod est infirmis & nulantibus gressibꝰ insistere. Secundis mensis:id est inter bellaria. Circũlata diu:quia calebat. Vrebat manus: conuiuarum ita ut noñ posset tangi.

Merda fuit: propter anhelitum Sabidii fellatoris male oluit ut merda. Antiquus codex ut dixi ita habet Circulata diu mensis scriblita secundis. Sed qui male emendarunt inuerterut p scriblita uel forptita uel intrita scribentes. His commentariis alioꝝ ineptias dissimulaui: quod licuit ubique. Nam neque tam damno libenter aliena q̃ mea omnibus probare studeo: cuius consilii adhuc me non pœnituit quauis lacessitum scriblita legendum existimo. Nam scriblita: quod ex antiquis codicibus facile apparet est placentæ genus: quod docet Cato his uerbis in re rustica: Scriblitam sic facito in balteo tractes caseu: Ad eundē modum facito uti placētā sine mele: coquito que Ita leges: Circunlata diu mensis scriblita secundis.

Sed magis ardebat sabidi gula: protinus ergo:
Sufflauit buccis terque quaterque suis.
Illa quidem tepuit: digitosque admittere uisa ē:
Sed nemo potuit tangere: merda fuit.

In Maximum.

Perfrixisse tuas questa ē præfatio fauces.
Cum te excusaris maxime quid recitas?

De Vipera in ore ursæ.

Proxima centenis ostenditur ursa columnis
Exornant Fictæ qua platonana feræ.
Huius dum patulos alludens tentat hiatus:
Pulcher hylas: teneram mersit i ora manum.
Vipera sed cæco scelerata latebat in ore:
Viuebatque anima deteriore fera.
Non sensit puer esse dolos: nisi dente recepto:
Dum perit: o facinus ausa quod ursa fuit.

De Canio.

Dic musa quid agat canius meus ruffus?
Vtrum ne chartis tradit ille uicturis
Legenda temporum acta claudianorum?
An quæ neroni falsus astruit scriptor.
An æmulatur improbi iocos phædri
Lasciuus eligis: an seuerus herois.
An in cothurnis horridus sophocleis.

Erfrixisse: Idem sensus ē uerboꝝ Catonis in Albinum scribentē historiā: nā Albinus se excusauit: qđ græcus homo scriberet latinā historiam: maluisti inquit deprecari culpam q̃ ea carere.

Perfrixisse: nimio frigore factas raucas. Iuuenalis: Et si perfrixt bene cantas. hic malus erat recitator.

Roxima: Platanon locus erat platanis consitus: ut daphnon lauris. hic erat iuxta porticum uipsanam: habebat feras marmoreas miro sculptas artificio cum puer nup manū imisisset ī os ursæ marmoreæ illic delitescentis uiperæ morsu periit. Columnis cē tenis. i. porticus uipsanæ. Fictæ: feræ marmoreæ. Mersit: immisit. Tentat: palpando experitur. In cæco ore: id est intra os latebat. Viuebat: ducebat spiritum. Anima deteriore. i. flatu & spiritu uenenato. O facinus: simul deplorat necem pueri & uitam feræ marmoreæ admiratur. Falsa: quia non erat marmorea ut uidebatur. falsa res ē quod uidet. q. d. erat uipera cum uideretur ursa.

Ic musa: De Canio: & in eum iocatur qui nulla alia re magis occupatus erat q̃ risu: de quo supra: Cepit maxime pana qui solebat. Chartis uicturis: id est immortalitati. Tempora claudianorum: id est Claudii & eiꝰ maiorum. hanc historiam scripsit Plinius: sed non extat. Falsus scriptor: an laudat ea quæ nonnulli scriptores adulantes Neroni laudarint. hæc duo interrogauit: quoniam & Neronis: & Claudii memoria inuisa erat Domitiano. Aemulatur: imitando in numeros ducit. Phedrus eximiæ formæ a Platone introducitur in eo dialogo qui ita inscribitur: ubi longa oratione & Phedri uerbis de amoribus disputatur. Lasciuus Canius: id est lasciuiens in elegis. An seuerus: scribit ne heroico carmine: an uersatur horridus in cothurnis sophocleis: id est in tragico carmine.

Schola poetarum:locus ubi poetæ recitabant. Lepore attico:id eſt attica puritate & elegantia. Hinc:a ſchola poetaꝝ. Terit porticum:deambulat ne in porticu. An carpit ſpatia.i.an deambulat in porticu argonautaꝝ ī campo martio:an rurſus:quia ſæpe illuc accedebat. Tepentes buxos.i.inter buxetū.i.deambulat ne ī porticu Europæ. Titi thermis:nā Titus thermas cōſtruxerat:an lauat in thermis agrippæ. Tigillini īpudici: nā p̄ īpudicitiā Tigillinus multa a Nerone ē cōſecut⁹:quē ad oē corrupat. Iſpe obſcuris parentib⁹ fœda pueritia turpi ſenecta apd aqs ſinueſſanas periit iuſſu Othonis muliebriter:nam ſecuit fauces ñouacula. Tulli & Lucani:duorum fratrū:de quib⁹ ſupra:Si lucane tibi uel ſi tibi tulle darent.

Pollionis quartū:Quartum nom̄ propriū loci amœni ē ad quartū lapidē. Iam:æſtiuo tēpore. Nauiculat.i.nauigat: nā nauiculari ē ocioſa ciba uchi.

Ridet: ita ante notat: Cepit maxime pana q̄ ſolebat.Ita ſuſpenſū hactenus lectorē in riſū p̄uocat.

Roſcriptū: Antiū Reſtionē p̄ſcriptū famulus: quē ipſe in cōpedib⁹ & fronte notatum ſecutus ē fugientē: aliis ſuis diripientib⁹ bona domini.Is collocatum dominū īloco abdito aluit:Senē in quē īciderat interemit: cōiecitq; eī rogū ardentē:oſtendit his qui uenerant ad Reſtionē capiēdū illic ardere. Proſcriptū:Reſtionē. Inuidia.i.infamia dñi:qd fuerit ſuatus ab eo ſeruo:quē ipſe habebat in compedibus: quem frōte ſignauerat. hiſtoria eſt apud Macrobium.

Ederas:Apitius habebat ſeptem milia.ſex cōſumpſerat luxu: & cum adhuc centum ſupereſſent uerit⁹ ne poſſet explere:gulam ea pecunia

An occioſus in ſchola poetarum:
Lepore tinctos attico ſales narrat?
Hinc ſi receſſit porticum terit templi.
An ſpatia carpit lentus argonautarum
An delicatæ ſole rurſus europæ
Inter tepentes poſt meridiem buxos.
Sedet.ambulat ue liber acribus curis.
Titi ne thermis an lauatur agrippæ.
An impudici balneo tigillini.
An rure tulli fruitur atque lucani?
An polionis dulce currit ad quartum:
An æſtuantes iam profectus ad baias.
Piger lucrino nauiculatur in ſtagno:
Vis ſcire quid agat canius tuus:ridet.

Iu Crudelem Dominum. 21

Proſcriptum famulus ſeruauit fronte notatus:
Non fuit hæc domini uita:ſed inuidia.

De Apitio. 22

Dederas apici bis tricenties uentri:
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum
Hoc tu grauatus ne famem & ſitim ferres.
Summa uenenum potione duxiſti.
Nil eſt apici tibi guloſius factum.

In Inuitatorem. 23

Omnia cum retro pueris obſonia tradas:
Cur non menſa tibi ponitur a pedibus.

uenenum bibit:quod fortaſſe a multis poterat laudari tanquā fortiter feciſſet: ad quod Martialis ait:nihil potuiſſe fieri guloſius. nā cum cæteri uncta ſectentur propter gulā: ipſe quod plus ē bibit uenenum gulæ cauſa. Tu grauatus:quod ſolū ſcilicet centum ſupereſſent: ut tanquā. Ferres famem & ſitim:id eſt tanquam laborares fame & ſiti bibiſti uenenum.

Mnia:In eum qui obſonia appoſita conuiuis retro porrigebat pueris:ſi īquit Martialis in animo tibi eſt retro porrigere obſonia:debes & menſam parare pueris non nobis. A pedibus:lecti ubi diſcumbunt pueri:Serui enim ad pedes diſcunbebant. alibi retro flexus ad pedū turbā.i.ad ſuos.& alibi: Ad pedes īplet lagœnā.i.exmēſa ſuorum.

Ite nocens: Erat aruſpex: qũi uolebat immolare caprum Baccho: ſed qũoniam carnes hirci fetent niſi caſtretur: Iuſſit ut ruſticus reſecaret teſtes capri: Apparuit hernia aruſpicis: ruſticus eã reſecauit. Stabat ut mactaret: & placebat deo. Roſa: corroſa uitæ. Aruſpex tuſcus: qui e tuſcia uenerat:: nam e tuſcia uenerat aruſpicina. Teter odor eſt. i. nocens odor hirco⁊. Hernia: pellis teſticulo⁊. Iuuenalis: Quibus incendi frigidus æuo Laomedõtis & Neſtoris hernia poſſit. Aras: uirides e ceſpite: Ruſtic⁹ ſecuit herniam aruſpicis: putauit hũc eſſe ritum ſacrorum.

I tẽperari: locat in Sabineũ rhetorẽ: qui tantum uentum emittebat podice: ut poſſit refrigerarĩ balnea calidiſſima. Iulianus amabat balnea tepida.

Rædia: In candidum qui nihil dabat amicis: & uolebat oĩa ſolus habere: de quo ſupra eſt cõqueſtus: Candide κοινοφιλων: ſed non habebat uxorẽ ſolus: cui inſultat hoc epigrãmate. Solus habes. i. nihil ex iis das amicis: ſed ſolus omnib⁹ tuis rebus uteris p̃ter uxorem. Iuuenalis: Gentis uitio nunq̃ partit amicũ ſolus habes. Myrrina: uaſa mittebantur ab oriente: & a nõnullis locis parthorum: ſed præcipua ex acarnania erãt diſtincta maculis: nõnulli dixerũt myrrinũ eſſe humorẽ cõcretũ ſub terra: unde hæc uaſa ducebantur. Maſſica. i. falernũ. Cecuba opima. i. uina opimiana.

Vnq̃: idem ferme ſenſus eſt ſuperioris epigrãmatis: Inuitas nullũ niſi cũ quo cotta lauaris. Reuocas: ad cœnã. Inuitas alios. i. draucos. Mihi nõ é cor: decipit lectorẽ: nã uidet dicere mihi non é cor: hoc é prudẽtia: quia te iuito: cũ ĩtelligat non é anim⁹ ad te pædicandum. Nec tibi pudor: fallit itẽ lectorẽ: uidet enĩ dicere: quia me nõ iuitas: at intelligit quia uis pædicari.

Vricula: In neſtorẽ fellatorẽ: qui cũ garriret ĩ auricula Marii male olebat auricula propter grauẽ odorẽ Neſtoris. alibi eodẽ ſenſu de ampulla uñguẽti ĩ cũnilingũ: q cũ eã olfeciſſet: dixit poeta factam eſſe garrum.

De Tuſco haruſpice. 24

Vite nocens roſa ſtabat moriturus ad aras:
Hircus: bacche tuis uictima grata ſacris.
Quem tuſcus mactare deo cũ uellet haruſpex:
Dixerat agreſti forte rudique uiro.
Vt cito teſticulos & acuta falce ſecaret:
Teter ut immundæ carnis abire odor.
Ipſe ſuper uirides aras luctantia pronus:
Dũ reſecat cultro colla: premitque manu.
Ingens iratis apparuit hernia ſacris.
Occupat hanc ferro ruſticus: atque ſecat.
Hoc ratus antiquos ſacrorum poſcere ritus:
Talibus & fibris numina priſca colli.
Sic mõ qui tuſcus fueras: nũc gallus haruſpex:
Dum iugulas hircum: factus es ipſe caper.

Ad Fauſtinum. 29

Si temperari balneum cupis feruens
Fauſtine: quod uix iulianus intraret:
Rogo lauet uti rhetorem ſebineum
Neronianas is refrigerat thermas.

In Candidum. 26

Prædia ſolus habes: & ſolus candide nummos:
Aurea ſolus habes myrrina ſolus habes.
Maſſica ſolus habes: & opimi cecuba ſolus:
Et cor ſolus habes: ſolus & ingenium.
Omnia ſolus habes: hoc me puto uelle negare:
Vxorem ſed habes candide cum populo.

In Gallum. 27

Nũquã me reuocas uenias cum ſæpe uocatus:
Ignoſco nullum ſi modo galle uocas..
Inuitas alios. uitium eſt utriuſque quod inquis:
Et mihi cor non eſt: & tibi galle pudor.

In Neſtorem. 28

Auriculam mario grauiter miraris olere:

As:In Zoilum ſcribit:qui ex ſeruili cõditione puenerat ad eq̃ueſtrẽ dignitatẽ. Saturne tibi:ĩ ſaturnalibus:ut Apollodorus ſcribit:Saturnus q toto anno fuerat ĩ cõpedib⁹ ſoluebat. Papini⁹ ĩ ſaturnalibus uocat ſaturnũ: Saturn⁹ mihi cõpede lex ſoluta: cũ Martialis uelit oſtẽdere Zoilũ fuiſſe ſeruũ:núc ĩ ſaturnalibus ſcribit diſtichon: quo ait Zoilũ dicare cõpedem Saturno:dedicat tibi has catenas. Cum gemina compede: quas appellat annulos priores:ſed núc habet annulos equeſtres:nã Zoilus ex ſeruo factus erat eques. At catenæ fuerãt ei fugitiuo priores annuli.Reoꝝ autẽ uincula quũ ſoluti eſſent & ſeruoꝝ dicabantur Saturno ea ratione qua ſupra dictũ de cõpedib⁹ Saturni.

Vnt tibi:In Ruffinũ qui ſcænis artibus & uili miniſterio puenerat ad ingentes diuitias & quaſi ſuæ cõditiõis oblitus amicos iam cepat aſpnari:monet Mart.eũ nõ oportere efferri diuitiis cũ amplio≠res Didymus ſpado & philomelus cytharœdus ſint conſecuti.q.d.& ſi diues ſit nõ tamẽ eius cõditionẽ ĩmutari & aboleri potuiſſue. Multa iugera: id eſt habes multos cãpos.

Vrbani.i.tuæ ædes occupaſunt multa iugera ſoli amplitudine ſua. cõtra Martialis de caſa ſua:Et caſa iugeribus nõ oneroſa ſuis. Numeroſæ arcæ plenæ.i.habes multos debitores obæratores. Aurea menſa.i.honeſta uaſis aureis. Didymus ſpado fuit: qui ſuppoſita aliis uxore ingentes diuitias eſt adeptus. Alibi:Si ſpado didymus & correſus nõ eſſet. Philomelus cytharœdus: nam φλιοσ amicum ſignificat:ἀέλοσ cantum. alibi latius meminit.

Tu facis hoc:garris neſtor in auriculam.

In Zoilum

Has cum gemina compede dedicat cathænas:
Saturne tibi zoilus:annulos priores.

Ad Ruffinum.

Sunt tibi confiteor diffuſi iugera campi:
Vrbanique tenent prædia multa lares.
Et ſeruit dominæ numeroſus debitor arcæ:
Suſtentatque tuas aurea menſa dapes.
Faſtidire tamen noli ruffine minores:
Plus habuit didymus.plus philõelus habet.

Ad Gargilianum.

Sportula nulla datur gratis conuiua recumbis:
Dic mihi quid romæ gargiliane facis?
Vnde tibi togula eſt:& fuſcæ penſio cellæ?
Vnde datur quadrans:unde uir es chiones?
Cum ratione licet dicas te uiuere ſumma:
Quod uiuis nulla cum ratione facis.

In Matriniam.

Non poſſum uetulam quereris matrina poſſũ:

Portula:Ad Gargilianũ:quem extrema inopia laborantem interrogat quomodo uiuat:quamuis inquit dicas te uiuere ſumma cũm ratione: tamen adeo inops es: ut uiuendi nullam rationẽ habeas. Nulla ſportula datur:quia ſublata eſt a Domitiano: nam Domitianus ſportulaꝝ uſum:ad rectas cœnas redegit. Tu recumbis coniuia: gratis:id eſt ſine ulla alia mercede:nam qui olim ſportulam accipiebant:nunc una cœnabãt cum diuitibus:ſed nulla alia mercede data. Vnde eſt togula:harum uſum ad rectas cœnas redegit:id eſt unde habes togulæ precium. Vnde es uir chiones:id eſt unde habes ut ſoluas coitum meretricis.Iuuenalis: Et dubitas alta chionem:deducere ſella. Licet dicas te uiuere cum ſumma ratione:id eſt moderatione. Intelligebat Gargilianus:quod uiuis:quia erat indignus uita in tanta inopia. Iocus eſt:nam ratio moderationem ſignifit:ut Gargilianus accipiebat: & cauſam:ut Martialis accipit. Nulla facis cum ratione:id eſt nullam habes uiuendi cauſam in tanta inopia:deberes potius mori.

On poſſum:In Matriniam decrepita ætate:quæ Martialem accuſabat.quod ſe uetulam non poſſet ſubagitare.

Non poſſum: concùmbere cum uetula: tù mortua es adeo extremæ ætatis es: ut mortua uidearis. Hecuba: ſi nondum erat canis: id eſt poſſum concumbere cum Hecuba antequam conuerſa foret in canem: & item cum Niobe: antequam in ſaxum: quaſi dicat: tu non anus es: ſed aut canis: aut ſaxum depoſita mulieris figura.

Rtis: Phidias ſculptor athenienſis claruit minoribus ſimulacris ſculpendis. Toreumata dicuntur uaſa ſculpta. laudantur piſces hoc diſticho ī uaſe ſculpto. Adde aquam natabūt: adeo bene ſūt ſculpti. & laudat præſtantiam ſculpturæ.

Et uetulam: ſed tu mortua: non uetula es.
Poſſum hecubā: poſſum nioben matrinia: ſed ſi:
Nondum erit illa canis: non erit illa lapis.

De Piſcibus ſculptis. 33

Artis phidiacæ toreuma clarum
Piſces aſpicis: adde aquam natabant.

In Fabianum. 34

Quod nouus & nup factus tibi peæſtat amicus
Hoc præſtare iubes me fabiane tibi.
Horridus ut primo ſemper te mane ſalutem
Per mediumque trahat me tua ſella lutum.
Laſſus ut in thermas decima uel ſerius hora:
Te ſequar: agrippæ cum lauer ipſe titi.
Hoc per triginta merui fabiane decembres:
Vt ſim tiro tuæ ſemper amicitiæ.
Hoc merui fabiane toga tritaque meaque:
Vt nondum credas me meruiſſe rudem.

In Iraſcentes amicos. 35

Iraſci tantum fœlices noſtis amici:
Non belle facitis: ſed iuuat hoc facere.

Ad Sextum. 36

Quæ te cauſa trahit: uel quæ fiducia romam:
Sexte? quid aut ſperas: aut petis inde: refer?
Cauſas inquis agam Cicerone diſertius ipſo:
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit ateſtinus cauſas & ciuis utrunque:
Noras: ſed neutri penſio tota fuit.
Si nihil hinc ueniet: pangentur carmina nobis:
Audieris: dices eſſe maronis opus.

Væ te cauſa: Interrogat Sextū quare ueniat ī urbē: & oſtēdit bonū uirū nihil certi habere unde uiuat. Triplici foro: triplex.n. forū erat in urbe: latiū: romanum: & uetus. nec poteſt alludere ad tria fora dicēdi qbus oratores utuntur: nam ꝑor ſententia melior eſt & plane confirmata. Tuta neutri: hoc eſt neutri potuiſſet tuto credi penſio dom⁹: uel tota. i. neuter tantum habuit: ut totam penſionem ſoluere poſſet. Hinc: ex cauſis. Pangentur carmina: id eſt componam carmina.

Vod: Ad Fabianum: ami cum ueterem: quem & ſi iam diu coluerat: tamē non habebat mitiorem Præſtare hoc tibi. i. officia quæ exigis a nouo amico. Horridus: incultus: nā qui ꝑpabāt ad ſalutādum: non poterāt ſe colere. Iuuenalis: Ligulam dimittere.

Agrippæ. M. Agrippa habebat thermas. Thermis. Titi Veſpaſiani: quas celeriter extruxit. Per. xxx. decembres. i. xxx. annos. Vt ſemper tyro: id ē nouus miles. Toga mea trita & cōſumpta: & mea quā nunq̄ meruiſti. Meruiſſe rudem: tractū eſt a gladiatorib⁹: nam gladiatores ingraueſcente ætate rude donabant: ut apud Horatium in epiſtolis & Iuuenalem: qua rude accepta non cogebaut ampli⁹ pugnare: ſed publica alebantur pecunia. Senſus eſt putas me non demeruiſſe rudem: ut me alas ſine officio.

Raſci: Irato Fabiano ex ſuperiore epigrammate ait Martialis amicos diuites uel ſine cauſa ſolere iraſci pauperibus: non quia id ſit honeſtū: ſed quoniā utile ē: nihil. n. poſtea dāt. Fœlices diuites noſtis. i. tm̄ ſcitis iraſci. Iuuat hoc facere: quia nihil poſtea datis amicis: quibus eſtis irati.

Gelidis lacernis: id est tritis lacernis. Atria magna: magnorũ principũm. Ista res: colere atria. Certum est uiuere Romæ: id est decreui & constitui uiuere Romæ. Casu: fortuna & non certo instituto: nam boni uiri officium in precio non est: nec certum bono uiro præsidium est: sed malis. Mali igitur certo premio uiuũt: boni pendent ex casu: ut aliquid assequantur: nam bonarum artium nullum est certum præmium.

Vtua: Thelesinus magnus uolebat uideri cum diues ter quinquagena mutua dedisset: Martialis ait eum non esse magnũ uirum: q̃ det mutuo: sed esse magnũ q̃ restituat: quasi dicat plus esse q̃ a paupere ter quinquagena restituantur: q̃ q̃ dent̃ mutuo a diuite. Quod recipis: quia restituo diuiti. hinc nostra sentẽtia confirmat̃: ut pusilli a Martiale dicant̃ qui nihil dant amicis: Gaure pusillus homo es: nam hic uolebat magn⁹ uideri quia daret.

Omento: Lomẽtũ de farina fabæ hoc loco intelligo. De candido præterea medicamine quod ex argento fiebat lomentũ dicebatur. auctor est Pli. Polla hoc medicamine linebat uentrem: ut puella uideretur: potes inquit ex polire uentrẽ lomento: unde alii fortasse qui cunnilingi sũt allicĩ possunt ad cunnũ tuum lingendum. ego autẽ non uiscabo illic labra: nõ enim sum cunnilingus. de lomento ĩ distichis. Propterea consuluit Martialis: ut lomẽtum omittat. alibi idẽ ẽ sensus. Non linis labra mihi: hoc est nõ propterea ego illic admouebo labra ubi linerent̃ & uiscarent̃.

Ngenuam: Ait Martialis in puella optanda nõ iam habere rationem nobilitatis & conditionis q̃ formæ. & inquit: nõ tam opto puellam ingenuæ conditionis q̃ formæ: Ingenui dicuntur quorum maiores nõ seruiuerũt: nec ipsi. Ingenuam: id est ingenuæ conditionis. Libertina: libertinus dicitur qui habuit maiores seruos: ipse liber. & secundo loco opto libertinam: postero ancillã: sed serua utranque uincet & libertinam & ĩgenuam si fuerit pulchra ex epicuri sentẽtia est proxima uoluptate tangi: contempta inani laudis specie.

Igna tuo: Chion significat niuem: unde hæc mulier dicta est Chione: ait Martialis eãqdem esse Chionẽ: quia frigida est ut nix: sed non esse Chionẽ: quia nigra est & non candida ut nix: frigida scilicet in coitu: nam blanditias non habebat.

Insanis omnes gelidis quicunque lacernis:
Sunt tibi: nasones uirgiliosque uides.
Atria magna colam uix trẽs aut quattuor ista:
Rex aluit: pallet cætera turba famẽ.
Quid faciã suadẽs? nam certũ est uiuere romæ:
Si bonus es: casu uiuere sexte potes.

De Licori. 37

Iliaco similem puerum faustine magistro:
Lusca licoris amat: quam bene lusca uidet.

In Thelesinum. 38

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti:
Ex opibus tantis: quas grauis arca premit.
Esse tibi magnus thelesine uideris amicus:
Tu magnus quod das: ĩmo ego: quod recipis.

In Pollam. 39

Lomẽto rugas uteri quod condere tantas:
Polla tibi uentrem non mihi labra linis.
Simpliciter pateat uitium fortasse pusillum:
Quod tegitur: maius creditur esse malum.

Qualem Puellam uelit. 40

Ingenuam malo: sed si tamen illa negetur:
Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco: sed uincet utranque:
Si facie nobis: hæc erit ingenua.

Ad Chionem 41

Digna tuo cur sis indignaque nomine: dicam:
Frigida es: & nigras es: non es: & es chione.

Nſerta: Mentor argẽto cælandō maxime claruit: ut Pliniūs. Iuuenalis: Rare ſine métore menſæ. i. ſine poculis mentoris. laudat artifex qui ſculpſit lacertā in popu lo argenteo. Inſerta. i. inſculpta phialæ. Pli. de ſtratonico ſculptore: Quique ſaty⁹ ī phia la grauatū ſomno collocauiſſe uerius q̄ cælaſſe dictus eſt ſtratonicus. Ducta: efficta. Vi uit: adeo bene ſculpta eſt. Et timetur argentum: quia tam bene ſculpta lacerta é: ut uiua uideatur: & nocitura.

De Lacerta cælata. 42

Inſerta phialæ mentoris manu ducta.
Lacerta uiuit & timetur argentum.

In Lentinum. 43

Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis:
Tam ſubito coruus qui modo cygnus eras
Non omnis fallis: ſcit te proſerpina canum
Perſonam capiti detrahit illa tuo.

In Lygurinum. 44

Occurrit tibi nemo quod libenter
Quod quacunque uenis fuga eſt: & ingens
Circa te lygurine ſolitudo
Quod ſit ſcire cupis: nimis poeta es.
Hoc ualde uitium periculoſum eſt
Non tigris catulis citata raptis
Non dypſas medio peruſta ſole.
Nec ſic ſcorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores
Et ſtanti legis: & legis ſedenti.
Currenti legis: & legis cacanti.
In thermas fugio: ſonas ad aurem.
Piſcinam peto: non licet natare.
Ad cœnam propero: tenes euntem.
Ad cœnam uenio: fugas ſedentem.
Laſſus dormio: ſuſcitas iacentem.
Vis quantum facias mali uidere?
Vir iuſtus: probus: innocẽs timeris.

De Eodem. 45

Fugerit an mẽſas phœbus cœnamque thyeſtis:
Ignoro fugimus nos lygurine tuam.

Entiris: Licinus canus tinxerat capillos: ait Martialis eum quidẽ poſſe fallere aſpectum hominum: ſed non poſſe decipi ſenectutem: uel p ſerpinã: quæ exacta ætate detrahet medicamĩa illa nigra eius capiti. Ingenioſe medicamen illud poeta appellat laruam. Mentiris iuuenem: id ẽ ſimulas te eſſe iuuenem. Tã ſubito coruus: id eſt niger tanquam coruus. Perſonã: quã medicamine ſimulas. Detrahet: nam & ſi uideris iuuenis: quum ſenex fueris morieris. Hominum aſpectus falli poteſt: naturæ lex nõ poteſt.

Ccurit: Accuſatur Ligurinus q̄ male & intempeſtiue recitet: adeo ut cum bonus uir ſit ea ſola de cauſa fugiat ab hominibus. Quacũque uenis eſt fuga: id eſt quacũque uenis omnes fugiunt.

Quid ſit ſcire: id eſt cupis ſcire cauſam. Nimis poeta es: ſcilicet nimium uis uideri poeta recitando. Periculoſum: quia moleſtũ omnibus. Dypſas genus ſerpentis cuius morſus hominem ſiti necat. Medio ſole: ex plaga meridionali: quia illic ſunt grauiora uenena: uel peruſta medio ſole: q̃m perpetuo apricatur. Scorpi⁹ improbus uenenoſus. Piſcina: locus erat domi: ubi frigida lauabantur. docet hoc Cicero: Latiorem inquit piſcinam uoluiſſé ubi iactata brachia nõ offenderétur. Vir bonus: hoc enim unum uitium occupat omnes. Fugerat: ī fabulis dicitur ſolem auertiſſe curſum: ne ſceleratam Thieſte cœnam inſpiceret: ubi filii appoſiti ab Atreo fratre fuerunt. Fugimus: ne cogar audire te recitantem.

Tace.i.nihil recites.alibi poeta in cœna iucunda pollicet nõ affuturũ crassũ uolumẽ.

Mnia quod scribas: In Cosconiũ qui æmulatione scribẽdorũ epigrãmatũ cũ Martiale certabat. Illius epigrammata modo accusabat qđ longa essent: cui respondet poeta: Cosconi qui lõga putas modo damnabat: quod parum pudica essent: ait poeta se laudare Cosconii epigrammata: quod legi poterant uirginibus: & pueris ingenuis: cum nihil ineset obscœnum: sua tamen non esse omnino repudianda: cũ a nequioribus & lasciuioribus puellis legant: q̃si dicat plures esse qui sua legãt quã Cosconii: ob eum pruritum qui i omni pagina est.

Nulla mentula.i. nulla mentio mentulæ. Vacat luxuria .i. sine pruritu. Neq̃: lasciui.

Faciles: lasciui. Torquet: q̃ tangitur libidine.

Xigis: Ad Candidum amicum: quem cum non comitaret Martialis mittebat ei libertum: ait poeta plus i ea re.i. comitando ei libertũ posse præstare: q̃ ipse ualeat: quoniam ipse sit ad seruilia munera ineptus: ait tamẽ se omnia ei præstiturũ: quæ libert⁹ præstare non poterit: hoc est laudem & immortalitatẽ. Operam togatam. i. togati hominis: nam anteãbulones erãt togati. Vmbone. i. obiecto corpore suo pro umbone. Mugiet: id est clamando sæpe te laudabit. Lis erit: si habebis litẽ: faciet cõuitia. Clamabit: i aduersarium tuum. Quicqd: immortalitatem propter meos uersus.

Apena grãdi: Ridet Bassum euntẽ ex urbe onustum fructibus rusticanis: nã rus sterilissimum emerat soli usamœnitatis precio: q̃is inquit censeam eum uenire i urbem non uenit: sed uadit rus: nam rusticarum rerũ copiam i rus afferebat: quæ a rure i urbem solent. Fluit grandi gutta: propter fontes: unde & fõtanalis dicta est: & fontanalia: id ẽ sacra fontiũ illic fiebant coronatis pueris: & fontib⁹. auctor est Pompeius. Illic erat præterea saxum quod cum romani uellẽt impetrare pluuias a Ioue in urbẽ ferebant. dicebatur Manalis. auctor Festus Iuuenalis: Madidãque capenã. Almo: fluui⁹ ẽ ad portã capenã: quo simulacr̃ Cybeles lauabat a sacerdotib⁹.

Illa quidẽ lauta est: dapibusque istructa supbis:
Sed nihil omnino te recitante placet.
Nolo mihi ponas rombum mulum ue bilibrem
Nec uolo boletos: ostrea nolo: tace.

Ad Cosconium. 46

Omnia quod scribis castis epigrammata uerbis:
Inque tuis nulla est mentula carminibus.
Admiror. laudo. nihil est te sanctius uno:
At mea luxuria pagina nulla uacat.
Hæc igitur iuuenes nequam: facilesque puellæ:
Hæ senior: sed quem torquet amica: legat.
At tua cosconi uenerandaque sanctaque uerba:
A pueris debent uirginibusque legi.

Ad Candidum. 47

Exigis a nobis operam sine fine togatam:
Non eo: libertum sed tibi mitto meum.
Non est inquis idem: multo plus esse probabo:
Vix ego lecticam subsequar: ille feret.
In turbam incideris: cunctos umbone repellet:
Inualidum est nobis ingenuum latus.
Quid libet in causis narraueris ipse tacebo:
At tibi ter geminum mugiet ille sophos.
Lis erit: ingenti faciet conuitia uoce:
Esse pudor uetuit fortia uerba mihi.
Ergo nihil nobis inquis præstabis amicus?
Quicquid libertus candide non poterit.

De Basso. 48

Capena grandi porta qua pluit gutta
Phrygiumque matris almo qua lauat ferrum

Et lotá parũo reũocãt almone cibelem. Lucanus. Lauabant' præterea cultri famii qbus galli furtes inter se digladiabãtur: quãuis essent famii: tamé a poeta ferrũ dicit': ut supra etiam: Demens cum ferro quid tibi: cum de cultro famio loqueretur. Oratiorũ: Oratii tergemini ob pugnam aduersus Curatios ad hanc portam sepulti nomen dederunt ut porta capena tergemina esse diceret'. Herculis fanũ: illic erat tẽplũ Herculis. auctor Macrobius qué nũc pusillum appellat: quoniã Domitian⁹ appellabat' Hercules maior. alibi: Maior quæ gesserit audi: hoc est Domitianus Hercules maior. Feruet: celebratur. Illic: ĩ rheda. Caules nobiles: caulis pompeianus procerior e fructice é grat⁹ ob tenerita tem. Vtrũque porrũ: sectiuũ & capitatũ. Sessilesque lactucæ: lactucæ ĩ tanto precio fuerunt ut homines in ualeria familia lactucini sint dicti. Lactuca autẽ a lacte est dicta: quoniam quæ dicebatur micorus sola enim fuerat in usu ea habet copiã lactis. tertium lactucarum genus sessille dicitur siue laconicum. Pigro uentri: quia betæ laxant aluum. Betæ apud antiquos uerna dicebantur & antũnalis. græci candinam & nigram dixerũt. Gallici canis: nã gallici canes uelociſſimi sunt & ex lupis cõcipi putantur: auctor Pli. Lacteum: lactentem. Nondum ficta faba: cuius dens non poterat corrodere fabam. Nec feriatus. i. ociosus: ná & ipse aliquid ferebat: Rus ibat: damnat uillam: nã Bassus rus emerat: in quo nil erat præter lauros. In hoc infra deridetur: Baiana nostri. & deridetur Bassus: q̃ cum rus iret rusticana illuc ferret secum ut ostendat uillæ sterellitatem.

Auperis: Ollus ut ædificaret empta cella pauperis extructis ædibus pauper factus est. Martialis ait eum nunc habere cellã pauperis. Nũc cellã pauperis habet: qa prædia uendidit: ipse iam pauper.

Eientana: Hic qui ĩuitauerat: miscebat conuiuis ueientana & ipse massica potabat:

Olfacere: malo olfacere in mensa tua q̃ bibere.

Aec: Ad ligurinum: De quo supra: qui inuitabat ut tantum recitaret carmina sua.

Origanum: herba est: quæ post uicesimum diem pululat initio mensæ dabatur.

Morantur: ferunt'. Secunda mensa: id est nondũ secunda mẽsa uenit: & tertius liber.

Oratiorum qua uiret sacer campus:
Et qua pusilli feruet herculis fanum:
Faustine plena bassus ibat in rheda.
Omnis beaticopias trahens ruris.
Illic uideres frutice nobili caules.
Et utrunque porrum: sessilesque lactucas.
Pigroque uentri non inutiles betas.
Illic coronam pinguibus grauem turdis.
Leporemque læsum gallici canis dente.
Nondumque uicta lacteum faba porcum.
Nec feriatus ibat ante carrucam
Sed tua fœno cursor oua portabat.
Romam petebat bassus. imo rus ibat.

De Ollo. 48

Pauperis extruxit cellam: sed uendidit ollus
Prædia: nunc cellam pauperis ollus habet.

In Inuitatorem. 50

Veientana mihi misces ubi massica potas:
Olfacere hæc malo pocula quam bibere.

In Lygurinum. 51

Hæc tibi non alia est ad cœnam causa uocandi:
Versiculos recites ut lygurine tuos.
Deposui soleas: affertur protinus ingens:
Inter lactucas oxygarumque liber.
Alter perlegitur. dum fercula prima morantur:
Tertius est: nec adhuc mensa secunda uenit.
Et quartum recitas: & quintum denique librũ:

recitatur: iocatur cum ſecundo. Aprum: ſi totiens apponis mihi aprum: ego faſtidirē.
Eſt putidus: putidum putabo. Scombri: piſces erant ſulphurei coloris ex Hiſpania p̄ſertim mittebantur: uendebantur cucullo papyraceo. Scelerata: quia moleſta.

Vm: Galla formoſo corpore uolebat uideri. dicebatque ſe poſſe placere magis nudam: eius uanitatem redarguit Martialis urbanitate.

Mpta: Tongilanus ducentis nūmis emptā domū amiſerat incendio. mos erat apd romanos ut orbis dāno affectis ob aliquod incēdiū pecuniā afferent: nunc Tongilianus decies centena accepat cū tantū ducēta amiſiſſet ī domo cremata. nonnulli domos cōburebāt: ut collata pecunia plus aliqd lucrarent. Iuuenalis: Et merito iā ſuſpectus tanquā ip̄e ſuas incēderit ædes.

Caſus nimiū frequēs. i. īcendiū qd ſæpe accidit in urbe.

Collatum decies: quia habes decies centena.

Tuultu: Pœnitet poetā habuiſſe rē cū Cloe: cū tā male dederit. atque melius ſibi fuiſſe maſturbari q̄ ſubagitare tale ſcortum. Tota te poterā Cloe carere. i. poteram maſturbari melius.

It ciſterna: Rauenna īter paludes condita laborabat pēuria aquæ: copiā habebat uini. pluris aqua uendebat q̄ uinū. Malo. i. magis opto.

Callidus caupo: uenditor uini. Impoſuit mihi. i. decepit me. Mixtū uinū. i. dilutū uinum. nam carior erat aqua. Lege Strabonem de palludibus illic & de uinetis.

Vod quacūque: Gellia uolebat uideri bñ olere multis unguētis cū alioqn eēt turpis. Mart. īquit aliud exigit a te. exigit. n. forma. Coſmū: unguētariū. Nugis peregrinis. i. rebus fucoſis heſternis.

Cinnama fuſa: lapſa per terrā. Sic: eo pacto quo tu oles: Aiana: Villā emerat Fauſtinus ī qua rex rusticarum: nulla copia deſiderabatur. nā oīa affluebant. Inuidioſe poeta ſiugula munera commemorat: ut tantomagis uillam Baſſi derideat: in qua nihil

Putidus eſt totiens ſi mihi ponis aprum.
Quod ſi nō ſcombris ſcelerata poemata donas:
Cœnabis ſolus iam lygurine domi.

Ad Gallam. 92

Cum faciem laudo cum miror crura manuſque:
Dicere galla ſoles: nuda placebo magis.
Et ſemper uitas communia balnea nobis:
Nunquid galla times ne tibi non placeam?

Ad Tongilianum. 93

Empta domus fuerat tibi tongiliane ducentis:
Abſtulit hanc nimium caſus ī urbe frequens:
Collatum eſt decies: rogo non potes ipſe uideri:
Iucendiſſe tuam tongiliane domum.

Ad Cloen. 94

Et uultu poteram tuo carere
Et collo manibuſque: cruribuſque
Et mammis natibuſque clunibuſque
Et ne ſingula perſequi laborem.
Tota te poteram cloe carere.

Ad Gallam. 95

Cum dare non poſſim: quod poſcis galla rogātē:
Multo ſimplicius galla negare potes.

De Caupone Rauennate. 96

Sit ciſterna mihi quam uinea malo rauennæ:
Cum poſſim multo uendere pluris aquam.
Callidus impoſuit nuper mihi copo rauennæ:
Cum peterem muſtum: uendidit ille merū.

In Gelliam. 97

Quod quacūq; uenis coſmū migrare putamus:
Et fluere excuſſo cinnama fuſa uitro
Nolo peregrinis placeas tibi gellia nugis:
Sic puto poſſe meum: ſic bene olere canem.

De Villa Fauſtini. 98

Baiana noſtri uilla baſſe fauſtini

præter arbores ſteriles & amœnas uiſebatur: adeo ut quotiens in uillam ſe cõferret Baſſus: quæ a rure eſſent petenda illuc afferret: deriſus é ſuperiore epigrammate. Baiana: domus ruſticana ad Baias. Ocioſis myrtetis: id eſt ſterilibus: uel ocioſis ad ocium in req em comparatis. Platano uidua: id eſt ſterili ſine fructu. platani erant in uſu apud roma nos: uel in uilla: uel in hortis urbanis ad umbras inambulationum: quem uſum docue runt Athenæ. Illic enim primum uiſæ ſunt platani. xxxvii. cubitorum umbris luxurian tibus: in philoſophorũ ocio.

Non ocioſis ordinata myrtetis:
Viduaque platano: tor ſilique buxeto
Ingrata lati ſpatia detinet campi.
Sed rure uero barbaroque lætatur.
Hic farta premitur angulo ceres omni
Et multa fragrat teſta ſenibus autumnis:
Hic poſt nouembres imminente iam bruma
Seras putator horridus refert uuas.
Truces in alta ualle inugiunt tauri
Vituluſque inermi fronte prurir in pugnam
Vagatur omnis turba ſordidæ cortis
Argutus anſer: gemmeique pauones
Nomenque dedit quæ rubentibus pennis
Et picta perdix: numidicæque guttæ.
Et impiorum faſiana colchorum.
Rhodias ſuperbi fœminas premũt galli
Sonantque turres plauſibus columbarum.
Gemit hinc palumbus inde cæreus turtur.

Propterea Iuuenalis cum de recitatione poematum loquere tur ait Frontonis platani conuulſaque marmora clamant: quoniam ut ſupra dictum eſt earum arborum umbræ ad ocium litteratum primum ſunt inuentæ. Buxus ĩ delitias uenerat romanorum adeo tõſis foliis in uarias animalium formas redigeretur: propterea appellatur tõſilis. Ingrata: ſterilia. Spatia: ſolũ latũ & amplũ. ſenſus eſt uilla Fauſtini non é ordinata: ut occupet magnũ ſpatium ſola amœnitate. Vero rure. i. uera ruſticitate. Barbaro: inculto horrido: Hic: in uilla Fauſtini. Farta ceres. i. cõgeſta. Autumnis ſenib⁹. i. maturis fructib⁹. Fragrat: bene olet. Teſta: antiqui ſeruabant uuas & fructus in teſtis: ut Pli. Varro & Columella ſcribunt. Putator: uitiũ. Seras: tardas. i. uuas duracinas & ſerotiñas: qa ſero matureſcũt. Imminẽte bruma. i. ĩcipiẽte hyeme. Prurit: ardet ĩ pugnã. Frõte inermi: nõdum cornutus.

Cortis: cors uel coors é ſpatiũ illud domi ubi ſeruãtur altilia: tamẽ hoc propte domus ꝓfertur. p ſyncopam Varro neutrũ ꝓfert figuratũ. Anſer argut⁹: clãgore: qđ epitheto meruit excitatis uigilibus capitolii. anſer aũt in corte ſeruabaꝫ ob iecur: nam ut alii Scipio: ut alii Metellus: ut nõnulli. M. Seſſius ꝑmus docuit iecur anſeris optimi eſſe ſaporis

Gẽmei pauones: id é picti ĩ ſpeciẽ gẽmaꝝ quos gratos eſſe dixit Horatius: quoniã multo uenierat auro: Et picta pandant ſpectacula cauda: deridens uanitatem gulæ romanæ.

Debet nomẽ. i. quæ ſortita eſt nomẽ a pennis: rubentibus auis: hoc eſt phœnicopterus nam φοινικόπτερος latine ſignificat purpurã: & alam. habẽt. n. alas purpureas: huius lingua eſſe gratiſſimi ſaporis & cibi primus oſtẽdit Apiti⁹. A Celſo ĩter mediocres aues numeraꝫ. Perdix: picta maculis diſtincta. Numidicæque guttæ: id é gallinæ numidicæ guttatæ: de quibus Papinius: quas udo numidæ legunt ſub auſtro. In diſtichis: Anſere romano q̃uis ſatur Hannibal eſſet: Ipſe ſuas nunq̃ barbarus edit aues: illud dicit quoniã hæ aues: ĩ cannas fuerãt aſſumptæ nouiſſimis tẽporib⁹. eædẽ dicunt melegarides ſi Pli. credim⁹: ſed Columella diſtinguit: aitque numidicas habere criſtam rubrã: meleagridas cæruleam: cum dicitur afra auis hæc intelligitur. Iuuenalis: Nec latus afræ nouit noſter tyrunculus. Horatius: Non afra auis non attagen ionicus. Erant autem gallinæ hæ guttis diſtinctæ. Colchi: patria medeæ. propterea impii dicuntur impietate medeæ phaſiani a phaſi fl. colchorum. Rhodias fœminas: gallinæ rhodiæ præſtantiores aliis habebãtur. Galli premunt: calcant. Periſteriones. i, turres columbarum. Gemit: gemere proprie columbi eſt. Turtur cæreus: id eſt pinguis.

Porci auidi: eſurientes. Villicæ:mulieris. Plenam:plenis ũberibus reduńdańtem lacte. Lutei:ſordidi. Larga ſilua:copia lignorum. Lucet·ardet: coniicitur in focũ. Albo ocio:ſine labore & controuerſia: Vel albo ab effectu:quia reddit hominẽ album curis:ut ſupra: Viuat ĩ urbanis albus & officiis. Palæſtritæ:erãt qui ludebãt paleſtra:& ungebant & babebãt in familia. Nõ ꝑdit oleum:ſed aliquid agit. Subdolũ rete.i.doloſũ. quia retia ad dolũ tenduntˊ. Auidis turdis:cupidis ciborũ ut intelligas eos falli eſcas. Trahit piſcem:linea:filo & hamo:Nam ea dicitur linea & lineola. Caſſis:galea:ſed hoc loco inſtrumentum ligneũ quo feræ capiuntur. Impeditã: id eſt captis pedibꝰ. Facilis: non magni laboris & curæ.

Hilares:amœnas. Pædagogo:id eſt nõ indigentes pædagogo:ut urbani pueri. Eunuchus: qui item erat in familia delicatus. Fruitur ope: aliqd agit etiam ipſe inanis ſine muneribus:ut ĩ urbe. Cana mella:albentia:cum cæris cum fauo. Metãque lactis: id eſt lac coagulatum in recentẽ caſeũ.

Saſſina patria Plauti lacte abũdabat. Silius:ſaſſina diues lactis ſilua ſaſſinate:id eſt e paſcuis ſaſſinæ. Glires: dormiendo creſcunt. Hiſpidæ matris id eſt hædum filium capellæ.

Capones:nõ amare coactos id eſt caſtratos. Texto ciſto: caniſtro. Grandes uirgines: adultæ. Probrum: ſimpliciũ.

Dona matrum:uerbũ eſt ruſticanæ puellæ quæ munera matris ſemp affert placet magis exponas oua gallinarũ: ut etiam alibi apud hũc poetam.

Facto opere lætus:nam geſtire facto ope ruſtici eſt. Craſtinas menſas contra illud:Explicat & cœnas unica mẽſa duas.

Omnes ueſcuntur:non reiecti ſeruis ut in urbe fit: quod laudat etiam in ſaturnalibus.

Auidi ſecuntur uillicæ ſinum porci
Matremque plenam mollis agnus expectat
Cingunt ſerenum lactei focum uernæ
Et larga feſtos lucet ad lares ſilua.
Non ſegnis albo pallet ocio copo.
Nec perdit oleum lubricus palæſtrita:
Sed tendit auidis rete ſubdolum turdis.
Tremula ue captum linea trahit piſcem.
Aut impeditam caſſibus refert damam.
Exercet hilares facilis hortus umbras.
Et pædagogo non iubente laſciui.
Parere gaudent uillico capillati.
Et delicatus opere fruitur eunuchus.
Nec uenit inanis ruſticus ſalutator.
Fert ille cæris cana cum ſuis mella:
Metamque lactis ſaſſinate de ſilua.
Somniculoſos ille porrigit glires.
Hic uagientem matris hiſpidæ fœtum
Alius coactos non amare capones.
Et dona matrum uimineo ferunt texto:
Grandes proborum uirgines colonorum:
Facto uocatur lætus opere uicinus
Nec auara ſeruat craſtinas dapes menſa
Veſcuntur omnes.ebrioque non nouit
Satur miniſter inuidere conuiuæ.
At tu ſub urbe poſſides famem mundam:
Et turre ab alta proſpicis meras laurus:
Furem priapo non timente ſecurus.
Et uinitorem farre paſſis urbano.

Domitiani. Papi. Vna ueſcitur omnis ordo menſa. Miniſter ſatur: hic in uilla. Non nouit inuidere:quoniam & ipſe ſatur eſt. Iuuenalis de ſeruo in urbe: Ecce alius quanto porrexit murmure panem. At ut:ad hoc ſpectant quæ ſupra dicta ſunt. Famem:uillã ſterilem. Mundam:lautam & amœnam. Lauros meras:id eſt ſolas lauros ſine fructu. Furem:quia nihil eſt quod eripi poſſit. Vinitorem: uillicum:noluit dicere uillicum: quia uilla non erat. Farre urbano:allato ex urbe.

Ocioſus:relaxatus curis. Pictam:non naturalem.

Vtor:Cerdo dederat munus gladiatoriũ: quod ſupra dixit poeta. Is erat bononi enſis:nunc fullo mutinenſis dederat ité munus gladiatoriũ:ſuccéſus Martialis clamat. Cerdo é qcúq; quærit lucr& ex aliq; arte.iccirco addit ſutor.Iuuéalis: Munera núc edũt.

Vm uocor.Lata erat lex a Domitiano ut ſublatis ſportulis amici ad rectam cœnã uocarent:hac lege coactus Ponticus iam nõ dabat ſportulã Martiali:ſed ſuita uit ap poſuit autẽ uilliſſimos cibos: ſibi optimos.Conquerit poeta fraudem fieri legi:cum non detur ſportula:dari cœnã a Põtico non melioré ſportula: cũ tamé legẽ tullerit ſperator: ut melius cœnarent cliétes q; oli ſolebant acceptis ſportulis.

Non tam uenalis: id eſt non conducendus ſportula ut ante. Eadem cœna: id eſt idem cibi. Oſtrea ſaturata lucrino: oſtrea in lacu lucrino de paſta optimum habebant ſaporem: qđ docuit Sergius Orata:poſt ea domita britannia ex eo littore non inferioris ſaporis oſtrea mittebant.Inde ait luuenalis:Circeis nata forẽt an Lucrinum ad ſaxũ rutupino ue edita fundo. Mitillus: de genere poliporum eſt hic non tãtum ſeruit gulæ:eſt enim nullius ſaporis:ſed craſſitudini gigiuarum & aliis ſordidis ulceribus medetur auctor Plinius.

Sumitur mitillus:id ẽ comedo mitillum. Ore inciſo:ac ſi haberem os inciſum & ulceratũ. Inciſo ore:& os mihi ſumẽti inciditur ob teſtæ duritiẽ.

Fungos ſuillos: naſcebantur ſuilli una cum boletis in radici cibus roborum : nullo ſapore digni menſa. Res eſt cum rombo:id eſt tu comedis rombos. Sparulus piſcis exiguus & uiliſſimus. Clunibus immodicis:obeſis & latis. Sine te:quod non licet per legem Domitiani tu facis fraudem cœnæ: Proſit hoc:id eſt hoc ſit factum in utilitatem clientum:nam uoluit imperator ut aliquid plus ederemus:& prohibuit dare ſportulam.

Entenis.In Qm tum:qui magno animo uolebat uideri empta luxriosa ſuppellectile: ait Martialis hoc nõ eſſe uerũ:neque propterea eum eſſe magni:animi: cum ſibi illa emat:nam magni eſſet animi aliquid donare amicis.alibi in Gaurum nihil ſibi donantẽ: Gaure puſillus homo es. Sub numa:id eſt uina uetuſtiſſima. Nõ ſpatioſa:id eſt exigua.

Carruca:currus ſignificat:carrucæ autem ex argento quoque cælabatur

Pictamque portas ocioſus ad uillã.
Ollus.oua.pullos.poma.caſeum.muſtum.
Rus hoc uocari debet:an domus longe?

De Sutore & Fullone. 59

Sutor credo dedit tibi culta bononia munus
Fullo dedit mutinæ:nunc ubi copo dabit.

In Ponticum. 60

Cum uocor ad cœnam non tam uenalis ut ante
Cur mihi non eadem:quæ tibi cœna datur?
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata lucrino.
Sugitur inciſo mutilus ore mihi.
Sunt tibi boleti:fungos ego ſumo ſnillos.
Res tibi cum rombo eſt:at mihi cũ ſparulo.
Aureus immodicis turtur te clunibus implet:
Ponitur in cauea mortua pica mihi.
Cur ſine te cœno:cum tecum pontice cœnem?
Sportula quod non eſt proſit:edamus idem.

In Cinnam. 61

Eſſe nihil dicis quicquid petis improbe cinna
Si nil cinna petis:nil tibi cinna nego.

In Quintum. 62

Centenis quod emis pueros & ſæpe ducenis
Quod ſub rege numa condita uina bibis.
Quod conſtat decies tibi nõ ſpatioſa ſuppellex:
Libra quod argenti milia quinque rapit.

Pli. Carrucas quoque ex argento cælari inuenimus. Nero nunq̃ paucioribus mille carrucis interfeciſſe dicit̃. Mulæ tanto erat precio ut Popeia Neronis uxor mulas habuiſſe dicat̃ indutas ſoleis aureis. Precio fundi: id é tanto precio quanto fundus emeret̃.

Puſillus animus tuus: id eſt tu qui habes animum puſillum: ꝓpterea fieri poteſt hæc nõ parétur magno animo: placet magis. Quinte animus puſillus: qui nihil dat amicis: omnia ſibi impédit. Emit hæc. q.d. magni animi é donare non ſibi emere. In Gaurum: Gaure puſillus homo es.

Aurea quod fundi precio carruca paratur.
Q uod pluris nulla é: q̃ domus empta tibi.
Hæc animo magno credis te quinte parare?
Falleris: hæc animus quinte puſillus emit.

Otile. In cotilũ qui cũ bellũ ſe appellari gloriaretur: putabat id nom̃ ad formã tantum & corporis dignitaté pertinere: Mart. docet eum hominé eſſe bellum qui molles & effœminatos mores habeat: & cũ deſcribit quid ſit bellus homo Cotilũ ridendo deſignat.

In Cotilum. 63

Cotile bellus homo es: dicunt hoc cotile multi:
Audio: ſed quid ſit dic mihi bellus homo?
Bellus homo eſt flexos qui digerit ordine crines
Balſama qui ſemper: cinnama ſemper olet.
Cantica qui nili: qui gaditana ſuſurrat
Q ui mouet in uarios brachia uolſa modos.
Inter fœmineas tota qui luce cathedras
Deſidet: atque aliqua ſemper in aure ſonat.
Q ui legit hinc illinc miſſas: ſcribitque tabellas
Pallia uicini qui refugit cubiti.
Q ui ſcit quã quis amet: qui ꝑ conuiuia currit
Hirpini ueteres qui bene nouit auos
Q uid narras: hoc eſt hoc eſt homo cotile bellus
Res petricoſa eſt cotile bellus homo.

Digerit: cõponit. Flexos: calamiſtro. Cantica qui nili: ex oĩb⁹ cantillenis molliſſĩe erãt & ægyptiæ & gaditanæ ad ſaltationé & ĩpudicos mot⁹ puellæ. Cãtica nili. i. ægyptios cãtus. Suſurrat: leuiter canit.

Volſa: depilata. Cathedras: ad ſellas fœminaꝝ meretricũ.

Ad Caſſianum. 64

Sirenas hilarem nauigantium pœnam:
Blandaſque mortes gaudiumque crudele:

Qui: refugit pallia uicini cubitu: ꝑ ellegãtes ueſtes: ut ſupra: Quã uentum ſpanius manũ timet ꝑſcus. Curris ꝑ conuiuia. i. qui adeſt ubicũque fiunt cõuiuia. Hirpinus: nobiliſſim⁹ equus fuit uictoriis & maioꝝ gloria unde nat⁹ erat. ſenſus ergo poetæ eſt: ille eſt bellus homo qui hirpino refe rẽte premiũ diſcurrit ꝑ totam urbem: & narrat unde equus duxerat originem. Iuue. Sed uenale pecus corinthæ poſteritas & hirpini. Petricoſa: trica ſignificat tenue & moleſtũ impedimentũ: cũ ergo poeta uelit oſtendere bellum hominem eum eſſe qui ſit occupatus leuioribus in rebus: ait bellum hominem eſſe rem petricoſam: id eſt plenam leuioribus impedimentis.

Irenas. Laudat Caninũ gaditanũ cuius cõfabulationé ne Vlyxẽ quidem qui præteruectus eſt ſirenas ait potuiſſe effugere ſi adeſſet. Vlyxes ꝑuulgata hiſtoria cum eſſet nauigaturus iuxta ſedes ſirenũ admouit cæras auribus ſociorum: ipſe apertis auribus iuſſit ſe uinciri ad malum nauis: ne ſuauitate cantus cogeretur exilire: docuerat id Circe: Ita ſurdis ſociis ipſo iuncto malo nauis non flexit curſum: quanuis ſirenes noto carmine uſæ ſint: quod Cicero ex Homero trãſtulit: O decus argolicũ quin puppim flectis Vlyxe. Homeri longum extat carmen in odyſſea. Fallax Vlyxes: epitheton: perpetuum Vlyxes ab Homero dicitur πολύτροπος: id eſt uarii & multiplicis animi. Hillarem pœnam: nam trahebantur nauigantes ſuauitate carminis in ſcopulos: & naufragium faciebant. Blandas mortes: quia ſuauitate cantus in mortem trahebantur. Gaudium crudele: quia magno conſtabat.

Non miror: si Vlyxes reliñquebat syreñes: sed magis mirarer si reliquisset Canium gaditanum poetam. Ante: Canio suo gades.

Vod spirat ad Diadumenum: cuius oscula mirum in modum olere dicit: sed auaritiam carpit q̄ scilicet auare det: aitergo cū bene oleāt hæc basia: multoplus habitura suauitatis una facilitate. s. Diadumenus nomé est elegātioris iuuēis cum hoc est fictū: cuius effigié Policletus sicyonius expressit molliore iuuēta: eaque ueniit cētū sestertiis.

Aura: odor: nam odor est aer uapore percussus. Canet: cū emittet flores. Ouis: multi codices habent apis: ut de thimo intelligas: cuius odor suauissimus est. Auis: de phœnice potes intelligere quæ nidos construit ex cinamomo: & casia. placet ut legatur. Ouis: nā frutices uerno tempore morsu gregis fracti suauem emittunt odorem. Arabs messor: messorem arabiæ fœlicis intelligit: nam cassia īde mittebat.

Succinū: latine electrum dicitur: gummi populorum q̄d cum candidum est præstantissimum habet odorē: unde Domitius Nero quodā carmine crines uxoris succinos dixit: q̄ si suauissime olentes: succinū præterea est genus unguenti odorati. Eoo thure: id est sabæo & oriētali. Gleba q̄ æstiuo: odor terræ commendatus a Cicerone: præsertim in unguentis: ut scribit ipse in suo oratore: eo loco optimus est: ut antiq̄ dicebant ubi cornua arcus cælestis uidebantur desinere post imbrem Pli. auctor.

Nardo: crines nardo ungebā tur. Sine inuidia: una & sola. Facilitas: pl⁹ odoris daret.

Quas nemo quondam deserebat auditas:
Fallax ulyxes dicitur reliquisse
Non miror: illud cassiane mirarer
Si fabulantem canium reliquisset.

Ad Diadumenum. 64

Quod spirat tenera malum mordente puella:
Quod te corytio quæ uenit aura croco.
Vinea quod primis floret cum cana racemis
Gramia quod redolēt: quæ mō carpsit ouis.
Quod myrtus: qd̄ messor arabs: qd̄ succia trita.
Pallidus eoo thure quod ignis olet.
Gleba quod æstiuo leuiter cum spargitur imbre:
Quod madidas nardo sparsa corona comas:
Hoc tua sæua puer diadumene basia flagrant.
Quid si tota dares illa sine inuidia:

In. M. Antonium. 66

Par scelus admisit phariis antonius armis.
Abscidit uultus ensis uterque sacros
Illud laurigeros ageres cum læta triumphos:
Hoc tibi roma caput: cum loquereris erat
Antoni tamen est peior q̄ causa photini.
Hic facinus domino præstitit ille sibi.

De Pigris nautis. 67

Cessatis pueri nihilque nostis.
Veterno resinaque pigriores:
Quorum per uada tarda nauigantes

Ar scelus: Ait grauius fuisse scelus Antonii triumuiri: q iussit īterfici Ciceronem: q̄ fuerit Photini qui Pompeium iussus necauit. Photinus id in gratiā Ptholomei fecit: hic ut suam animi libidiné: & credulitatem expleret. Photinus inter eos fuit qui impulerunt Ptholomeum ut Pōpeium necaret: tamen Achillæ datum é negocium: qui comitem assumpsit Septimiū: is primus fuit percussor. Phariis armis: id est ægyptiis & sicæ ægyptiæ. Vterque: Photinus & Antonins. Illud: duo capita habebas roma altero coronato utebaris: cum triumphabas: altero facundo: cum loquebaris. Ingens utriusque laus.

Essatis. Applaudit hoc epigrammate pueris nauigantibus in naumachia inter ludos Domitiani: quasi ergo e medio feruore spectantiū clamat e ripa naumachiæ. Cessatis: tardi estis ad nauigādū. Resina: genus gūmi. Veternꝰ: significat hydropesin. Virg. Nec torpere graui passus sua regna ueterno. Nihil nostis. i. nihil scitis. Ad quoꝝ

ſpectatorũ. Celeuma:clamor nauticus:& hortatio. Tingitis lentos remos.i. ignoratis qui uos ſpectent:nulláque ſpectatorũ rationé habetis. Aethon:equus ſolis. Prono: inclinato. Exarſit:in meridie. Interiũgit.i.recreati quiete:nã puenit ad meridiem. Tu ta:qa nulla ptás excitabaʒ. Luditis otium.i.abutimini otio. Argonautas:ambiguitas é uerbi.nam argonautæ poſſunt dici illi primi qui argo í pontum deduxerunt.& argonautæ ſi componanʒ ab argos qđ ſignificat tardum:& nautis:ſignificabit nautos tardos.

Vc eſt.Scripturus laſciuio ra abigit matronas pudicas:p̃ ſertim Baſſam.quæ ignoranti pauloante Martiali tribadem eſſe Lucretia uidebatur.In hac pte quæ ſequiʒ gymnaſia nu merat ea loca í quibus uiri nudabanʒ. Stadiũ:ubi ad curſũ & palæſtrã athlætæ nudãtur. Exuimur: deponimus ueſtes.

Terpſichore:muſam hãc nominauit:quoniã ei dictatæ ſũt choreæ & ſaltationes. In quibus iam poeta uerſabatur τερπόμαι oblector χορὸσ chorus:noſtra terpſichore. Saucia:madida. Schemate:id ẽ figura.periphraſis eſt mentulæ ægiptii primum ceperũt colere pudenda:quoniam Oſiri inuento ſola uirilia defuerunt: ſed ne deſiderarétur ad honorem ſepulturæ Iſis iuſſit ut pudenda circunferentur præcedebat inquit Herodotus tibicem ſequebantur matronæ canentes dionyſia.hunc moré acceperũt matronæ romanæ: & menſæ auguſto mentulam deferebant cum ſacrorum põpa in ædé Veneris extra mœnia:& q̃uis meretricum eſſet illud ſolenne:tamen non licebat alicui præterq̃ matronæ caſtæ id ſacrum tractare: & deponere in ſinu Veneris. Schemate:id eſt figura & obſcura.

Nunc legis: placet enim obſcœnitas ut ſupra í Coſconiũ.

Lentos ducitis ad celeuma remos.
Iam prono phaetonte ſudat æthon:
Exarſitque dies:& hora laſſos
Interiungit equos meridiana.
At uos tam placidas uagi per undas
Tutæ luditis otium carinæ.
Non nautas puto uos:ſed argonautas.

Ad Matronas. 68

Huc eſt uſque tibi ſcriptus matrona libellus
Cui ſint ſcripta rogas inferiora:mihi.
Gymnaſium thermæ:ſtadiũ ẽ hac parte recede.
Exuimur:nudos parce uidere uiros.
Hic iam depoſito poſt uina roſaſque pudore
Quid dicat neſcit ſaucia terpſicore.
Schemate nec dubio:ſed aperte nominat illam
Quam recipit ſexto menſe ſuperba uenus.
Cuſtodem medio ſtatuit quam uillicus horto
Oppoſita ſpectat quam proba uirgo manu.
Si bene te noui:longum iam laſſa libellum
Ponebas:totum nunc ſtudioſa legis.

Ad Ceruinum. 69

Mœchus es aufidiæ qui uir ceruine fuiſti:
Riualis fuerat qui tuus:ille uir eſt.
Cur aliena placet tibi:quæ tua non placet uxor:
Nunquid ſecurus non potes arrigere:

In Neuolum. 70

Mentula cum doleat puero:tibi neuole culus
Non ſum diuinus:ſed ſcio quid facias:

Ad Laufellam. 71

Vis futui nec uis mecum laufella lauari:

Oechus. Ceruinus repũdiauerat uxorem.quam duxit:is q̃i pauloãte erat mœchus:quo facto ipſe quoque habebat ré cũ eadé muliere. Securus:nũquid oportet ire in periculum ut arrigas.

Aufella:Nolebat uideri nuda:ſed tamen futui uolebat:inquit Martialis aut eſt in ſulſa:aut eſt turpiſſima.

Pañnoſæ.i.uenali ſãgũine rugæ:nam pañnæ dicũtur maculæ uenaꝝ eminentium. Sulcos.uteri.i.rugas.Prominet interdum.i.defluunt carnes:quod ſcribit Celſus accidiſſe temporibus ſuis principi fœminę:quibus arefactis intra paucas oras expirauerit. Fatua es.i.inſulſa es:& non habes illũ leporẽ meretricium: & ꝓpterea nõ uis lauari:nã quæ inſulſa ſunt quo magis lauantꝰ eo fiunt inſulſiora.Fatui cibi dicũtur:q carẽt ſale: Ormis.In phœbũ fellatorẽ. Mutionatis.i.bene mẽtulatis:Muto:mentulã ſignificat:ut apud Horatiũ: Muto ni querenti.Lucilius: Mutoni lachrymas tũ læua abſterſit amica. Stat:quia non potes arrigere.erat enim fellator.

Neſcio quod magnum ſuſpicor eſſe nefas.
Aut tibi pannoſæ pendent a pectore mammæ:
Aut ſulcos uteri prodere nuda times.
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu.
Aut aliquid cunni prominet ore tui.
Sed nihil eſt horum:credo pulcherrima nuda ẽs.
Si uerum eſt:uitium peius habes:fatua es:

In Phœbum. 72

Dormis cum pueris mutoniatis
Et non ſtat tibi phœbe:quod ſtat illis
Quid uis me rogo phœbe ſuſpicari:
Mollem credere uirum uolebam.
Sed rumor negat:eſſe te cinædum.

In Gargilianum. 73

Pſilotro faciem lauas & dropace caluam
Nunquid tonſorem gargiliane times?
Quid faciem tingis:nam certe non potes illos
Reſina ueneto nec reſecare luto
Deſine:ſi pudor eſt miſeram traducere caluam.
Hoc fieri cunno gargiliane ſolet.

In Lupercum. 74

Stare luperce tibi iam pridem mentula deſit
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt bulbique ſalaces:
Improba nec proſunt iam ſatureia tibi.
Cœpiſti puras opibus corrumpere buccas:
Sic quoque non uiuit ſollicitata uenus.
Mirari ſatis hoc quiſquam:uel credere poſſit?

Calua:ſignificat os capitis: auctor ẽ Liuius qui ſcribit caluam detracta carne & crinib⁹ fuiſſe poculũ barbarorꝫ diebꝰ feſtis.hic pro toto ore accipit. Dropax:ungentũ ad pilos euellẽdos. Nũquid.i.an es adeo timidus ut nõ audeas ferre nouaculã. Vnges:omĩno te oportet uti ferro. Lutũ uentũ: erat terra quæ ex cypro aduehebatꝰ adhibito aceto:&.xl.diebus ſub terra ĩpacta reducta: quæ poſtea ĩ ſolem optimũ faciebat pſilotrũ. Traducere: uexare. Cũno:alluditꝰ ad mollem:& cinædum. Nũquid times tõſorẽ:quaſi dicat tonſorẽ non times:ſed hoc agis ut diutius ſis mollis & pædiceris.

Tare. Stare eſt cõſtare.Sſtare eſt rectũ eſſe. locatꝰ ĩ uerbo Mart.mẽtula ĩquit quæ ſtabat.i.quæ nõ arrigebatꝰ:nũc ſtat magno:hoc ẽ cõſtat magno ꝑcio. Eruca:ĩcitat Venerẽ:ꝓpterea põebatꝰ una cũ lactuca q̃ frigidiſſima ẽ:ut alterius uis alterã tẽperaret. Bulbi genus herbæcapitatæ:cuiꝰ cũ multa ſint gña: Vnũ ẽ qđ epimenidũ dr̃ o ptimi ĩ aphrica ſaporis:ut locꝰ ille.Iuue.ꝑter ſñiam multoꝫ exponatꝰ: Et ueteres afrorũ epimenida bulbi.ĩcitãt aũt Venerẽ:In diſtichis:Cũ ſit anus cõiũx & ſint tibi mortua mẽbra:Non aliter bulbis q̃ ſatꝰ eſſe potes. Salaces:ĩcitantes Venerẽ. Saturea:eadẽ eſt qua tymbra: incitat Venerẽ:candẽ uim habet q̃ naſturciũ. Puras buccas:pueroꝫ. Non uiuit:ſuſcitatur.

Non ſtat:id eſt mentula quæ non arrigitur. Stare magno:id eſt multum conſtare: Sequens epigrmma eſt clarum.

Ecmulus.In Bethicũ cunnilingũ:qué poeta ex genere ciboꝝ.qbus utebat aperte oſtédit eſſe cunnilingũ:nã ea tãtũ edebat quæ ſaporé haberẽt ꝓximũ liquori uuluæ. Liba:panes dulciarii ſacris primũ inuéti. Quadra:pars & quadra méſa. Placentæ: panes cinericii qbus utebant antiqui loco méſæ. Capparin:ſemé notũ. Alec:liquamé ſalſum. Horatius: Quo fæce primus & alec.Pli.Alec imperfecta nec colata: erat enim cõditum. Res cœpit tamen ex ũ utili piſciculo miniꝛoque cõficí. Pulpã nõ mõ carné ſine oſſib⁹ ſed etiã ſine pingui. Petaſõe dubio:uel dubio,cui⁹ ꝓs iã fetet & carioſa é:qđ placet: uel dubio.i.bono. Geres:ex genere locuſtaꝝ ſunt piſces uiliſſimi & ſalſi.uide Pli..xxxii.naturalis hiſtoriæ. Melandria pars thinni ꝓpinqua caudæ uiliſſima:eſt.n.ſine pingui:nãq thinno ceruix & abdomé cõmédãt

Saprofagis: hoc é cõedis res fetidas:& olentes: nã σαπρόν ſignificat putidũ: φαγω.

Inxiſti.Palinurus gubernator claſſis troianæ ſub merſus é numĩe ſomni opp̃ſſ⁹. hic Palinurus accipit ob deriuationé græcã: nã παλιν ſignificat iteꝝ: ὀυρεω meiere.locat poeta igit i iteꝝ.meiété. Eris palinurus.i.diceris Palinurus.

ENullo.In Apitiũ Eſſe bonæ linguæ dicit qui nulli detrahit: cõtra malæ linguæ dr qui lingua abutit:uel fellatiõe:uel lingédis cunnis.

Quãuis o Apici nulli detrahas :tñ rumor eſt te eſſe malæ linguæ:hoc te fellaꝝ & cũnum lingere.

Vid.In bethichũ: qui abſciſis teſtib⁹: & factus ſacerdos Cibeles cũnos ligebat: de quo ſupra ait poeta eũ nõ debere ſectari muliebria:quia dũ mulieres ſectat: uꝝ eſſe uir: quod nõ ꝓmittunt ſacerdotales leges Cibeles. O Bethice galle:id eſt caſtrate. Medios uiros:id eſt debes fellare:ne uir uidearis:dum ſectaris fœminas. Samia teſta:id é cultro:nã ſamia terra optima erat cultris ſacerdotũ Cibelis:ante ſatis multa. Caſtrandum caput eſt:quoniã lingua tanq̃ mentula ſectaris mulieres.

Q uod non ſtat magno ſtare luperce tibi.

In Baſſam. 75

Arrigis ad uetulas faſtidis baſſe puellas:
Nec formoſa tibi:ſed moritura placet.
Hic rogo non furor eſt:nõ ẽ hæc mẽtula demẽs:
Cũ poſſis hecubam:non potes andromachẽ.

In Bæticum. 76

Nec mulus nec te delectat bætice turdus.
Nec lepus é unquam nec tibi gratus aper.
Nec te liba iuuant:nec ſectæ quadra placentæ
Nec libye mittit:nec tibi phaſis aues.
Capparin & putri cepas alece natantes.
Et pulpam dubio de petaſone uoras.
Teque iuuant gerres & pelle melandria cana
Reſinata bibis uina:falerna fugis.
Neſcio quod ſtomachi uitium ſecretius eſſe
Suſpicor:ut quid enim bætice ſaprofagis.

Ad Paulinum. 77

Minxiſti currente ſemel pauline carina
Meiere uis iterum:iam palinurus eris.

Ad ſertorium. 78

Rem peragit nullam ſertorius:inchoat omnes
Hunc ego cum futuit:non puto perficere.

Ad Apicium. 79

De nullo quereris:nulli maledicis apici.
Rumor ait linguæ te tamen eſſe malæ.

In Bæticum. 80

Q uid cum fœmineo tibi bætice galle baratro:
Hæc debet medios lambere lingua uiros.
Abſciſſa eſt quare ſamia tibi mentula teſta:
Si tibi tam gratus bætice cunnus erat:
Caſtrandum caput eſt:nã ſis licet iguine gallus:

Ore uir es: q̃uia lingis cunnum & præſtas officium uirile lingua.

Onuiua zoili. In zoilum mollẽ & plãe effœminatũ. huius pocula ebrietaté ructus fellationẽ deſcribit. Sumœnianas. i. inter meretrices quæ ſubmœnianis artificiis iuxta circũ ꝓſtrabãt. Iuue. Et ad circũ iuſſas ꝓſtrare puellas. Bibat: ſobri⁹ cũ ſitit. Teſta curta: uaſe mutilato & fracto. Lædæ: meretricis: q̃ ſpurca erat: ut alibi: Quod ſpurcæ moriẽs lucerna lædæ. Cõtẽdo: affirmauerim. Hoc. i. cœnare iter meretrices. Galbanat⁹: ídut⁹ galbano ueſte muliebri. Lecto triclinii. Occupato: qué totũ occupabat. Effultus: ſuſtentatus. Suggerit dentiſcalpia fiebãt aut ex lentiſco aut ex pẽna. In diſtichis: Lentiſcũ melius: ſed tibi frõdea cuſpis. Defuerit: dentẽ penna leuare poteſt. Dentrificiũ aũt dicebatur quicquid medicaminis adhibebaté. fricãdis & terendis dentibus: in quo genere arabius lapis eſſe dicitur. Pinnas rubentes. i. pẽnas phœnicopteri. Léntiſcus frutex ẽ ſemp uiridis: cuius Cicero meminit: & Pli. ſententiã Ciceronis refert. Vẽtilat leuiter mouet: Aeſtuãti ſudãti. Praſſino: uiridi. i. flabello color praſſinus ſignificat uiridis. πρασὸινου ſignificat uiride ĩ fra praſſinã togã dicet. i. uiridẽ.

Mitrea uirga: ĩdiciũ libidinis: ẽ. n. Veneris. Tractatrix: utebanté hoc remedio antiqui ut Celſus meminit ut iuberét puerũ fricare humores: qué Martia. tractatoré appellat: & ancillã id faciẽtẽ tractatricẽ. nam tractare ẽ frequenter tãgere. Eunuchus ſpado nouit qd uelit zoilus cũ crepat digitis: nã uas urinarũ crepitu digitoꝝ poſcebaté: ita loqtur matella í diſtichis: Cũ poſcor crepitu digitorũ & uerna moraté: O quotiens pellex culcitra fcã mea ẽ. Pedũ turbã: tba pedũ dicũté pueri: q̃m̃ ad pedes dn̄oꝝ diſcũbebãt: ut ĩtelligas ſupi⁹ diſtichon hoc pacto: Oĩa cũ pueris tradas obſõia retro: cur ñ méſa tibi ponit̃a pedib⁹. i. cur ñ paras méſã ſuis & ñ nobis. Partit̃ glãdulas: glãdula ps apri iuxta ceruicẽ. eadẽ dr̃ glãdiũ: ut éĩ legib⁹ ſũptuariis: q̃ glãdia ſincipitia ueria méſis ĩtercidũt. Propíat: dat. Nectar opíanũ. i. uinũ opimianũ qd nectar ur̃.

Moriões: dicebãt̃ pueri q̃ ſimplicitate & ſecuritate métis ſeu ſtoliditate riſũ dño mouebãt: ducebãt̃ aũt ad méſã diuitũ. Inde Pli. cũ amicũ iuitat: Morioné ñ hẽbis. Saxa ligurũ. i. uina natã ĩ liguria ſterili. Fumis maſſilianis: uina in maſſilia galiæ artibus officinaꝝ adulterabãt̃: mõ fũo mõ aloe: ut ſaporẽ mutarét & colorem. d hoc uino alibi: Fũca maſſiliæ ponet̃ uina potes. Coſmianis ampulis. i. unguẽto p̃cioſiſſimo Coſmi.

Sacra tamen cybeles decipis: ore uir es.

In zoilum.

Conuiua zoili quiſquis poteſt eſſe
Sumenianas cœnet inter uxores:
Curtaque lædæ ſobrius bibat teſta.
Hoc eſſe leuis puriuſque contendo.
Iacet occupato galbanatus in lecto
Cubitiſque trudit hinc & inde conuiuas:
Effultus oſtro ſericiſque puluinis.
Stat exoletus ſuggeritque ructanti
Pinnas rubentes cuſpideſque lentiſci:
Et æſtuanti tenue uentilat frigus
Supina praſino concubina flabello.
Fugatque muſcas myrtea puer uirga.
Percurrit agili corpus arte tractatrix.
Marumque doctam ſpargit omnibus mẽbris:
Digiti crepantis ſigna nouit eunuchus
Et delicatæ ſuſcitator urinæ
Domini bibentis ebrium regit penem.
At ipſe retro flexus ad pedum turbam
Inter catellas anſerum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæſtritis.
Et concubino turturum nates donat.
Ligurumque nobis ſaxa cum miniſtrentur
Vel cocta fumis muſta maſſilianis
Opimianum morionibus nectar
Cryſtallíniſque myrríniſque propinat.
Et coſmianis ipſe fuſus ampullis:
Non erubeſcit muricæ aureo nobis

Capillare.i.unguẽtũ ad capillos iuẽtũ. Mœchæ paupis: q̃d ſolebat emi a mœchis pauꝑpib⁹. Muricæ: ãpulla ĩ ſpeciẽ muricis: nã muricũ teſtæ unguẽta ſuabãt: Pli. auctor ẽ. Perdit⁹. ſepult⁹. Septunce: ſcilicet uini. Nutib⁹: ꝓpinamus iuicẽ. Ronchis: illo ſtertente. Malciones: dicũtur molles & eneruati omnino & luxu pditi: q̃ſi malciones: nã malcio apud græcos ſignificat mollem. Horatius ĩde malcinũ dixit mecœnatẽ. Vindicar̃. i. libera re te a cõuiuio: & tedio huius menſæ: quia tu iurrumator es: & aderis q̃a fellat. Codex ãti quus ita habet uerſũ: Nec uindicare te Ruffe poſſumus Fellat. quod placet: ſenſus eſt: quẽ propoſuimus.

T faciam. Iubeat Cocles Martiali ut faceret breuiora epigrammata. Ipſe ait ſe hæc ſcribere longiore carmine: cũ paucis uerbis non poſſit impetrare a diuitib⁹ aliquid: ergo ſi mihi feceris: quod facit. Chione: id eſt ſi dederis ſilebo: nam ut alibi ait a Chione conducebatur: ut futueret. Non potui breui⁹. ſ. dicere tibi ut des.

Vid. ad tongilionem qui fellator erat & lingua fellatoris eſt mœcha: cum uarias admittat mentulas.

Vis. Maritus abſcindit nares mœcho: ait Martialis oportuiſſe abſcindere mentulã: qua peccauerat. Hac parte. i. naribus: ſed peccauit mentula. Nihil ꝓdidit: laceratis naribus. Appellat hunc Deiphobum naribus laceratis: alludẽs ad illud: Deiphobũque uidet lacerũ crudeliter ora: Ora manuſque ambas & cetera.

Arrat. Ad Chionẽ. Subligaria dicebantur ueſtes q̃æ coxas uſque ad umblicũ a genib⁹ cõtegebãt. his utebantur mimmi ĩ theatro. Iunenalis: Et ſubligar acci. Chiõe hoc ĩduta deſcẽdebat in balnea: ſi id agit ꝓpter pudorẽ cõmodius eo poſſe contegere facie: nã uultus pudoris ſedes: ſi tect⁹ fuerit liberius agimus: quaſi ea una tantũ pars pudorẽ ſentiat. In faciem: alludit ad deformitatem mulieris quæ debebat tegi. hic ſenſus placet.

Diuidere mœchæ pauperis capillare:
Septunce multo deinde perditus ſtertit
Nos accubamus & ſilentium ronchis.
Præſtare iuſſi nutibus propinamus
Hos malchionis patimur improbi faſtus.
Nec uindicare ruffe poſſumus: fellat.

In Coclitem. 2 2

Vt faciam breuiora mones epigrammata cocles
Fac mihi quod chione: non potui breuius.

In Tongilionem. 2 3

Q uid narrat tua mœcha? non puellam
Dixit tongilion: quid ergo? linguam.

Ad Maritum: 2 4

Q uis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte marite tibi
Stulte quid egiſti: nihil hic tua perdidit uxor
Cum ſit ſalua tibi mentula deiphobi.

Ad Caſtam matronam. 2 9

Ne legeres partem laſciui caſta libelli:
Prædixi & monui: tu tamen ecce legis.
Sed ſi panniculum: ſi ſpectas caſta latinum:
Non ſunt hæc minimis improbiora: lege.

In Chionem 2 6

Narrat te rumor chione nunquam eſſe fututam.
Atque nihil cunno purius eſſe tuo.
Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris.
Si pudor eſt: tranſfer ſubligar in faciem.

In Fratres fellatores. 2 7

Sunt gemini fratres diuerſa ſed inguina lingunt
Dicite diſſimiles ſint magis: an ſimiles?

Ad Phœbum. 2 8

Vtere lactucis: & mollibus utere maluis.
Nam faciem durum phœbe cacantis habes.

Vnt. Gẽini lĩgũt diuerſa ĩguina: q̃a alter fellat: alter lingit cũnũ. Magis: ꝓpter hoc.

Vlt Galla. Vult nõ uult dare. Galla deformis erat: uolebatq̃ue futui a Martiale: ſed nihil dare uolebat. Deformes ãt fututoré p̃cio cõciliét neceſſe é. Vult dare. ſ. coitũ & ſubagitari a me Galla. Non uult dare. ſ. pecuniã. Nec poſſũ dicere quid ſibi galla uelit: hoc eſt qua de cauſa faciat hoc. é enim deformis: q̃ uult. ſ. futui. nõ uult. ſ. dare pecuniã. Idem eſt ſenſus quodam diſticho alibi: Vis futui gratis cum ſis deformis anuſque. Res perridicula eſt: uis dare nec dare uis.

De Galla.

Vult nõ uult dare galla mihi: nec dicere poſſum
Quod uult & non uult: quid ſibi galla uelit.

De Miſitio.

Cum peteret patriæ miſitius arua rauennæ
Semiuiro cibeles cum grege iunxit iter.
Huic comes hærebat domini fugitiuus achillas
Inſignis forma nequitiaque puer.
Hoc ſteriles ſenſere uiri: qua parte cubaret
Quæruntſed tacitos ſenſit & ille dolos.
Mentitur: credunt ſomni poſt uina petuntur
Continuo ferrum noxia turba rapit.
Exciduntque ſenem ſpondæ qui parte iacebat:
Nanque puer pluteo uindice tutus erat.
Suppoſitam fama eſt quondã pro uirgine ceruã.
At nunc pro puero mentula ſuppoſita eſt.

Ad Gallum.

Vt patiar mœchum rogat uxor galle: ſed unum
Huic ego non oculos eruo: galle duos.

In Vetuſtinam.

Cum tibi tricenti conſules uetuſtina
Et tres capilli: quatuor ue ſint dentes:
Pectus cicadæ: cruſculumque formicæ
Rugoſiorem cum geras ſtola frontem:
Et aranearum caſſibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodillus anguſta:
Meliuſque ranæ garriant rauennates.
Et adriaticus dulcius culex cantet.
Videaſque quantum noctua uidet mane:
Et illud oleas quod uiri capellarum
Et anatis habeas orropygium macre:
Senemque cynicum uincat oſſeus cunnus.

Vm. de puero quem uoluerunt caſtrare ſacerdotes Cibeles. ſed decepti loco caſtrarũt ſenẽ. Miſitius iũxit iter dedit ſe comitẽ. Grege ſemiuiro .i. ſacerdotib⁹ caſtratis. Nequitia: moribus laſciuioribus. Steriles. i. caſtrati. Mẽtitur: deſignat locũ ĩ quo dormiebat. Pluteo: ſponda lecti Virgine: Iphigenia quæ eadẽ Iphyanaſſa: ut Lucreti⁹: & Homerus ſcribunt. Lucretius: Iphyanaſſeo turparũt ſanguine fœdæ.

T patiar. Vxor mea o Galle rogat ut patiar mœchũ ad eam accedere ego ſi deprehendero mœchũ faciã ſpadonẽ quo ſcilicet abutar: nõ autẽ eruã duos oculos aut nares excindã ut alii faciunt. Mœchum: ſcilicet te. de hoc Gallo ſupra: Subdola famoſæ: erat enim Gallus mollis & mœchabatur. Vnum: id eſt caſtro & facio ſpadonem eũ quem deprehendam.

Vm. In Vetuſtinam decrepita ætate cupientem futui. Triçẽti conſules: ideſt cũ agas trecentos annos. Pectus cicadæ: aridum & aſperum ut cicadæ. Stola: ueſtis mulierũ rugoſa. Caſſibus: id eſt retibus Rauẽna: ĩ paludibus cõdita & illic multæ ranæ. Garriãt: coaxent. Culex adriatic⁹: ad littora adriæ. Orthopygiũ: cluné. orthopygiũ .i. rectã cluné. de pygis apud Horatiũ dr̃ mulier ſine clune. Vincat: ſuperet macie. Senẽ cynicũ: uã cynici & ſordidi & ob philoſophiæ ſtudiũ macilenti. Sicut buſtuariæ: erãt anus: quæ ad deplorãdã funera cõducebãt cũ ĩ balnea ĩtrabãt extĩguebãt lucerna: uel ne uiderẽt eaꝝ dformitas & balneorũ nomini detraherẽt: uel in contemptum quaſi non eſſent dignæ lucerna.

Balneator: cuſtos & magiſter balneo&c. Buſtuarias mœchas: quæ olim mœchæ fuerãt: ſiam ex genere ad uilia ſeneſcentes munera deueniũt. Cũ ſit tibi bruma auguſto méſe .i. cũ frigeas auguſto. Exhauſti ânis nõ timét peſtilẽtiã deficiẽte calore quo peſtilẽtia in- cendit. Sẽſus é: Et ſi laborares peſtilẽtia nõ poſſes calere: nã regelare é cõtracta gelu diſ- ſoluere calore: ut apud Columellã: Regelare hortos & agrũ. Poſt ducẽtas mortes: mari torũ. Prurire quid ſi ſarrire uelit ſaxũ: ſarrire. i. aperire ut placet Varroni. eodẽ uerbo Ca tullus utitur. Senſus é ſi forte uir aliquis conſtituerit animo ſarrire ſaxũ. i. futuere teſaxeã: quis poſſet illũ appellare mari tum: aut te uxorẽ: cum Philo- melus: cui pauloante nupſeras ſenex appellauerit te auiã. Si ſathire legis dicat a ſathis qd mentulã ſignificat. Vnde ſa- thiri dicti proni in libidinem: Macrobio auctore: ut dicas qd ſi aliquis uelit ſathire. i. rigere ad ſaxum: ſed placet prior. Ex ĩgis: optas. Tuum cadauer: te mortuã. Scalpi: non dixit futui: cũ non ſit amplius muli er. A coride triclinio lectus: nuptiarum. Acoris nomẽ ſa- cerdotis eſt curantis funera: ut Corines apud Virg. Vſtores: ædificatores pyrarũ dicebant. Idem uerbũ apud Catullum.

Thedæ cũ aqua præfereban tur nouis nuptis: unde the- dæ pro nuptiis aliquando.

Fax. quaſi dicat dignaes ro- go: non nuptiis.

Vnq̃. In Neuolũ cĩædũ.

Curi grauiſſimus fuit dẽ tatus. Vetrque Cæſar. i. Ti. & Do. Rogo: nõ expectato: cũ alii tãtũ habeãt famã & no mẽ poſt cineres. Sedeo ĩ. xiiii. gradu. Occeanus: erat præſe ctus ſedentibus in theatro ut ordine ſederent. Te ſuſcitat: iubet te diſcedere. Mihi: me is precibus. Sed pædicaris: id eo prior: nam ita ĩ priore loco collocaris: ut podice excipias mentulam. locatur uerbo: nã prior ad dignitatem toto epi- grammate dictum eſt hactenꝰ nunc ioco refertur ad locum eius qui pædicatur: qui priori loco ſtat. Ceues: moues nates. Prior es: priorem lo- cum obtines.

Cum te lucerna balneator extincta
Admittat inter buſtuarias mœchas:
Cum bruma menſem ſit tibi per auguſtum.
Relegare nec te peſtilentia poſſit:
Gaudes ducentas nuptum ire poſt mortes.
Virumque demens cineribus tuis quæris
Prurire quid ſi ſarrire uelit ſaxum.
Quis coniugem? quis te uocabit uxorem?
Philomelus: auiam quam uocauit nuper?
Quod ſi cadauer exigis tuum ſcalpi.
Sternatur a coride triclinio lectus.
Thalaſſionem qui tuum dicet ſolus.
Vſtorque tedas præferat nouæ nuptæ:
Intrare in iſtum ſola fax poteſt cunnum.

In Ruffum. 93

Eſſe negas coctum leporem: poſciſque flagella:
Mauis ruffe coquum ſcĩdere quam leporem.

In Neuolum. 94

Nunquam dicis aue: ſed reddis neuole ſemper
Quod prior & curius dicere ſape ſolet.
Cur hoc expectas a me rogo neuole dicas?
Nam puto nec melior neuole: nec prior es.
Præmia laudato tribuit mihi cæſar uterque.
Natorumque dedit iura paterna trium.
Ore legor multo: notũque per oppida nomẽ
Non expectato dat mihi fama rogo.
Eſt & in hoc aliquid: uidit me roma tribunum:
Et ſedeo qua te ſuſcitat oceanus.
Quot mihi cæſareo facti ſunt munere ciues
Nec famulos totidem ſuſpicor eſſe tibi.
Sed pædicaris: ſed pulchre neuole ceues:
Iam iam tu prior es neuole: uincis aue.

Ingis. Id Gargiliũ quo ſiolebat ũideri mœchus cũ adhuc eſſet pũer mollis: & cunnilingus. pturbane miaꝫ ſe eũ irrumaturꝰ ſi deprehẽderit. Tacebis: alludit ad illud qđ dixerat garris: & ad fellationẽ: nã qui irrumãtur dicũtur fellare: & loqui nõ poteſt ore mẽtula irrumatoris obſtructo. Tacebis. i. irrumabo te: idẽ minaꝫ Priapus ĩ obſcuro carmine:

Pædicaberis irrumaberiſque.

E legat. Læſa. i. carmine ſuperiore Chione. Poteſt: nã dabat pecuniam ut ſubagitaret: ut ſupra. Fac mihi quod Chione. hæc erat illa frigida es & nigra. Pædicare potes tuo culo: adeo tuus culus ẽ macer & acutus tanquã mentula.

Raſci. In Cerdonẽ de quo ſupra cõqueſtus ẽ qꝫ dederat munus gladiatorum. Ars tua: nõ uita ẽ læſa a me: qa non dixi in uitã tuã ſed in artẽ. Licuit iugulare. i. ſi potuiſti exhibere gladiatores iugulandos ĩ theatro. Iuue. Et uerſo pollice uulgi Quẽlibet occidũt populariter.

Vrſorẽ. Deprimit honorem carminũ ſuoꝝ & ſuperioris libri: quẽ ait ſe miſiſſe per maximos imbres ad Ruffum amicum: quoniã hi omnes uerſus eſſent delẽdi. Infra: Pumice libru: Spongia muneribus conuenit illa meis. Nã carmina inducta ſolet dicere digna eſſe aquis. ante: Vis puto cũ libro marce natare tuo.

In Gargilium.

Lingis: non futuis meam puellam:
Et garris quaſi mœchus: & fututor.
Si te prendero gargili tacebis.

Ad Ruffum.

Ne legat hunc chione mãdo tibi ruffe libellum.
Carmine læſa meo eſt: lædere & ipſa poteſt.

In ſabellum

Sit culus tibi quam macer requiris:
Pædicare potes ſabelle culo.

Ad Cerdonem.

Iraſci noſtro non debes cerdo libello.
Ars tua non uita eſt carmine læſa meo:
Innocuos permitte ſales cur ludere nobis
Non liceat: licuit ſi iugulare tibi:

Ad Ruffum.

Curſorem ſexta tibi ruffe remiſimus hora
Carmina quem madidum noſtra tuliſſe reor.
Imbribus immodicis cælum nam forte ruebat
Non aliter mitti debuit iſte liber.

M. Valerii Martialis epigrammaton. iiii.

De Natali Domitiani.

Aeſaris alma dies & luce. Ad. viii. calendas nouembres natus Domitianꝰ: ẽũ diẽ celebrat Martialis hoc epigtãmate: pcaturque ut diutiſſime in terris ſit imperator.

Aeſaris alma dies & luce ſacratior illa:
Conſcia dictæum quæ tulit ida iouem:
Lõga præcor pylioque uẽi numeroſior æuo
Semp & hoc uultu uel meliore nite.

Alma dies Cæſaris: o dies natalis Cæſaris. Ida: ſilua cretæ. Tulit: Produxit ĩ lucẽ. Iouem dictæũ: quia in creta eſt educatus Iupiter. Duplex ida: cretenſis & phrygia. Numeroſior pilo æuo: id eſt perfice plures annos ætate Neſtoris. Nite hoc uultu: id eſt nite hac ſerenitate. Multus annoſus: & ampliſſimus in auro albano: aurum albanum appellat auream coronam Cæſaris: & apparatum quo utebatur in ſacris Mineruæ inſtitutis ab ipſo in albano quot annis: ubi dabat ludos ſcænicos: & oratorum & poetarum certamina. Tranquillus auctor.

Tritoñida: Palladẽ: quæ erat númẽ familiare Domitiano: ut ait Fabius. Plurima quærcus hoc dicit qm̃ ſingulis annis etiã iqnquatriis Mineruæ corona querna donabatur a Domitiano: qđ Martia. aperte oſtẽdit ad Collinũ: O cui tarpeias licuit cõtingere quærcus: & de eadẽ re infra ẽ epigrãma. Plurima quærcus. i. donet multas coronas quernas.

Hic colat ingẽti redeũtia ſæcula: ludi ſæculares cẽtenis qbuſque annis inſtaurabant. Domitianus eos celebrauit nõ ſupputata ratione tẽpoꝛa Claudio: qui paucis ante annis eos celebrauerat ſed ab Auguſto. Hic colat ſæcula. i. ſæcnlares ludos redeuntes anno cẽreſio. Luſtꝛ ẽ ſpatiũ. v. ãno rũ quo olympia ſolebãt inſtaurari. Cũ aũt cẽteſimo ãno rede ant ſæculares appellat poeta illius tẽporis ingens luſtrũ. Sacra tercẽtos: ſacra ad terẽtũ cãpi martii trigeſimo quoque anno innouabantur. alibi Martialis cũ ſexagenariã diceret ait:

Bis mea romano ſpectata eſt uita terento. Terẽtus romuleus: campi martii. Debita: qa hæc debentur terris. Improba: nimia. Pro tanto deo: Domitiano: nã deus & dominus uoluit appellari.

Hic colat albano tritonida cultus in auro:
Perque manus tantas plurima quærcus eat.
Hic colat ingenti redeuntia ſæcula luſtro.
Et quæ romuleus ſacra terentus habet.
Magna quidẽ ſuperi petimus: ſed debita terris
Pro tanto quæ ſunt improba uota deo.

De Horatio. 2

Spectabat modo ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis.
Cum plebs & minor ordo maximuſque
Sancto cum duce candidus ſederet.
Toto nix cecidit repente cælo.
Albis ſpectat horatius lacernis.

De niuibus. 3

Aſpice quam denſum tacitarum uellus aquarũ
Defluat in uultus cæſaris inque ſinus.
Indulget tamen ille ioui: nec uertice moto
Concretas pigro frigore ridet aquas.
Sidus hyperborei ſolitus laſſare bootæ
Et madidis helicem diſſimulare comis.

Pectabat. Domitianꝰ edidit nauales pugnas: quas ſpectauit inter maximos ĩbres. Cãdidis utebãtur ueſtibꝰ ĩ ſpectaculis. i. lacernis albis. quæ in ſpectaculis ſumebãtur. Solus Horatius minimus cum lacernã albam non haberet: alio habitus colore uenit in ſpectaculum: niue autem cadẽte ueſtis facta eſt alba: in quo poeta & riſum mouet: & imperatori aſſentat: cuius mores ait oẽs oportere ſeq. Spectabat: nauales pugnas. Plebs: ordo plebeius. Mĩor: equeſter. Maxĩus: ſenatoriꝰ. Cũ ſãcto duce: cũ diuo Cæſare. Cãdidus. i. cãdidis lacernis. Lacernæ cãdidæ ĩ diſtichis: Amphitheatrales nos cõmẽdamur ad uſus.

Spice. Ab eadem tempeſtate ſumitur huius epigrammatis argumẽtum. laudatur- que Cæſar qꝑ tantos imbres negligere potuerit: nam ut ſcribit Suetonius ꝑ maximos imbres ſpectauit pugnam naualem: & ne hoc uideatur factum Ioue irato: ait poeta ſe ſuſpicari filium Cæſaris: quem infantem amiſit his niuibus laſciuire cum patre. Dẽ ſum uellus: aquarum tacitarum: id eſt nimium periphraſis. Tamen: q̃uis cadat. Nix ĩ dulget Ioui: obſequitur cælo & non diſcedat. Aquas concretas pigro frigore: id eſt nĩues. Sidus hyperborei ſolitus laxare: cum a pueritia didicerit in expeditione præſertim aduerſus batauos in germania. Laxare: ferendo fatigare. Sidus hyperborei bootæ: Botes idem dicitur Arctophylax filius fuit Caliſtus: ut alii ſentiunt hic fuit Icarus qui ſumpta una a Bacho repletos utres impoſuit in plauſtrum: & inde ut putauit Iginius dictus eſt Bootes: id eſt ductor plauſtri. ſiue ille ſiue is fuerit uetuſtas tradidit relatum fuiſſe in cælum & eſſe iuxta urſam. Hyperborei: ſeptentrionalis. Diſſimulare: diſſimulando negligere. Helice: eadem dicta eſt cynoſura: & urſa minor: ea

fuit una ex nutricibus Iouis. quæ sua pietate merũit cælum. In septẽtrione aũtem est: immo ut nonnulli sentiunt hæc & ursa maior dicuntur septentriones. Helicen: id est niues helices septentriones. Pueri Cæsaris: id ẽ filii Cæsaris mortui quẽ ex Domitiano susceptum adhuc ĩfantem amisit: meminit huius Papinius cum prædicit deificationẽ Domitiano: ibit in amplexus natus fraterque paterque.

Vod siccæ. In Bassã male olentẽ. Lacunæ siccæ: nã siccata lacuna olet grauiter.

Nebulæ: sulphurei uapores.

Albularũ: albulæ erat aquæ ĩ agro tiburtino crudæ ut meminit Strabo & Pli. odore sulphureo. supra: Hic ubi sulphureis albula fumat aquis. Vet⁹ aura piscinæ marĩæ: ex aqs marinis. Bardiac⁹ euocati. Euocati erãt iuuenes ex eq̃stri ordine delecti: q manẽte usu ãnulorũ: cõstituti sũt ad custodiã cubiculi Impatori loco militũ: hi cũ excubias p̃stabant bardiaco uestẽ utebãtur: lanificio grossiore ꝑpe simili bardocucullo. hæ uestes male olebãt qm̃ ĩ his cubabãt: & ĩter sordida ministeria utebantur: nã q̃ bardiacus puer sit: nec mihi uidet cõuenire: nec unq̃ legi. Bardiac⁹ ñ puer ẽ: ut ego sentio sed sagũ ex uillis caproꝝ textũ: quo milites ĩ castris utebant: Vir. Iucanaque mẽta Cyniphii tondẽt hirci setasque comãtes: Vsũ i castroꝝ ac miseris uelãina nautis. Idẽ scribit Colũella de capro: & Iuue. de millite: Discit ab hirsuta iaculũ torquere capella. i. ex sago pilis caprorum texto: ut in Iuue. cõmentariis quos cõposuimus a nobis scriptũ ẽ. Quod Bardiacus. i. sagũ ex uillis caproꝝ olet: nam hircinũ fœtorẽ redolet. Lassi euocati: multis lassi & laborioſi. Ex hoc Lentulus lanista cognomẽ accepit: nã dict⁹ ẽ Lentulus bardiacus.. Euocati: excubantis lassi excubiis. Inquinata bis murice. i. bis tincta: male olet. Sabbatarii: iudæi dicũt q̃ sabbata colũt: Recutitaque sabbata palles: horũ halit⁹ cũ fœteat semp: ante cibũ p̃sertim grauissimi est odoris. Rei: mœsti curis agitari hẽnt malũ anhelitũ & odorẽ mala cõcoctione. Moriẽs: ex tincta. Ceroma: ungẽtũ erat ex luto & oleo. Pli. auctor: Male olebat si oleũ sabinũ: qđ plurimũ habet amurcæ adhibitum fuisset: erat autẽ palæstritarum.

Ir bonus. Cõsuluit Fabiano ne ad urbẽ accedat cũ sit bonus uir: ut etiã Sexto consuluit. Nec leno. Iuue. Nemo me ministro fur erit. Cõmẽsator: parasyt⁹. Iuue. Si potes illa pati quæ nec sarmẽt⁹ iniquas. Tristi uoce: afferẽte tristitiã. Præcones erãt in p̃cio qđ ifra ẽ: Si duri puer ĩgenii uĩ p̃conẽ iubeas uel architectũ. Corrũpere uxorẽ. i. nõ potes eẽ mœchus: Inães fũos. i. uarios titulos: & assẽtatorias appellationes: unde Alexã. auctore Spartiano fumo petire iussit q inani quadã ostẽtatione apud ip̃m magna gr̃a uideri uolebat: uulgato histicho: Fũo iã pit: q fũos uẽditabat. Circa pallatia. i. tbæ pallãtiæ

Qui siccis lassiuit aquis: & ab æthere ludit
Suspicor has pueri cæsaris esse niues.

In Bassam. 4

Quod siccæ redolet palus lacunæ
Crudarum nebulæ quod albularum
Piscinæ uetus aura quod marinæ
Quod pressa piger hircus in capella
Lassi bardaici os quod euocati
Quod bis murice uellus inquinatum
Quod ieiunia sabatariorum
Mœstorum quod anhelitus reorum
Quod spurcæ moriens lucerna lædæ
Quod ceromata fece de sabina
Quod uulpis fuga: uiperæ cubile
Malles: quam quod oles: olere bassa:

Ad Fabianum. 9

Vir bonus & paup: linguaque & pectore uerus
Quid tibi uis urbem qui fabiane petis?
Qui nec leno potes: nec commessator haberi:
Nec pauidos tristi uoce citare reos.
Nec potes uxorem cari corrumpere amici:
Nec potes algentes arrigere ad uetulas:
Vendere nec uanos circa pallatia fumos.

Casus: tibicem fuit. alibi poeta choraulem appellauit Casus choraules. hic temporibus Galbæ floruit donatus supra cœnam ab eo non parua pecunia cum placuisset auctor est Tranquillus: & copiosus Plutarchus in Galba. Glaphyrus nomen cytharœdi: & apud Iuuenalem: Accepis uxorem de qua cytharœdus Echion: Aut Galphyrus fiat pater: nam cytharœdi nunc erant in precio: quod supra ait: Veniet cũ cytharœdus erit: Vnde uiuas .i. unde acquires & comparabis uictum. Hoc nihil est: nihil proderit esse te fidum. Sic istis uirtutib⁹. Philomelus: diues ut Philomelus: qui dives fact⁹ cythara. de quo supra: Plus habuit Didius plus Philomenus habet.

Redi. In Massilianũ: qui cũ ĩprobus esset uolebat uideri castus & pudicus. Teneræ frontis. i. modestæ. In domo Setellæ puto de Argino ĩtelligi puero Stellæ formosissimo: qui amatorios domini uersus canebat. nã quod nõnulli opinant dictũ de Martiale non placet. alibi poeta de formosis Stellæ ministris scribit: & de argino in primis.

Rima. Rogat Euphemũ structoté mensæ Domitiani: ut ex suis carminibus ea quæ sunt iocosa ostendat imperatori tantũ cũ cœnauerit: que sunt seueriora ante cœnã.

Prĩa: & altera hora: id é prima & secunda salutabãt antiq amicos potentes. Tertia hora: agitabantur lites. Varios labores. i. uaria opa exerceat.

Octaua & nona exercebant palæstritæ. Frangere toros extructos: accũbere. Decima post mensas: ut meos libellos oñdas Impatori. Dapes ambrosias. i. diuinas. Laxatur. i. relaxat animũ: exhilarat. Ingẽti manu. i. diuina. Iocos. i. meos libellos ostendere Domitiano. Metire. i. caute eas. Licẽti gressu. i. casto carmine & casto gressu. Ad louẽ. i. Domitianũ. Matututinũ. i. ante cœnã. q. d. áte cœnã o musa oportet fáctiore carĩe accedas: post cœnã locus é iocis lasciuioribꝰ

Plaudere nec cano plaudere nec glaphyro.
Vnde miser uiues homo fidus certus amicus?
Hoc nihil est: nunquam sic philomelus eris.

In Masslilianum. 6

Credi uirgine castior pudica
Et frontis teneræ cupis uideri:
Cum sis improbior mamiliane
Quam qui compositos metro tibulli
In stellæ recitat domo libellos.

Ad Hilum. 7

Cur here quod dederas hodie puer hile negasti?
Durus tam subito qui modo mitis eras.
Sed iam causaris barbamque ãnosque pilosque:
O nox q̃ longa es quæ facis una senem.
Quid nos derides? here qui puer hile fuisti.
Dic nobis hodie qua ratione uir es.

Ad Euphemum. 8

Prima salutantes atque altera continet hora:
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam uarios extendit roma labores.
Sexta quies lassis: septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris:
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est eupheme meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur nectare cæsar:
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos: gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra thalia iouem

In Labullam. 9

Sotæ filia clinici labulla
Deserto sequeris clitum marito
Et donas & amas.

Otæ. Sotes erat pater Labullæ eruditus clinice medicina: de qua supra est dictũ. Labulla tanquã altera Hippia secuta est Clytum relicto coniuge.

Sotes.ſignificat parcũm.prodigam mulierem hac alluſione uerbi ridet poeta. ἐχεῖνό σοὶ σωτὴρ.i.prodiga es:nam ludit his dictionibus Sotæ filia & aſota es.

Vm.Puerum alloquitur ut ferat librum ad Fauſtinum amicum emendandum:Va de o puer Pagina characteres. Inſtructus affer:quod eſt neceſſariũ. Spongia punica:qm̃ ex africa præſtatiões ſpõgiæ mitebãt:uel pumica.i.leuitatis pũicæ & officii.

Vm.L.Antonius p̃ſes ſuperioris germaniæ monuit bellũ ciuile ĩ Domitianũ fiducia duarũ legionũ. Imperator abſés id cõfecit mira felicitate reſoluto põte rheni inundatione copiæ barbarorꝝ ad eũ trãſituræ ꝓhibitæ ſũt. Eodem die quo uictus é aqlla tanꝙ nuntia uictoriæ Domitiani ſtatuã amplexa é. Saturninũ:Suetõius auctor:Is tertiũ tribunus plebis ut Glautiã miniſtrꝝ ꝓtorẽ haberet uexata iam diu repu.

Mumiũ cõpetitorẽ curauit necãdũ ĩ cãpo martio: déique ſenatꝰ ſtatuit ut turbulẽtꝰ & ſeditioſus tribunꝰ tolleret e medio.datũ igit negociũ é Mario qui glautiã & Saturninũ ĩ capitolio obſeſſos dedit necãdos populo.ait poeta puduiſſe. L. Antonium meditari ĩ urbe ſeditiones ut Saturninꝰ fecit: & propterea iuiſſe ĩ germaniam ut illinc arma moueret.M. ité Antonius mouerat olim ciuile bellũ in Auguſtum ut poeta hoc nom̃ attuliſſe animos. .L.Antonio. Sub urſa parrhaſia: id eſt ſub ſeptentrione in germania. Vano nomine.M. Antonii:qa fruſtra mouit bellum ut tu. Saturninum: id é q̃uis eſſes animo Saturninus & moueres urbanas ſeditiões.

Tulit arma:Aguſto. Phariæ cõiugis: Cleopatræ. Exciderat animo:id é eras ne adeo oblitus. Freti:actiaci.i. maris ad actium ꝓmontoriũ in quo ſuꝑatꝰ.M.Ant.ab Aug. Ille.M.Anto.collatꝰ tibi erat Cæſar:adeo tu es ĩferior Anto.

Vllſ. Thais meretrix nulli negabat: & qđ grauius erat fellabat poeta ait ſi iſta ꝓdigalitas meretricia tibi nullũ affert pudoré:ꝙ oĩbus das: ſalté te pudeat ꝙ das fellati oñé turpe genus libidinis. Negare nihil:é fellare.hoc.n.ſignificat apđ Martialem.alibĩ: Qui nil negat hic aticina fellat ,præterea Nil mihi galla nega.alibi:At quõdã mihi galle nil negabas. Thaidé fuiſſe fellatricé illic dixit Nemo eſt:hais ſenex ad irrumandũ.

Ili.Rogat Silium ut legat uerſus ſuos. Premis:inſectaris. Periuria:id eſt perfidiam punicam. Leues.fœdifragos.

Ad Fauſtinum.

Dũ nouus eſt nec adhuc raſa mihi frõte libellus:
Pagina dum tangi non bene ſicca timet:
I puer:et caro perfer leue munus amico
Q ui meruit nugas primus habere meas.
Curre:ſed inſtructus comitetur punica librum
Spongia:muneribus conuenit illa meis.
Non poſſunt noſtros multæ fauſtine lituræ
Emendare iocos:una litura poteſt.

In An.ſaturnium.

Dum nimium uano tumefactus nomie gaudes:
Et ſaturninũ te miſer eſſe pudet:
Impia parrhaſia mouiſti bella ſub urſa:
Q ualia qui phariæ coniugis arma tulit:
Exciderat ne adeo fatum tibi nominis huius.
Obruit actiaci quod grauis ira freti.
An tibi promiſit rhenus:quod non dedit illi
Nilus:& arctois plus licuiſſet aquis:
Ille etiam noſtris antonius occidit armis
Q ui tibi collatus perfide cæſar erat.

In Thaidem

Nulli thai negas:ſed ſi te non pudet iſtud:
Hoc ſaltem pudeat thai negare nihil

Ad Silium.

Sili caſtalidum decus ſororum
Q ui periuria barbari furocis
Ingenti premis ore:perfidoſque
Eaſtus Hãnibalis:leueſque pœnos

Magnis africanis.i.ducis triúmphũm Scipiohis. Seũeritate:grauitate carminis heroi ci: in quod ſeuerus uerſaris:uel ſeueritate ſupercilio cẽſorio. Alea:ludus. Vagus liber nàm ſerui iñ ſaturnalibus omnes erant liberi & uagi. Hora.Age libertate decembri. Fritillus:ut alueolus:idé Porphirio in Horatium putat.Madidos:perfuſos:tractũ ab ebriis. Remiſſa:relaxata. Contracta:cum ducitur uultus in ſeueritatem. Paſſerem: carmen ſcriptum de paſſere amicæ Catulli.

Laudia.Laudat connubiũ
Claudiæ & Auli pudẽtis: optatque ut fauſtum ſit.

Meo pudenti:amico meo.

Macte eſto: cum alicuius factum probamus utimur hoc uerbo macte. Macta hoſtia dicitur quãdo mola é ſupra ifuſa. Cinnama:potes hoc intelligere de unguento: quod ex nardo balamino amomo fiebat. Miſcẽtur tam bene: idé tam bene cõueniunt. Theſeis fauis:inter cætera uina medicata erit uinum quod melli-tites dicebatur a melle ĩ muſto immxito: ab aliis dictũ ẽpiperatũ:nã & piper adhibebat: ab aliis cõmuni uerbo cõditũ Catone & Plinio auctore. Theſeis fauis.i.melli attico:nã mel atticũ ſliqua oĩa gloria ſupat.

Melius:aptius. Vlmi:dicuntur mariti uitium. Lothos:arbor præcipua libyæ: cuius floris ſuauitate homĩes rerum omnium obliuiſci dicuntur: unde lothopagi populi:q ea præſertim abundãt: ut Homerus Strabo Plinius ſcribũt. Myrtus:ad littora creſcit non magis ob aquam q̃ propter caloré quoniam agri littorales cæteris regionibus ſunt calidiores.

Candida concordia: cui deæ Veſpaſianus templum erexit: candida ſine perturbatione.

Aequa tã pari iugo.i.uiciſſim ament & pari ardore.

Magnis cædere cogis africanis
Paulum depoſita ſeueritate
Dum blanda uagus alea december
Incertis ſonat hinc & hinc fritillis:
Et ludit rota nequiore talo
Noſtris otia commoda camœnis:
Nec torua lege fronte:ſed remiſſa
Laſciuis madidos iocis libellos.
Sic forſan tenet auſus eſt catullus
Magno mittere paſſerem maroni. 19

De Nuptiis pudentis & claudiæ:

Claudia ruffe meo nupſit peregrina pudenti
Macte eſto tedis o hymenæe tuis.
Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo:
Maſſica theſeis tam bene uina fauis:
Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi:
Nec plus lothos aquas:littora myrtus amat.
Candida perpetuo reſide concordia lecto:
Tamque pari ſemper ſit uenus æqua iugo.
Diligat ipſa ſenem quondam:ſed & ipſa marito:
Tunc quoque cum fuerit non uideatur anus:

Ad Cecilianum.

Mille tibi nummos heſterna nocte roganti: 19
In ſex aut ſeptem ceciliane dies.
Non habeo dixi:ſed tu cauſatus amici
Aduentum:lancem paucaque uaſa rogas.
Stultus es:an ſtultum me credis amice? negaui:
Mille tibi nummos:milia qninque dabo.

In Gallum:

Priuignum non eſſe tuæ te galle nouercæ: 16

Ille: Cecilianus petierat mutuo a Martiale mille nummos. Martialis negauerat: Rurſus petiit uaſa ſex milium.

Cauſatus:cauſam afferens. Quinque milia.i.uaſa quinque miliũ quæ pluris ſunt.

Rriuignũ:Gallus habebat rem cũ nouerca uiuo patre: qđ & ſi poterat diſſimulare: q̃ diu uixit pater: tamé nunc patefecit:nam patre mortuo eam tenebat domi præter morem: quoniam poſtea q̃ erat priuignus gallus debuit diſcedere: ſed tũc cũ uelit domi manere tã q̃ nouerca & uxor patris apte dinoſcit eam nunquã fuiſſe nouercam.

Rumor erat.ſ.aiebat eſſe priuignũ:uiuo genitore:qa ipſa erat coniunx. Nuſq̃:qa mortuus eſt. Abſolui hoc iudicio:nã Cicero ĩ cauſis ita floruit:ut appellatus fuerit rex iudicio&.auctor Quintilia.hic Regulus cauſidicus fuit:De quo Pli.auctor. Deſinit eſſe: quæ adhuc nouerca:quia habebas rem ſemper cum illa.

Acere:In Lyciſcã meretricẽ fellatricẽ:eiuſdem meretricis nomẽ apud Iuuenalem:

Nomẽ mẽtita Lyciſcæ:& ſimul ĩ Paulũ irrumatorẽ.

Rumor erat.coniunx dum fuit illa patris.
Non tamen hoc poterat uiuo genitore probari:
Iam nuſquã pater eſt:galle nouerca domi ẽ.
Magnus ab infernis reuocetur tullius umbris.
Et te defendat regulus ipſe licet.
Non potes abſolui:nam quæ non deſinit eſſe:
Poſt patrem:nunquam galle nouerca fuit.

Ad Paulum. 17

Facere in lyciſcam paule me iubes uerſus:
Q uibus illa lectis rubeat & ſit irata:
O paule malus es:irrumare uis ſolus.

De Puero clacie occiſo. 18

Q ua uicina pluit dipſanis porta columnis:
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis:
In iugulum pueri:qui roſcida templa ſubibat:
Decidit hiberno prægrauis unda gelu.
Cunque peregiſſet miſeri crudelia fata:
Tabuit in calido uulnere mucro tener.
Q uid non ſæua ſibi uoluit fortuna licere:
Aut ubi mors nõ eſt:ſi iugulatis aquæ.

De Endromyde. 19

Hanc tibi ſequanice pinguem textricis alumnã.
Q uæ lacedæmonium barbara nomẽ habet.
Sordida ſed gelido non aſpernanda decembri:
Dona peregrinam mittimus endromydem.
Seu lentum ceroma teris tepidum ue trigona
Siue harpaſta manu puluerulenta rapis.

Rubeat ira excãdeſcat & irata ſit mihi. Irrumare uis ſolꝰ: & ita oſtendit alterã eſſe fellatricẽ &alterũ irrumatorem.

Va: De morte pueri iugulati ſtillicidio congellato cõqueret poeta q; & aqua ueluti & enſis iugulare didicerit.

Vnda cõgelata.i.ſtiria. Subibat:ĩgrediebat. Colũnis:uipſanis:a uipſano cõſule. Lapis lubricus:fluens. Mucro: glacies tanq̃ mucro. Tabuit:cõcaluit in ſanguine uulneris calidi.

Anc Endromides erant ueſtes hirſutæ & longiore pilo:quibus utebant ĩ gymnaſio & theatro ad munera harenæ exercenda.Iuuenalis.Endromidas tyrias & fœmineum ceroma Quis neſcitur? lã mittebantur ex Gallia ĩduſtria textorũ qui illic præſtãtiſſimi habebantur ſeruato tamen priſtino nomine:nam Endromides dicebantur græca appellatione q̃uis Gallia eas mitteret. Martialis: Endromidem mittit:nõ expreſſo nomĩe ad quẽ quãuis nonnulli putẽt eſſe Sequanicum quod potius é apellatiuum & iungitur cum textricis. Sequanicæ: id eſt galli canæ. Barbara:ueniés ex Gallia. Gelido:decẽbri nam uſus huius ueſtis erat hyemali tẽpore in gymnaſio. Ceroma: unguentum erat:ut ſupra ex oleo & ceno:quo utebantur iuuenes ad robur lacertorum eo ſe exercentes:nã non ſatis fuit petere harenam a Nilo in palæſtra: unde Patrobo liberto Neronis afferebatur: niſi ceromata excogitaſſent:quibus ut ait Plinius. Iuuentus uires corporis exercendo animi uires perdebat. Iuuenalis de hoc genere gymnaſii intelligit ut puto cum ait:Cum laſſata graui ceciderunt brachia maſſa. ſunt qui locum putent in quem ſenſum uidetur loqui Pli.Athlætas ĩquit ſuos:& ceromata imaginib? exornant:ſed ſuperior ſententia placet. Seu teris lentum ceroma.i.ſeu luctaris: nam in uicem terebant palæſtritæ luctãtes. Trigon:genus pilæ paganicæ:quæ eadẽ dicit pila trigonalis. Harpaſtũ:genus ludi erat:ut ait Suidas:ſunt qui putent eſſe genus uehiculi

cuius cursum iuuenes ad exercitationem lacertis reprimebant: meminit huius gymnasi Pli. i vii. & Sæneca i declamationib⁹ de harpasto in distichis: Hæc rapit antæi uelox i puluere draucus. sed puto esse pilâ. Follis: gen⁹ pilæ qua & iuuenes & senes piter ludebant. Augustus Cæsar ea maxime delectabat ifra: Folle decet iuuenes ludeꝛ folle senes. Plumea: ex pluma farciebat: uel ex pilis. Athas puer fuit: q uipsano cõsule a meridie ad uespeꝛ. lxxv. milia passuũ cucurrit magna omnium admiratiõe. meminit historie Pli. c miso pueri noïe. Athas autẽ nomen ueloci cursori cõuenies: nã Athæ dicunt qui uix summis pedũ uestigiis terrã cõtingunt. Iris: cælũ & serenitas.

Sindone cult⁹: sindones erãt uestes cãdidæ ex lino: quibus magi utebãtur: & erant subtilissimæ. cũ aũt cõparet sindonem endromidi: aperte discit endromidẽ quoque ex lino fuisse: sed grossioꝛẽ. supra: Quid sindone tinctus olenti.

Icit: Cærelia erat puella & dicebat se uetulã. Gellia erat anus & dicebat se puppam. Altera: Gellia quæ anus & uolebat uideri puella.

utidus: & putidulus

Putidi & putiduli dicuntur qui sibi ipsis displicẽt. hoc Ci. uno loco: Displicebã mihi. Alibi dixit: Eram putidulus. Cũ aũt quisquã sibi ipsi displicet cõtrahit frontẽ & caret omni hilaritate. Propterea ait poeta alteram mulierem cupientẽ uideri puellã adeo gestire: ut sit ridicula & non puella alteram cupientẽ uideri anũ nõ uideri solum anum: sed putidulam.

Vllos: In Celiũ impium qui cõtẽptis diis magna audacia cõmissis sceleribus diues euaserat. Dum hoc negat i. dum ita scelera exercet: ac si nulli essent dii.

Rimos: Cleopatra uxor Martialis: cũ primo thalamo fugisset in lacus: Martialis eã i secutus osculatus est reliqua

Plumea seu laxi partiris pondera follis:
Siue leuem cursu uincere quæris atham.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus:
Neue grauis subita te premat iris aqua:
Ridebis uentos hoc munere tectus & imbres:
Nec sic in tyria sindone tutus eris.

De Cærelia & gellia. 20

Dicit se uetulam: cum sit cærelia puppa:
Puppam se dicit gellia: cum sit anus.
Ferre nec hanc potes: potes coline nec illam:
Altera ridicula est: altera putidula.

De Celio. 21

Nullos esse deos inane cælum
Affirmat celius: probatque quod se:
Factum dum negat. hoc uidet beatum.

De Cleopatra uxore. 22

Primos passa toros & adhuc placanda marito:
Merserat in nitidos se cleopatra lacus.
Dum fugit amplexus: sed prodidit unda latentẽ
Lucebat totis cum tegeretur aquis.
Condita sic puro numerantur lilia uitro:
Sic prohibet tenues gemma latere rosas.
Insilui: mersusque uadis luctantia carpsi.
Basia: perspicuæ plus uetuistis aquæ.

Ad Thaliam. 23

Dum tu lenta nimis: diuque quæris:
Quis primus tibi: qui uesit secundus.
Gratum quis ue epigramma comparabit
Palmam callimachus thalia de se
Facundo dedit ipse brutiano

aquis prohibentibus. Placanda: quia nondum mansuefacta. Gemma: quia in gemma rosæ inspiciuntur. Potes etiam intelligere de pictura qua ita Cleopatram latentem sub aquis expressam fuisse dicit: ut ipse tanq̃ in ueram insiluerit.

Vm: Lustricus Brutianus græce eruditꝰ iã cũ Callimacho elegiaꝝ scriptore editis uersib⁹ græcis certabat. Increpat musã Mart. q̃ dũ cessat iã Lustricus brutianꝰ græco carmĩe superauit Callimachum: hortaturque ut exeat: & cũ Brutianus latine scribere cœpit: ipm faciat illi secũdũ laude poematis. Dedit palmã de se. i. cessit Brutiáo. Brutiã

memit Pli.i epistolis. Lepoř cecropio satůr: uersu græco. Luserit sá.idé é iocos latios.

Emula: laudat loca quædã Venetiæ: ubi se dõiciliũ fixurũ senectuti ait: si quando poterit uidicař sei libertaté. Altinũ: oppidũ Venetiæ. Phaetõthei: ad padũ. Euganeos lacus: a mœnitaté siluæ laudati qua dicit ueriſimile fuisse dryadé quæ nunq̃ nubere solet ductã fuisse in uxoré a Fauno deo siluaꝝ: q̃ cũ ait præcipuã loci amœnitaté ostendit. Antenoreo: in silua patauina. Ad lacus: nã.xxiii. lacus illic olim recensebãtur: Aquileia: urbs extra Venetiam.

Lædæo timauo: q̃ ait cillarũ illic bibisse extra historiã é: nã Cillarus relict⁹ est in laconia a Castore quando nauigauit cũ argõautis. Papini. í The. Tua furto, plapsa, ppago Cillare: cũ scythici diuersus ad hostia põti Castor amiclæas réo muta uit habenas. sed cursũ argõautaꝝ oñdit: cũ quibus erat Castor: nã argonautæ duxerũt nauẽ p saũ. histrũ: nauportũ: & ignoto quodã amne í adriatico cũ iuxta tergeste. diligẽtiores auctores tradidere húeris delatã fuisse p hæc loca: q̃uis Cornelius nepos scribat histꝝ cõfluere ad hostiũ padi mari iter iecto: q̃ uerius q̃ fluminis undis mitescit. elegãter igit eum cursum designat cũ ait cillarũ equũ Pollucis q̃ una cũ fratre iter argonautas erat illic bibisse. Septenas aquas: propter septẽ hostia Timaui.

Vod: In Posthumũ amicũ qui factus diues deseruerat Martialé: & aut nihil aut paꝝ dabat: cũ tamẽ uellet coli assidue. Quod non uidi .i. q̃ nõ salutaui te mane.

Aepe: ad Cæsarem. Negat: laudandos esse libellos. Non sola uoce: id est nõ sola uoce laudasti me: sed dedisti etiam ius trium natorum: fecisti etiam me tribunũ Prætorem. Magis ut doleat: id é quéadmõm legisti libellos meos illo inuito tãto magis ut inuidus doleret. Ita da tanto magis ut rumpatur.

Onasti: In Cloem mereticé: quæ donabat uestes Luperco nomine proprio. Luperci autẽ nomíe cõmuni agebant ludos nudi. Vir. Nudosque lupercos. ad quod alludens monet Martialis ne tantum donet suo Luperco: nam si perrexeris inquit donare: ludus lupercus te nudam reddet: Tenero iuueni: qui subagitat te. Hispanas: bæticas: quia inde optimæ lanæ afferebantur.

Qui si cecropio fatur lepore
Romanæ sale luserit mineruæ:
Illi me facias precor secundum.

De Diaulo medico.

Nuper erat nunc est uespillo diaulus:
Quod uespillo facit: fecerat & medicus.

De Littoribus altini.

Aemula baianis altini littora uillis:
Et phaetonthei conscia silua rogi:
Quaque antenoreo dryadũ pulcherrima faũo:
Nupsit ad euganeos solla puella lacus.
Et tu lædæo fœlix aquileia timauo:
Hic ubi septenas cyllarus hausit aquas.
Vos eritis nostræ portus requiesque senectæ:
Si iuris fuerint otia nostra sui.

Ad Posthumum.

Quod te mane domi toto non uidimus anno:
Vis dicam: quantum posthume perdiderim.
Tricenos puto bis uicenos ter puto nummos:
Ignoſces togulã posthume pluris emo.

Ad Augustum.

Sæpe meos laudare soles auguste libellos:
Inuidus ecce negat. non minus ergo soles.
Quid quod honorato non sola uoce dedisti:
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros contorsit liuidus ungues:
Da cæsar tanto tu magis ut doleat.

Ad Cloen.

Donasti tenero Cloe luperco
Hyspanas tyriasque coccinasque

Indos ſardonicas ſcytas ſmaragdos:
Et lotam tepido togam galeſo:
Et centum numeros nouæ monetæ:
Et quicquid petit uſque & uſq; donas.
Væ glabraria uæ tibi miſſella:
Nudam te ſtatuet tuus lupercus.

Ad Pudentem.

Obſtat care pudens noſtris ſua turba libellis:
Lectoremque frequens laſſat & implet opus.
Rara iuuant:primis ſic maior gratia pomis:
Hybernæ pretium ſic meruere roſæ.
Sic ſpoliatricem cõmendat faſtus amicam:
Ianua nec iuuenem ſemper aperta tenet.
Sæpius in libro memoratur perſius uno:
Quam leuis in tota marſus amazonide.
Tu quoque d̃ noſtris releges quæcũque libellis:
Eſſe puta ſolum.ſic tibi pluris erit.

Ad Piſcatorem.

Baiano procul a lacu monemus:
Piſcator fuge:ne nocens recedas:
Sacris piſcibus hæ natantur undæ.
Qui norunt dominum manumque lambunt:
Illam:qua nihil eſt in orbe maius.
Quid quod nomen habent & ad magiſtri
Vocem quiſque ſui uenit citatus.
Hoc quondam libys impius profundo:
Dum prædam calamo tremente ducit.
Raptis luminibus repente cæcus.
Captum non potuit uidere piſcem.
Et nunc ſacrilegos peroſus hamos:
Baianos ſedet ad lacus rogator:

Caleſo: cahuſinã togam. Indos ſardonycas:nã ex India,mittebãt præciptui:ut Plinius ſcribit. Smaragdus:in precio olim fuit. Nero pugnas gladiatorum ſmaragdo ſpectare ſolebat.Cũ auté duodecim genera ſmaragdi ſint: nobiliſſimi ſunt ſcythici : quia nullis maior eſt auſteritas nec minus uitii. Dominos flauios:nã flauii erant nũmi a flauiis imperatorib⁹ ſignati:hocé Veſpaſiano Tito & Domitiano. Glabraria:glabriones dicunt q ſũt ſine pilis:& glabrarias oues appellat Varro in re agraria carentes lana.Cloe glabraria erat:quia expilata erat. Feſtus idem & Plinius.

Bſtat:Ait poeta ſe quidé cupere ſcribere: quod ét dixit ſuperius:Edita ne breuibus: ſed nihil aliud offendere gratiam carminũ ſuoꝝ: q̃ copiã:nã quo rarior res eſt:eo ſolet eſſe carior:ſed tamé ſe propterea nolle deſiſtere:cũ ĩ hac copia unum poſſit eſſe remedium:ut.ſ.lector.quécũque libellum perlegerit eũ ſolum eſſe putet. ſcribit auté ad Aulum Pudentem amiciſſimũ. Turba ſua:multitudo. Noſtris libellis obſtat:id é nocet gratiæ noſtoꝝ carminũ. Opus frequens.i.frequentia epigrammata. Rara iuuant: & exéplo oſtendit. Hyemali tempore: & ex ægypto & poſtea ex agro romano roſæ in urbem mittebantur. Erant præterea roſæ quæ dicebant hybernæ fictæ bracteis.i.foliis auri & argéti. alibi diximus. Sic:raritate.

Commendat: gratioré facit.

Non ſemper aperta .i. clauſa aliquãdo. Numerat:ĩter poetas. Marſus: Domitius: cui⁹ ille uerſus extat in Orbilium ſæuum uerberatoré puerorũ De quo etiã Iuue.Si quos orbilius ferula ſcuticaque cecidit.hic ſcripſit bellũ Herculis ĩamazões: qđ amazonidé ĩſcripſit :idé đſcripſit Homerus ut tradit Plutar. Sic:hoc pacto.

Aiano: Ex hiſtoria : nã in piſcinis Cæſaris Domitiani auctore Pli. piſces uocati ad nomẽ uenire ſolebant.Quo argumento docet idé auctor piſces habere auditũ: ſed p̃cipuum mugilem ſalpã cromĩ lupum. A lacu baiano: a piſcina Cæſaris:quæ erat baiis. Nocés:damnatus. Sacris:quia ſunt Domitiani dei. Dñm: .Domitianũ. Magiſtri:cuſtodis. Libis impius:qa uiolauit ſacros piſces. Calamo : cannahamo. Rogator:médicus. Ad lacus baianos:iuxta piſcinam.

Gibis ſimplicibūs: nō doloſis ſine hamo. Dedicatos: Cæſari Domitiano deo dicatos: nā deus dicebatur.

Vod Hippodamus rogabat Martialē ut aliquid ſcriberet & de ſe: Eū deridet quod habeat nomē rebelle muſis & nō cōueniens carminib⁹. Hiſdē ferme uerbis utitur ī Carinū: cuius nomē dicit eſſe muſis rebelle. Auerſum frōte ſororū: a muſis. Dura mater: ruſticana. Quod nomē nullo genere carminis dici poſſet. Pia Caliope: an propter filiū Orpheū ī quo lugēdo pietatis nomen meruit: an quod meliorib⁹ numeris præeſt: prior ſententia placet. Belle: cōcinne uenuſte.

At tu dum potes innocens recede:
Iactis implicibus cibis in undas.
Et piſces uenerare dedicatos.

Ad Hippodamum. 30

Quod cupis in noſtris dicique legique libellis:
Et nonnullus honos creditur eſſe tibi.
Ne ualeam ſi non res eſt gratiſſima nobis:
Et uolo te chartis inſeruiſſe meis:
Sed tu nomen habes auerſum fronte ſororum:
Impoſitum mater quod tibi dura dedit.
Quod nec melpomene qđ nec polymnia poſſit:
Nec pia cum phœbo dicere calliope..
Ergo aliquod gratum muſis tibi nomen adopta:
Non ſemper belle dicitur hippodamus.

De Ape electro incluſa. 31

Et latet & lucet phaethontide condita gutta:
Vt uideatur apis nectare clauſa ſuo.
Dignum tantorum precium tulit illa laborum:
Credibile eſt ipſam ſic uoluiſſe mori.

Ad Soſibianum. 32

Plena laboratis habeas cum ſcrinia libris:
Emittis quare Soſibiane nihil.
Edent hæredes inquis mea carmina.quando:
Tempus erat iam te ſoſibiane legi.

Ad Attalum. 33

Sordida cum tibi ſit: uerum tamen attale dicit:
Quiſquis te neuiam dicit habere togā.

De pugna dammarum. 34

Frontibus aduerſis molles concurrere dammas:
Vidimus & fato ſorte iacere pari.
Spectauere canes prædam ſtupuitque ſupbus:
Venator cultro nil ſupereſſe ſuo.

Tlatet: In electro nōnū-
q uiſebant formicæ: cul
ces: lacertæ: quæ recēti adhæ-
rentes ab indureſcēti claudebā
tur: quo argumento nonnulli
utunt ad oſtēdendum electrū
aliquādo fieri liquidū. nūc lau
dat a Martiale apis incluſa.

Gutta phaethontide. i. ſucci
no & electro quod naſcit ex la-
chrymis ſororū phaethōtidis:
Nectare ſuo: melle. Tulit ptiū
mortis laborum tantorum in
melle faciendo.

Lena: Ad Soſibianū. So-
ſibianus uolebat uideri
poeta multis libris compoſitis
cum nullos ederet: dicebat aūt
ſe expectare: ut hæredes ede-
rent: ipſo mortuo. At inquit
poeta poſtea q̄ libros habes per
fectos: tempus eſt te legi: id eſt
morere ut libri emittantur: &
oportebat te iā mortuū eſſe ut
legereris. Argute cū aliud dice
re uideat hoc ſignificat.

Rontibus: Dammæ in
ſpectaculis Domitiāi cū ī
ſiluis ſint fugaces: inter ſe con
currentes: ceciderunt quod ni
mirum uideatur Martialis aut
factum numine Domitiāi cui
cum tauri inter ſe pugnātes & uiri præſtent ſpectatula: Ipſe quoq; ſuum præſtare uolue
runt: inde ait alio epigrāmate: Vis dammis Cæſar parcere mitte canes: ſcilicet ut intelli-
gant tibi non placere: ut pugnent quaſi diceret in tuam pugnauerunt gratiam. Mol
les: olim imbelles. Canes: qui erant in theatro. Venator: qui uenerat in theatrum.
Nihil: reſtare uenabulo in quod ſæuiret.

Tauri ſic pugnãt.i.ſic cecidерũt in gratiam tuã inter ſe pugnantes. Sic uiri:& ſic ipſæ dammæ uoluerũt.

Entum:Apher ut nihil daret Martiali: quotiens occurrebat ei.numerabat debito res:& futuros reditus.Iam ait non potes euadere quin des aliquid:nã cũ nõ dederis hactenus ob liberalitatẽ tuam:nunc ſaltem debes dare ĩ præmiũ moleſtiæ qua me afficis quotidie enumerãs tuos debitorſ. Solidũ.i.integre. Ter ducẽta.lx.numeres aliquid.i.des & ſoluas.

Rgẽtĩ:Cãrinus multa pocula habebat & uarie ſculpta hiſque gloriabat. Argentum purum dicit argentũ illaboratũ:& argentũ purum quod ad mullos ſpurcos uſus adhibet:ut Põpeius ſcribit. Carinus erat cunnilingus: cũ ergo potaret his poculis nõ poterãt uideri pura.quia os fetidũ erat:ſed iocãs Martialis ambiguitate uerbi:ait eũ nõ habere argẽtũ purũ: quũ Carinus ĩtelligat.i. illaboratũ:Martialiſ fallit & intelligit eũ nõ habere ea pocula pura:quia cũ ſit cunnilingus:nõ poſſet niſi ſpurce illis uti. Graniana: pocula ab auctoribus & magiſtris officinarum nomina ſumebãt: inde alia clodiana :alia firmana: alia graniana a granio ſculptore.

ℓ Linunt auro:hoc ẽ illud genus poculoꝝ de quo Plinius iã figuras in poculis circũlini auro quærimus. Aurũ:calaicũ ſubtile erat:huic uſui accomodatũ. Anaglypta :pocula exciſa in aſperitatẽ dicunt nã anaglypho ſignificat ſculpo. Purũ: qa nullũ purũ hĩe potes:cũ ſis cũnilĩgus:nã oĩa ſpurca reddis ore:& uſu.Fuiſſe Carinũ cũnilĩgũ ante ĩdicauit eo uerſu:Cũ nũ lĩgit Carinuſ:& tamẽ pallet.

Tria:Poſthumus uetus Martialis amicus nã una uixerãt trigĩta ãnis: nũc factus diues nihil dabat. Conquerit poeta quod exacta iã ætate aliũ dñm quærere nõ poſſit:& Poſthumus nihil mittat. Totoſtemate:cũ oĩbus imaginibus quæ ĩ atriis ſeruabant. Ter numerãda.hoc propter duos Senecas dicit:& unũ lucanũ:nã tres ex ea domo docti fuerunt.

Ter numeranda.i.trium uirorum laude illuſtrata.Alibi: Duos Senecas unicunque

Vnde leues animi tanto ẽ aluere furore?
Sic pugnant tauri:ſic cecidere uiri.

Ad Olum. 39

Cana eſt barba tibi:nigra eſt coma: tĩgere barbã
Non potes:hæc cauſa eſt:ſed potes ole comã.

Ad Afrum. 36

Centum coranus & ducenta mancinus:
Trecenta debet titus:hoc bis albinus.
Decies ſabellus:alterumque ſeranus.
Ex inſulis fundiſque tricies ſolidum:
Ex pecore redeunt ter ducenta parmenſi.
Totis diebus afer hoc mihi narras.
Et teneo melius iſta q̃ meum nomen.
Numeres oportet aliquid:ut pati poſſim:
Quottidianam refice nauſeam nummis
Audire gratis afer iſta non poſſum.

Ad gallam. 37

Galla nega ſatiatur amor:niſi gaudia torquent:
Sed noli nimium galla negare diu.

Ad Carinum. 38

Argenti genus omne comparaſti:
Et ſolus ueteres myronis artes:
Solus praxitelis manus:ſcopæque:
Solus phidiaci toreuma cæli:
Solus mentoreos habes labores.
Nec deſunt tibi uera glautiana:
Nec quæ callaico linuntur auro.
Nec menſis anaglypta de paternis:
Argentum tamen inter omne miror:
Quare non habes Carine purum.

Ad Poſthumum. 39

Atria piſonum ſtabant cum ſtemmate toto:
Et docti ſenecæ ter numeranda domus.

lucanum facunda loq̃uitur corduba. Regnis domini: nam poeta regem dominũ sæpe numero appellat. Consul: nõ aliter te colebã: q̃ fuisses cõsul. Terdenas brumas i. xxx. annos. Perdere: adimere aliquid tibi. Largus opum: affluẽs opibus. Imposuit mihi i. decepit me quia non dat & ita decepit cũ sperauerim daturũ: sed poeta fallit & intelligit q̃ Posthumus factus erat diues cũ nũq̃ esse deberet ita decepit me: uel imposuit tibi fortuna quod eũ diuitẽ fecisti & diuitiis nõ bene utitẽ huiusmodi hominem fallacem & decepisse deos: uel fortunã dicunt. alibi ĩ ius: O fallax atq̃ inficiator eamus: cũ de homine diuite & auare uiuẽte loqueretur.

Prætulimus tanris solum te posthume regnis:
Pauper eras & eques: sed mihi consul eras.
Tecum ter denas numeraui posthume brumas:
Communis nobis lectus & unus erat.
Iam donare potes: iam perdeꝛ plenus honorum:
Largus opum expecto posthume quid facias.
Nil facis. & serum est alium mihi quærere regẽ
Hoc fortuna placet: posthumus imposuit.

In Male recitantem. 40

Quid recitaturus circundas uellera collo:
Conueniunt nostris auribus illa magis.

Ad Flaccum. 41

Si quis forte mihi posset præstare roganti.
Audi: quem puerum flacce locare uelim:
Niliacis primum puer hic nascatur in oris.
Nequitiam tellus scit dare nulla magis.
Sit niue candidior: nanque in mareotide fusca:
Pulchrior est quanto rarior iste color.
Lumina syderibus certent: mollesque flagellent:
Colla comæ: tortas non amo flacce comas.
Frõs breuis: atq̃ modus breuiter sit naribus ũcis
Pestanis rubeant æmula labra rosis.
Sæpe & nolentem cogat: nolitque uolentem:
Liberior domino sæpe sit ille suo.
Et timeat pueros. excludat sæpe puellas:
Vir reliquis: uni sit puer ille mihi.
Iam scio nec fallis: nã me quoque iudice uerũ est
Talis erat dices noster amazonicus.

In Coracinum: 42

Non dixit Coracine te cinædum

On dixi: locatur in Coracinum: q̃uem cum mollem ille dixisset iratus est: quasi eũ appellasse cinædum iurat Mart. ie eum non appellasse cinædum: sed dixisse id qđ parum est & quod ipse nõ negabit: hoc est cunnilingum.

Vid: Sensus acutus est: & apert⁹ in malũ recitatorẽ & raucũ. Auribus nr̃is: ne audiãt te male recitãtem. Vellera: pro uellerã intelligit focale nã recitaturi ne clamor̃ obstrepentiũ terrerent̃ adhibebãt auribus genus ligaminis quod focale appellarũt. Fabius: Quinti. Focalia & ligamina auriũ sola excusare potest ualitudo: hæc ait cũ de recitaturis scriberet. hoc uerbo usus ẽ Horatius i sermonibus: & poeta in distichis: Si recitaturus dedero tibi forte libellũ. Hoc focale tuas asserat auriculas. Nostris auribus: ne quid de te audiamus. Focale a faucibus: q̃bus hæret dicitur.

I q̃is: Ad Flaccũ de electione pueri: qué uelit in oris niliatis ægypti. Nequitias: blãdicias: lasciuiores. Molles comæ. i. demissæ. Tortas: Crispas. Aemula: certantia. Pæstũ: oppdum ĩ lucania ubi rosæ bis ĩ anno proueniebant Cæteris sit uir. i. cæteris neget. Mihi uni puer. i. det mihi. Amazonicus: puer Flácci talis erat: fictũ nomen uel propter Hippolytũ filium amazonis pulcherrimũ: uel ab α̃μα. i. simul: & ζεω. i. uiuo. i. puer uitæ comes.

Pontiæ lagænam: Pontia uenefica erat. Infra de dapibus ab ea miſſis: Has ego non mittam Pontia: ſed nec edam. lagæna nonnunq; ueneficio miniſteriu præſtabat. Infra de eo q̃ necauerat uxorem ueneno: Diceris hac celebs factus tamẽ eſſe lagena. Iuro per lagenam Pontiæ. i per Pontiã uenefícã: Nã per res contrarias ſolemus aliquãdo iurare. Iuro per calicẽ Metylli: idem iuſiurandũ: ut de Pontia: nã Metyllus ueneficus. Syrios rumores in ſyria auctore Luciano colebat dea: cuius ſacerdotes in ſacrificiis inter ſe digladiabantur: quẽadmodũ coribãtes ĩ ſacris magnæ deæ. Ipſe ſentit fuiſſe iunonẽ q̃ ita illic colebat: extat eius oratio: quæ inſcribitur de dea ſyria. Dea itẽ ſyria Romæ colebatur: ut memi-nit Tranquillus in Nerone. uel per ſyrios rumores: id eſt per ſacra Iſidis ſyriæ: quæ Romæ collebat: nam per hæc duo numina grauiſſime iurabant p Cybelem & Iſidẽ. alibi: Non p myſtica ſacra dĩdienes: Nec p niliacæ bouẽ iuuẽcæ. i. Iſidis: ubi ita cõiunxit Cybelẽ & Iſidẽ ut hoc loco. Tumores dixit qm̃ epitheton ſyroꝝ alibi ſyros tumẽtes appellauit: & alibi: Agrippæ tumid⁹ negociator iurat. Itẽ per Iſidẽ apud Iuue. nã ſiſtro ferire putabat. hæc unica ſententia mihi placet: in qua ſcio multos deliraſſe. Furores berecinthios: id ẽ cybelleos: nam in ſacris deæ ſacerdotes furebant.

Ic eſt: Puto hoc epigrãma factũ in gratiã Titi Veſpaſiani: nam auctore Trãquillo ĩperante Tito inter triſtia quæ acciderũt hæc ſunt cõflagratio ueſuui montis in Cãpania: & ĩcendiũ in urbe triduo: & totidẽ noctibus. Martialis igitur deplorat conflagrationẽ montis: ut ſeruiat ĩperatoris affectui. Veſeuius mons ĩ campania emittebat incendia ſuperioribus temporibus: ut Strabo ſcribit. & quid mirũ videat: erat uitib⁹ conſitus: poeta appellauit ueſuiũ a cõflagratione: nã ueſuia dicuntur fauillæ. Silius: Sic ubi uicæca tandem deuictus ad aſtra Euomuit paſtus per ſæcula ueſuius ignes. Lacus: torcularia. Satyri: comites Bacchi. Sedes Veneris: quia illic tẽplum Veneris: & tẽplum Herculis erat: qui interfecerat gigantes. Cuncta: omnium ornamẽta huius montis. Merſa triſti fauilla: nam fauillæ poſt incendiũ diu fuerant.

Non ſum tam temerarius: nec audax:
Nec mendacia qui loquar libenter.
Si dixi coracine te cynædum.
Iratam mihi pontiæ latronam:
Iratum calicem mihi metelli.
Iuro per ſyrios tibi rumores.
Iuro per berecinthios furores:
Quod dixi tamen hoc leue & puſillum eſt.
Quod notum eſt. quod & ipſe non negabis.
Dixi te coracine cunnilingum.

De Veſbio monte. 43

Hic ẽ pampineis uiridis modo ueſbius umbris:
Preſſerat hic madidos nobilis una lacus.
Hæc iuga quã nyſæ colles plus baccus amauit:
Hoc nuper ſatyri monte dedere choros.
Hæc ueneris ſedes lacedæmone gratior illi:
Hic locus herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flammis: & triſti merſa fauilla:
Nec ſuperi uellent hoc licuiſſe ſibi.

Ad Phœbum. 44

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra
Phœbe palatinus munera parthenius.
Vt qui prima nouo ſignat quinquẽnia luſtro:

Aec tibi: Parthenius cubicullarius Domitiani filium habebat Burrum: cuius natalem celebrat qui tum iam annũ nati. Marti. adhibet preces hoc epigrammate in gratiam Parthenii. Alibi poeta cum rogat Parthenium: ſic Burrus cito ſẽtiat parentem.

Palatinus: præfectus cubiculo Domitiani. Acerra: uaſe turis acerra uas erat ubi põebatur tus: & ubi reponebãtur reliquiæ ſacrorum. Nouo luſtro: id eſt prĩo. Signat: numerabantur ſæcula apud romanos a conſulibus: ut Marcello cõſule apud græcos ab olympicis ludis: qui qnto quoque ãno celebrabant ut dicent prima olympiade: ſecunda olym

piade. Latini dixerũt luſtꝛe. poeta in gratiã Parthenii ꝙuaſi optet lõgiorem uitã puero ſcipit numerare annos nõ a cõſulibus q̃ ſingulis annis creabant: ſed ab olympiade: q̃ nũc puer abſoluebat quintũ annũ: & amplius é ſpatiũ olympiadis q̃ cõſulis. Ratum: uocabulum ſacerdotale eſt in ſacris: nam rata dicebantur quæ dii probabant. Vxor Daphne: ita codex antiquus habet. Soror: diana. Certa uirginitate: flore iuuentutis. i. ſic ſemper iuuenis. Bromio: Baccho: nam certabant pulchritudine comarum.

Impleat innumeras ſurrus olympiadas.
Fac rata uota patris: ſic te tua diligat uxor:
Gaudeat & certa uirginitate ſoror.
Perpetuo ſic flore mices: ſic deniqne non ſint:
Tam longæ bromio q̃ tibi phœbe comæ:

De Sabello.

Saturnalia diuitem ſabellum.
Fecerunt. merito tumet ſabellus:
Nec quenquam putat eſſe prædicatque:
Inter cauſidicos beatiorem.
Hos faſtus animoſque dat ſabello:
Farris ſemodius fabæque freſſæ.
Et thuris piperiſque tres ſelibræ.
Et lucanica uentre cum faliſco.
Et nigri ſyra defruti lagœna:
Ft ficus libycæ gelata teſta.
Cum bulbis cocleiſque caſeoque:
Piceno quoque uenit a cliente.
Parce ciſtula non capax oliuæ.
Et craſſo figuli polita ceno.
Septennaria ſintheſis ſagunti.
Hiſpanæ luteum rotæ toreuma
Et lato uariata mappa clauo.

Aturnalia: Sabellũ deridet & reliquos patronos quoꝛ merces exigua erat Rome: niſi diuites eẽnt. nã plebs fulgoré diuitiarũ ĩ patrono ſequebaꝫ poti⁹ q̃ doctrinã. Iuue. idem: Quod uocis precſũ: ſiccus petaſſunculus & uas: Pelamidũ: aut ueteres afrorum epimẽida bulbi Aut uini tyberi đ uecti qnque lagœnæ. Saturnalia. i. dona miſſa ĩ ſaturnalibus. ab amicis & cliẽtibus munera mittebãtur. Beatiorem: ditioré. Semodius: dimidius modius. Tres ſelibræ: una cũ dimidia libra. Lucanica: dr̃ qa ĩ Lucania p̃mũ ĩuẽta a militib⁹. Var. Véter faliſc⁹: qa ĩ faliſcis inuentus ut Varro. Syra lagena defruti: duo genera erãt uini cocti: qm̃ muſtũ coquebaꝫ ad tertiã p̃tem dicebatur epſema: a latinis ſappa: alio uerbo ſyreum': Quando 'excoquebatur ad dimidiã p̃té dicebaꝫ de frutũ. Marti. utriuſque fecit mẽtionẽ cũ ait Lagœna ſyra: & ſyrei: & đfruti hoc magis placet q̃ ſi dicas lagœnam ſyram. i. uitri: quod in ſyria ſit ĩuentũ.

Ficus libycæ: antiqui excogitarũt paruas arbores poſt autũnũ ſimo cõtegere una cum ficis quæ in eis deprehenſæ hyeme non potuerãt peruenire ad maturitatẽ eas detectas miteſcente cælo remittebant in lucem & ſolem: ita ficus matureſcebat ante alias illius anni: & hæ appellabantur ficus hybernæ ipſo etiã tactu frigidiſſimæ. Plinius auctor eſt propterea appellauit poeta teſtam gallatam. Cato primus appellauit hanc ficum africanã: unde ait Mart. ficus libycæ. nõ enim alia ficus potuiſſe mitti in ſaturnalibus cum nulla matureſceret. de coctano ficu non poteſt hoc loco ĩtelligi. Bulbi: hi bulbi dicebantur epimenida. ut Iuue. Et ueteres afrorum epimenida bulbi. Piceno: cado: epiceno olim optimæ oliuæ mittebantur ſecundis menſis: auctor. Pli. Syntheſis: ueſtis erat ſaturnalitia: & ſyntheſis uas dicebatur uilioris materiei: quod multa interpellarent: quẽ admodũ dicimus uas & materiam uenatã: quia uenæ intercedant & interpellent. Syntheſis aũt dicta: quia non pura ſit materia ſed cõpoſita & ĩmixta: quemadmodũ pura uaſa cryſtallina dixere cõtrario uerbo a ſyntheta. Pli. auctorẽ. Sagũt⁹: terram: habebat aptam uaſis ut ſamos. Septenaria: capax ſeptũcis. Rotæ hiſpanæ. i. rotæ ſaguntinæ. Mappa. i. gauſape. Gauſape ãt utebãt milites ĩ lectis: poſtea ueſtes toga: lati claui cœpit texi ĩ modũ gauſape. Inde ĩ diſtichis é penula gauſapina: unde fit ut ĩtelligã hoc loco genus

ueſtis potius q̄ figuram lati clauꝰ in capite mantilis.

Ncauſtus: Encauſtice é genus picturæ q̄ adiumẽto ignis fiebat ut ĩ cæra & in ebore: unde nomẽ accepit: nã encauſtice ſignificat iuſtricem: qa cõburit. Phaethon hoc genere picture núc erat ĩ tabella: ait poeta pictorẽ inique facere: qui cũ ſemel fuerit combuſtus Phatheon itex eũ comburat. En cauſtiee. i. ignitis inſtris eũ pingẽdo. Dipyron bis cõbuſtũ & dipirume p̄terea erat inſtrm quo pictores utebant: ut ſcrib. Pli. Encauſtus encauſtice pictus.

Eſcis: Flacc⁹ appellabat carmina Mart. luſus & iocos ait ſe ſcribere mores hominũ ideirco non poſſit appellari iocus. Ludit: fabuloſe ſcribit.

Sæui thereos i. q̄ ſcirbit tragœdiã d̄ Thereo. Veſſica: tũor qa tantũ ĩ uita quotidiana uerſatur. Sirma: erat gen⁹ ueſtis quæ ĩ grauioribus poematis recitãdis trahebat ad hiſtrionibus. Sirma p̄terea locus: qui Pauſania auctore Sirma antigone dicebat. luue. Sirma uel antigones. Legũt iſta: quoniam ad uitã quotidianã ptinẽt.

Vid: Thais fellabat: & appellabat eũ ſenem: quaſi uellet ĩuere eũ nõ poſſe futuere inquit Marti. nemo ſenex ad irrumãdũ: iccirco potero p̄ ſtare q̄ uis hoc é potero te fellatricẽ irrũare: nã q̄ nõ arrigũt irrũare poſſũt. alibi in non arrigentẽ: Summa pete. i. os.

Vm tibi Ceciliãus cũ pauper eẽt ſplẽdide uiuebat: adeo ut ét hexaphoro nõnunq̄ ueheret: factus dines ĩ tãtã auaritiã redactus é: ut hexaphoro ãplius nõ ueheretur: ſed iret pedes: Mart: hoc cauillãdo derideꝰ: & optat: ut pro tãta laude fragilitatis dii reddãt hexaphorũ Cecilião. hoc é ĩ p̄ſtinã paup tatẽ relabat: cũ ueheret hexaphoro. Ingẽti hexaphoro. i. ſexta ceruice: ut ait luuc. hexaphoro uehiculũ: qd̄ portabatur ſex ſeruis meritis & laudib⁹: irõice cauillat in eũ ac ſi id faceret in laudẽ fragilitatis. Sellã. i. hexaphox. i. priſtinã conditionẽ cũ hexaphoro geſtaretur.

Eſtari: Edilus turpi queſtu lucrabatur: nam fuerat cinædus ut ſupra cum dicit

Saturnalia fructuoſiora
Annis non habuit decem ſabellus:

De Phaethonte 46

Encauſtus phaeton tabula tibi pictus in hac eſt:
Quid tibi uis dipyron qui phaethonta facis?

In Papilium. 47

Præcidi gaudes: præciſus papile ploras.
Cur quæ uis fieri papile: facta doles?
Pœnitet obſcenæ pruriginis? an magis illud
Fles: quod præcidi papile deſieris.

Ad Flaccum. 48

Neſcis: crede mihi: quid ſint epigrãmara flacce:
Qui tantum luſus illa: iocoſque putas.
Ille magis ludit qui ſcribit prandia læui:
Thereos. aut cœnam crude thyeſte tuam:
Aut puero liquidas aptantem dædalon alas:
Paſcentem ſiculas aut polyphemõ oues.
A noſtris procul eſt omnis ueſica libellis:
Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.
Illa tamen laudant omnes mirãtur: adorant:
Confiteor: laudant illa: ſed iſta legunt.

Ad Thaidem. 49

Quid me thai ſenem ſubinde dicis?
Nemo eſt thai ſenex ad irrumandum.

In Cecilianum. 50

Cum tibi non eſſent ſexmilia ceciliane?
Ingenti late uectus es hexaphoro.
Poſtquam bis decies tribuit dea cæca: ſinumq̄:
Ruperunt nummi: factus es ecce pedes.
Quid tibi pro meritis & tãtis laudibus optem:
Dii reddant ſellam ceciliane tibi.

In Edilum. 51

Geſtari iunctis niſi deſinis ædile capris:

propero fac ſi facis:adeo ut nũc geſtaret lectica ſuos appellabat mutatis noibus capros. Mart.more ſuo ĩ noĩum mutationẽ iocat ut ſupra: Si tibi miſtyll⁹ coqu⁹ æmiliãe uocat: ſimul morbũ edili notat q̃ ex nimio pruritu fact⁹ erat ficoſus:ait ergo ĩ edilũ niſi dſiſtat ſuos appellare capros fore ut cũ ipſe ficus ſit ob morbũ paulo poſt ſit caprificus cõpoſito noĩe a capris & ficu.uel ita ĩtellige capræ meretrices dicũt a fœtore.Hora.Sed nimis arcta p̃mũt olidæ cõuiuia capræ: gen⁹ erat cõcubit⁹ quo tres una ſerie catẽati coibãt: qđ alibi Mart.notauit Quo ſymplegmate.&.c.edilus codẽ utebat:in quo iocat poeta:q̃ quũ Edilus pauloante cinædus ficoſus:nunc capra ℥.i. meretricũ cõcubitu utat:iã caprificus cõpoſito noĩe poſſit appellari notãs & priſtinã libidinẽ edili: & nouã coitus muliebris affectionẽ.hanc puto conuenire.

Vnc: In eum qui ſordibus tãtũ & nulla alia uirtute uolebat uideri philoſophus. Cynicus: ait eũ nõ eſſe cynicũ ſed canẽ:hoc é aĩal brutũ cũ nihil habeat p̃ter ſordẽ. dixit ãt eũ canẽ uti rõe nomis p̃ſtaret:nã philoſophi cynici a κυνοσ qđ canẽ ſignificat dicti ſũt:nã canino ritu cõtẽpta hominũ opiniõe ſola naturæ neceſſitate cõtẽti uidebant ſordidi:hi tamẽ ſuã ſectã & doctrinã p̃fitebant:hũc ergo canẽ appellat:quoniã nihil cynicũ habet: præter habitũ:quo etiã cynicos ipſos ſuperat:adeo ut canis uideat. Idem eſt qđ dixit ĩ philoſopho:Pallium uideo:philoſophum nõ uideo:& Auguſtus cynicũ obloquẽtem canẽ appellauit. Pallados cultæ a Domitiano noſtro.q.d.ſectatur menſas & cibos ut canis. Templi noui:nuper erecti a Domitiano ſub nomine flauiæ gentis. Pera: ſaculus & baculus eſt cynicorum. Diogenes auctor huius ſectæ.pera in diſtichis.Ne mendica fetat barbati prãdia nudi:Dormiat & tetrico cũ cane pera rogat. Stat:hirta eſt. Cadit:id eſt dimittitur uſque ad pectus. Abolla:ueſtis erat tragica & grauiorũ perſonarũ: hac purpurea cum eſſet indutus Ptolomeus:& in theatro conuertiſſet oculos ſpectatorum in ſe:Neronem offendit.hic ponitur pro ueſte tantum. Cærea:in ſpeciem cæræ uel flaua ut mel flauũ dicimus. Vxor grabbati:q̃ utit̃ p̃ lodice nulla alia re tectus niſi ea ueſte. Latratos:latratu mendicatos ab eo more canis: Non eſt cynicus:id eſt nõ habet philoſophiam cynicam:ſed eſt canis.i.brutum animal.

Cui tarpeias: Ad Colinũ donatũ ĩ quĩquatriis Mineruæ corona querna ab ĩperatore.hũc cytharœdũ fuiſſe conitio:nã cytharœdi uictores corona querna ab imperatore donabant.alibi poeta de imperatore:Perque manus tãtas plurima quercus eat. In quinquatriis enim coronæ premium dabatur.Iuue.Cũ farre & uino ueſtã ianũque rogabat:an capitolinam deberet pollio quercũ ſperare:& fidibus p̃mittere.hunc hortatur Mart.ad uerã uitã omiſſo ſplẽdori ſpalatini ambitu:cũ ei omnino ſit moriendũ. Tarpeias quercus.i.qui potuiſti aſſequi quercũ palatinã. Prima frons:uel prima frons dicatur quercus:qa ſit dicata Ioui:uel p̃ma data ab imperatore. Vtaris totis dieb⁹.i. totos dies cõſume ĩ uera uita. Puta ſẽper adeſſe extremũ diẽ.i,ſẽp puta te moritu℥.alibi:Ipſe iubet mortis te memĩſſe deus.Nulli cõtigit.i.nullus unq̃ potuit. Exorare:placare. Tres puellas:Clothon: Lacheſin:& Atropon. Lanificas:lanificio diſpẽſantes uitã humanã.

92

Qui modo ficus eras:iam caprificus eris.

Ad Coſmum.

Hunc quem ſæpe uides inter penetralia noſtræ:
Pallados & templi limina coſme noui.
Cum baculo peraque ſenem:cui cana putriſque:
Stat coma:& in pectus ſordida barba cadit.
Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabatti:
Cui dat latratos obuia turba cibos.
Eſſe putas cynicum deceptus imagine falſa:
Non eſt hic cynicus coſme.quid ergo? canis.

93

Ad Colinum.

O cui tarpeias licuit contingere quærcus:
Et meritas prima cingere fronde comas.
Si ſapis:utaris totis coline diebus:
Extremumque tibi ſemper adeſſe putes.
Lanificas nulli tres exorare puellas

Oſeruant: non prætereunt. Criſpo: ſunt qui intelligant de Criſpo paſſieno uitrico Neronis qui ditiſſimus fuit adeo ut eius hæreditate auctore Trâquillo Nero ſit ditatus potes & intelligere de uibio Criſpo: de quo hæc Tacitus: Vibius criſpus potẽtia diuiti is ingenio iter claros magis q̃ iter bonos. Thraſea: de Peto thraſea ſupra & de eius i morte cõſtãtia. Attedius melior nitidus erat laudatiſſimus: cuius meminit Papi. i ſiluis. Explicat: euoluit & exciſo filo fuſũ reponit. Negat uitam: etiã ſi aliæ duæ uellẽt cõcedeꝛ.

Vel: Ad Luciũ poetã hiſpanũ: qui numeris cum Horatio contendebat: quem ſibi ꝓpoſuerat ſuperandũ. poeta Lucio appellato recenſet oppida Hiſpaniæ patriæ.

Graiũ: graius fluuius Hiſpaniæ proximus Tidæ. Tidæ aũt a Tideo & Olo condita: q cũ græcis illuc ꝓfectus eſt: & nomẽ dedit flu. ut graui⁹ a graius diceretur: ſed poſtea deprauato nomine dictus eſt granius. Silius: Et quos nunc granius mutato nomine graiũ: Aeneæ miſeræ domus. Arpis diſertus: id ẽ Horatio apullo uenuſino. Generatus: generat⁹ eſt illic poeta qui natus eſt iter urbes græcas. Celebret: palæſtras lædæas. i. laconicas: a Læda uxore. Tindari: quæ amyclis habitabat & hoc propter Pollucem & i laconica præſertim exerceãbtur de quo extat elegia Propertii. Lacedæmonos libidinoſæ: propter Helenam: quæ inde fuit rapta: uel propter Veneré: quæ illic colebaẽ. Grato: erga patriam Bilbilim. Chalybes & norici populi ſũt illuſtres ferri præſtãtia. Nori iuxta Pannoniã: chalybes in ponto. Sonãté: officinis multis. Salo. fl. cuius aqs ferrũ temperaẽ. Inquieto: ſonante. Tutelam. opp. celtiberiæ. Rixamori: populi celtiberiæ. Carduæ. oppidũ. Poteron: locum. Suelos: populos optimos ioculatores. Petuſiæ: oppidũ cũ lacu eiuſdem nominis. Illicetum ſanctum: id eſt ſiluam uenerandam: uel certe oppidum ſi placet: unde portus illecetanus.

Contingit obſeruant quem ſtatuere diem.
Diuitior criſpo: traſea conſtantior ipſo:
Lautior & nitido ſis meliore licet.
Nil adicit penſo lacheſis: fuſoſque ſororum:
Explicat. & ſemper de tribus una necat.

Ad Lucium. 74

Luci gloria temporum tuorum:
Q ui gaurum ueterem tagumque noſtrum
Arpis cedere nõ ſinis deſertis:
Argiuas generatus inter urbes.
Thebas carmine cantet aut mycenas:
Aut claram rhodon. aut libidinoſæ
Lædæas lacedæmonis palæſtras.
Nos celtis genitos & ex hiberis
Noſtræ nomina duriora terræ
Grato non pudeat referre uerſu.
Sæuo bilbilin optimam metallo
Q uæ uincit calybaſque noricoſque:
Et ferro plateam ſuo ſonantem:
Q uam fluctu tenui: ſed inquieto
Armorum ſalo temperator ambit.
Tutelamque choroſque riſamorum
Et conuiuia feſta carduarum.
Et textis peterem roſis rubentem.
Atque antiqua patrum theatra ripas.
Et certos iaculo leui ſueuos.
Turgentiſque lacuſ petuſieque
Et parue uada pura toueniſſe.
Et ſanctum durateonis illicetum:
Per quod uel piger ambulat uiator.
Et quod fortibus excolit iuuencis.
Curuæ manlius arua matineſſe.
Hæc tam ruſtica delicate lector
Rides nomina? rideas licebit.

Buratonis: montis Bituntum. opp. ſterile.

Vnera: In Gargiliannū captatorē: q cū tātū ſenibus & uiduis doñaret a quibus ſperaret hæreditatē: uolebat uideri liberalis. Marti. negat hoc aitque eum eſſe auariſſimū. quoniam plura expectet: q̄ donet. Idem ſenſus é Iſocratis in eos qui aliquid donant regibus: ait enim non donare: ſed auari⁹ uēdere q̄ qui ſe negociatores profitētur paſſim mercem uendentes. Munificum: liberalem. Viduis: & ſenibus: morituri paulo poſt. Indulget: dat eſcā. Candida: plena fraudis. Feras ſtultas: ſimplices. Largiri ī malā partem accipitur. Illi dicunt largiri q aliquid donant: ut maiora aſſequant: ſed proprie qui corrūpunt muneribꝰ: unde largitio ſed donare eſt hominis liberalis. Dona mihi: nā quod dabis mihi plane donabis: qa nihil poſſum dare tibi.

Vm nos: Ad Fanſtinum æſtiuantem tyburi ex Baiis ſcribit: unde ait ſe profecturum cum Baiæ non ſolum aſtro ſolari caleant: ſed etiam aquarum feruore. Hyemandum ait igitur eſſe baiis: æſtiuandum Tyburi. Coloni argiui: id eſt Catilli: qui condidit Tybur. Horatius: Tybur argeo poſitū colono. & alibi poeta: Argolicæ quod poſuere manus. Feruent: calent: quia ſol eſt in leone. Laſciui: puellis illuc confluentibus. Fontibus puniceis: lapidibus ex coſtis manātibus. Igne ſuo: feruore ſuarum aquarꝝ. Vincitis: ſuperatis æſtuatione.

Lentibus: Electrum eo precioſiꝰ erat quo liquidius incluſum aliquid animal habebat: ut muſcam apem cu licem: nam illic perpetuo uiuere uidebantur. Nunc laudat guttam ſuccini: qua erat iclu

Hæc tam ruſtica malo quam britannos.

In Gargilianum. 99

Munera quod ſenibus uiduiſque ingētia mittis:
Vis te munificum gargiliane uocem.
Sordidius nihil eſt: nihil eſt te ſpurcius uno:
Q ui potes inſidias dona uocare tuas?
Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus:
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.
Q uid ſit largiri: quid ſit donare docebo:
Si neſcis: dona gargiliane mihi.

Ad Fauſtinum. 96

Dum nos blanda tenent laſciui ſtagna lucrini:
Ft quæ puniceis fortibus antra calent.
Tu colis argiui regnum fauſtine coloni:
Q uo te bis decimus ducit ab urbe lapis.
Horrida ſed feruent nemæi pectora monſtri:
Nec ſatis eſt baias igne calere ſuo.
Ergo ſacri fontes & littora ſacra ualete:
Hympharum pariter nereidumque domus.
Herculeos colles gelida uos uincite bruma:
Nunc tyburtinis cedite frigoribus.

In Gallam. 97

In tenebris luges amiſſum galla maritum:
Num plorare pudet te puto galla uirum?

De Vipera electro incluſa 98

Flentibus eliadum ramis dum uipera ſerpit:
Fluxit in obſtantem ſuccina gemma feram:
Q uæ dum miratur pingui ſe rore teneri.

ſa uipera: & laudem ſumit ab hiſtoria. nam Cleopatra admota aſpide: & mâmillæ & brachio ſibi mortem conſciuit. ait ergo poeta Cleopatram ſe non debere nimium efferre magnificentia ſepulchri quo una cum Antonio condita é: inchoato prius ab ipſa poſtea perfecto iuſſu Auguſti cum uipera: qua extincta eſt nobiliore tumulo ſpectetur. Gēma ſuccina: id eſt gutta electri quæ gemma uidebantur. Obſtantem. contra euntem. Ramis heliadum: populorum: in quas uerſæ ſunt filiæ Helii: id eſt ſolis: Nam ελιος ſol.

Flentibus: manantibus.

Gelu: gumi electri. Rore piñgui.i.gúmi uiſcoſo. Placeas tibi.i.ne nimiũ te efferas.

Concreto riguit uincta repente gelu.
Ne tibi regali placeas cleopatra ſepulchro:
Vipera ſi tumulo nobiliore iacet.

De Curitio.

Ardea ſolſtitio peſtanaque rura petantur:
Q uique cleonæo ſydere feruet ager.
Cum tyburtinas damnet curatius auras:
Inter laudatas ad ſtyga miſſus aquas.
Nullo fata loco poſſis excludere: cum mors
Venerit in medio tybure ſardinia eſt.

In Mancinum.

Donaſſe amicum tibi ducenta mancine
Nuper ſuperbo lætus ore iactaſti.
Q uartus dies eſt i ſchola poetarum:
Dum fabulamur: milibus decem dixti
Emptas lacerna munus eſſe pompillæ
Sardonicas auro lineiſque ter cinctum.
Duaſque ſimiles fluctibus maris gemmas
Dediſſe baſſam celiamque iuraſti.
Here de theatro pollione cantante
Cum ſubito abires: dum fugis: loquebaris
Hereditatis tibi trecenta ueniſſe.
Et mane centum: & poſt meridie centum
Q uid tibi ſodales fecimus mali tantum?
Miſerere iam crudelis: & ſile tandem.
Aut ſi tacere lingua non poteſt: iſta
Aliquando narra: quod mancine uelimus.

De Lycori.

Tybur in herculeũ migrauit nigra lycoris

Rdea: poeta deflet Curatiũ: qui dũ Tyburi æſtiuaret & fugiẽs æſtus urbanos mor
tuus eſt: ait ergo nuſq̃ poſſe uitari morté & nõ loca uel differre uel accelerare fatum:
ſed ipſam certá rem̃ ſorté: quâ nemo uitare poteſt. Cũfundant ergo loca cũ ſit nullum fa
ti diſcrimẽ. Ardea. opp. ſupra Lauremtum diſtâs a mari. lxxx. ſtad. cõdita a Danae. Sol
ſtitio: æſtiuo. Rura præſtana: lucaniæ. Ager: baianus ut ſupra: Horrida baiani. Sardi-
nia peſtilẽs inſula eſt quod Flo
rus indicat cũ ait: Furius ſardi
niá peſtiléte ſortitus: & Silius:
Serpẽtum tellus pura ac uidu
ata ueneno: Sed triſtis cælo: &
multa uitiata palude. ſenſus é
cũ fati neceſſitas aduenerit: ét
ſi í locis amœnis fueris non ali
ter morieris q̃ ſi in locis peſtilẽ
tibus eſſes. Poſuit tybur pro
loco ſalubri ſardiniẫp peſtiléti
Onaſſe: In Mácinũ: qui
cũ eſſet oĩbus moleſtus:
oẽſq̃ eũ odio hẽrent: narrabat
quottidie fortunatũ aliqd ſibi
accidiſſe q̃ſi amicis narraret. at
ĩqt martialis noli o mácĩe cruci
are ſodales q te oderũt uerbis:
uel ſaltẽ narra qđ uellemus au
dire: hoc eſt dic te aliqid amiſiſ
ſe q̃ lucratũ eſſe. Lichnici: la-
pides erãt a lucernaꝝ ſplendo
re dicti: quem præ ſe ferebant
cõtra lychnites dicit̃ marmur:
qđ lucernaꝝ noĩe ſub terra fo
diebat. Varro auctor & Pli. co-
dex antiquus habet lychnũq̃
terũctũ: ego aũt legendũ puto
punctũ: hoc eſt nitidũ & maxi
me ſplẽdẽté: nam λιϰνοσ græ
ce latine dr̃ lucerna: unde & la
pſis iſpe lichn⁹ dr̃. Lichn⁹ auté
ſiue lucerna quo magis uncta
eſt eo plus flamme emittit. Ex
ea igit̃ metaphora lichnũ pun-
ctũ ideſt ſplẽdidũ: & flammas
lucernæ perunctæ emittẽtem
in dſtiichis: Non norat parcos
uncta lucerna patres. Gem-
mas: ſmaragdos: an dicit ſmaragdos cæruleos: an lapillos rubri maris ſimiles ſunt undis:
& harenis placet de ſmaragdis. Pollione: cytarœdo. Cantâte: nec placet intelligere per
Pollioné poetá excellẽté q̃ claruit tẽporibus Auguſti notus carmíe uirgiliano: Pollio &
ipe facit noua carmina. nã hui⁹ Pollionis cytarœdi de quo hic loqt̃. meminit luue. An ca-
pitolinã deberet Pollio q̃rcũ ſperare: & fidib⁹ ꝓmittere. Pollio ergo hic cytarœdus.
Tybur: Ebur frigidiſſimo cælo tyburtío mirocádo; ſuabat̃ auctor é Pli. ſilius: Semꝑq̃

nouũ q3 tyburis aura pascit ebur. deridet Lycoridẽ quæ cũ nõ faceret quæstum i urbe ob deformitatẽ migrauit tybur ut cãdesceret: eius profectionẽ deridet cauillando.

Vm: Bauli uicus potius q̃ oppidũ in littore Campaniæ nõ procul a Baiis. Nero simulata recõciliatione cũ matre eã reuocauit a baulis baias ad quinquatria simul celebrãda. Inde eam remisit data naui sub simili & machinosa quæ repente corrueret in mediis aquis. illa quidẽ corruit: sed mater enatauit ad littus incolumis. Lagerinus ut Tacitus: Lagerinus ut Suetonius nunciauit Neroni ĩcolumem matrẽ: quo nũcio est interfectus sũmisso celeriter percussore: qui matrẽ necaret eo spatio maris quod iacet inter baias & baulas. lacet nup cærelia mensa. i. iussæ quõdam a Nerone.

Omnia dum fieri candida credit ibi:

De Cærelia. 62

Dum petit a baulis mater cærelia baias:
Occidit insani crimine mersa freti
Gloria quanta perit uobis. hæc monstra neronis:
Nec quondam iussæ præstiteratis aquæ.

Vlli: Laudat hortos Tulli Martialis: quos ãteponit oĩbus aliis. Astris: cælo. Aestimare: prospicere diligneter. Albanos colles ideſt algidum: nam algidum mons in albano præcipui nominis. Tusculos. i. tusculum. Fidennæ ante urbem conditã. Fidennæ stabant cõdita una cum Collacia. Antennis: Lauinio. Silius protulit numero singulari. Modo Roma minatur quondã fidẽna. Rubræ: oppidũ nõ lõge ab urbe. Nemus Annæ perennæ: nem9 aricinũ: ubi Anna soror Didonis colebat: quod Silius docet: & Ouidius ĩ fastis. Peréna: a perpetuitate dicta: sub quo nomine illic erat ipsa: ĩ fastis: Amne perenne latens: anna perenna uocor. Cruore uirgineo: quoniã cædebant pueri illic flagellis ex ritu thoanteo: qđ placet. uel cruore uirgineo. i. sanguine hostiæ quæ mactãt Dianæ uirgini. Salaria: uia ducebat ĩ sabinos a sale dicta ut Plinius scribit. Patet: cernit illic. Esledo tacẽte: quia nõ audiebat curus strepitus. Helcyariorũ: trahentium naues funibus: nã Elcyo græce latine traho. Miluius: pons ad quem trahebantur naues. Alcinous: pietate hospitalitatis laudat: suscepit Vlyxẽ Nausicaa filia a littor eũ

De Hortis Martialis. 63

Tulli iugera pauca martialis
Hortis hesperidum beatiora.
Longo ianiculi iugo recumbunt:
Lati collibus eminent recessus:
Et planus modico tumore uertex
Cælo perfruitur sereniore:
Et curuas nebula tegente ualles
Solus luce nitet peculiari.
Puris leniter admouentur astris
Celsæ culmina delicata uillæ.
Hinc septem dominos uidere montes:
Et totã licet extimare romam:
Albanos quoque tusculosque colles.
Et quodcunque iacet sub urbe frigus.
Fidẽnas ueteres breuesque rubras.
Et quod uirgineo cruore gaudet:
Annæ pomiferum nemus perennæ
Illic flamineæ salariæque
Gestator patet essedo tacente:
Ne blando rota sit molesta somno:
Quem nec rumpere nauticum celeuma:
Nec clamor ualet helciariorum.
Cum sit tam prope miluius sacrumque:
Lapsæ per tyberim uolent carinæ
Hoc rus seu potius domus uocanda est.
Commendat dominus. tuam putabis
Tam non inuidia: tamq̃ liberalis
Tam comi patet hospitalitate:
Credas alcinoi pios penates.

ducente: quod multo carmine cecinit Homerus. Molorchrus: Herculem hospitio su scepit Sætiam: nobilem uino non procul ab urbe. Istis: scilicet nostris prædiis.

Gisti: Linum deridet qui quis semper ruri uixerit & nullos senserit urbanos labores: tamen ex diuite erat factus pauper. ait ergo poeta quamuis o Line ruri uixeris ubi nullos sumpsisti labores: tamen fecisti rem difficilem hoc est fact⁹es pauper. nam facere rem difficilem est subire munus laboriosum: res significat rem domesticam. Difficultas dicitur paupertas: res ergo domestica dicitur difficilis quando est exigua. Fecisti ré difficilem: hoc est substantiam domesticam ad paupertatem redegisti: cũ altero sensu uidear tur loqui. Fecisti rem difficilé .i. laboriosam. Municipalé: rusticanam. Quo. i. qua uita municipali. Nil potest esse dulcius. i. nil iocundius. mendose in recentiore codice est uilius pro dulcius. dulcius autem habet codex antiquus: & ad hoc uerbũ argute refert poeta: Fecisti rem difficilem. Rubés cadus: fictilis a colore. Argolica greca: nam e Delo & e Delphis mittebant pulchri pueri: infra appellabit delphicum cinædũ.

Fluit: nauigat tibi. Fecisti ré difficilem. i. redegisti substanti am in paupertatem. Ita enim intelligit quãuis dicere uideatur in uita municipali dulcissima fecisti rem grauem & laboriosam: & ex hac illusione risum mouet.

Rætorem: Gaurus petierat a prætore ut daret sibi. C. sestertia ut posset iusti cé sus eques comitari Domitianum: negauit prætor quoniã erat daturus. C. milia Scorpo aurigæ: de quo infra Martialis: huic Caligula consulatum dstinauerat præter multa munera: & infra poeta cõqueritur Scorpum accepisse multa una hora: ait poeta ingratũ eé prætoré: qui uult dare equo Scorpi: & non dare equiti.

Domino: Domitiano. Male diuitiis: quia male utitur diuitiis. Ah pudet ingratæ: in

Aut facti modo diuitis molorchi:
Vos nunc omnia parua qui putatis.
Centeno gelidum ligone tybur:
Vel preneste domate: pendulamque.
Vni dedite sætiam colono.
Dum me iudice præferantur istis:
Tulli iugera pauca martialis.

De Phileni. 64

Oculo philenis semper altero plorat.
Quo fiat istud quæritis modo? lusca est.

Ad Linum. 65

Egisti uitam semper line municipalem:
Qua nihil omnino uilius esse potest.
Idibus & raris togula est excussa calendis:
Duxit ad æstates sinthesis una decem
Saltus aprum. campus leporé tibi misit ineptũ:
Silua grauis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo uenit de gurgite piscis:
Vina rubens fudit non peregrina cadus.
Nec tener argolica missus de gente minister:
Sed stetit inculti rustica turba foci.
Villica uel duri compressa est nupta coloni:
Incaluit quotiens saucia uena mero.
Nec nocuit tectis ignis: nec syrius agris:
Nec mersa est pelago: nec fluit ulla ratis.
Supposita est blãdo nunquam tibi tessara tallo:
Alea sed parcæ sola fuere nuces.
Dic ubi sic decies mater quod auara reliquit.
Nusquam est. fecisti rem line difficilem.

In Prætorem. b

Prætorem: pauper centum sestertia gaurus:
Orabat cara notus amicitia.
Dicebatque suis hæc tantum deesse trecentis:
Vt posset domino plaudere iussus eques.
Prætor ait scis me scorpo thalioque daturum:
Atque utinam centum milia sola darem.
Ah pudet ingratæ pudet ah male diuitis arcæ:

gratæ in amicos & eos quibus debet dare. Cætera epigrammata sunt clara.

Ihil. Amianus uiuo patre per luxum multa cõsumpserat quẽadmodũ supra Philomusus: idem enim ferme est argumẽtũ: nã Amianus & Philomusus constitutam a patre pecuniam accipiebat: tãtũ autem assumpserat ut pater moriens nihil habuerit qd relíqueret præter tritã uestem: ut recentes codices habent: ut antiquiores præter aridã uestem ut intelligas cathẽdrã quæ linteis & loris uinciebatur: placet magis: ut secutus fidem antiqui codicis aridam restem eius: id est rudem: quam gladiatorꝫ e meriti accipiebãt: ut intelligas Amiani patrẽ gladiatorem emeritum fuisse: incrẽdibile accidisse ait Martialis ut Amianus prodigus qui paulo ante luxuriabatur: & ut id licentius agere posset: optabat patris mortem nũc patrem uiuum optat: quia scilicet plus a uiuo habebat q̃ a mortuo nũc acceperit. Vltimis cæris: id est testamento.

Xigis: Quitus postulabat a Martiale libellos. Triphon: enim propriũ bibliopolæ. Sanus: sana mente. Fatue: stulte ut ego donem.

Vm grauis: Laudat libertatem Vestini: qui damnatus a Nerone tantum temporis postulauit quantũ satis esset ad distribuẽdas opes suas amicis: hoc facto quamuis iuuenis morereẽ: putauit se mori senem: quasi maximum uitæ munus absoluisset. De supplicio Vestini: & eius causa latis sit rferre uerba Taciti quæ hæc sũt: cum scriberet de Nerone: Opperiebatur ut Vestinus in crimen traheretur odium ex nimia sodalitate: dum ignauiã principis deridet: ille ferociam animi feretur: recẽs causa q̃ Statiliam Messalinã sibi matrimonio iunxerat: haud ignarus ĩter adulteros esse Cæsarem: tum narrat eum uocatum fuisse a militibus ad tribunum: accitum statim medicum qui uenas soluerit coniuiis: qui cum Vestino erãt: non nihil prouecta nocte amissis: hoc quod scribit Martialis de opibus diuisis: Tacitus prætermisit nec meminit Tranquillus. Grauis: id est morituru.

Quod non das equiti: uis dare prætor equo.

Ad Sextum. 67

Inuitas centum quadrantibus: & bene cœnas:
Vt cœnam inuitor sexte: an ut inuideam?

Ad Fabianum. 68

Omnis quas habuit fabiane lícoris amicas:
Extulit: uxori fiat amica meæ.

Ad Pamphilum. 69

Tu setina quidem semper: uel massica ponis
Pamphile: sed rumor tam bona uina negat.
Diceris hac factus celebs quater esse lagæna:
Nec puto. nec credo pamphile, nec sitio.

De Amiano. 70

Nihil amiano præter aridam uestem:
Moriens reliquit ultimus pater cæris.
Fieri putet posse quis marunille:
Vt amianus mortuum patrem nolit.

Ad Sophronium. 71

Quæro diu totam sophroni ruffe per urbem:
Si qua puella neget: nulla puella negat.
Tanquam fas nõ sit: tanquam sit turpe negare:
Tanquam non liceat: nulla puella negat.
Casta igitur nulla est: castæ sunt mille. quid ergo
Casta facit: non dat. non tamen illa negat.

Ad Quintum. 72

Exigis ut donem nostros tibi quinte libellos:
Non habeo. sed habet bibliopola triphon:
Aes dabo pro nugis & emam tua carmia sanus:
Non inquis faciam tam fatue: nec ego.

De Vestino. 73

Cum grauis extremas uestinus duceret horas:
Et iam per stygias esset iturus aquas:

Sorores.parcas. Vltima penſa.id eſt ultimum filum uitæ ſuæ. Stamina pulla:id eſt nigra:nã parcæ dicuntur trahere fila nigra infœlicib⁹. Defunctus:ſibi relicta cura de ſe. Vota:tam pia:quia non rogabat uiuere pro ſe:ſed pro amicis: quib⁹ impartiretur opes.

Spicis: Eodem argumento ſupra eſt epigramma de dammis:quæ inter ſe concurrentes ceciderunt præbentes Cæſari ſpectaculũ. Fortia prælia:pugnas. Tentent: meditent'. Mitte canes:pugnãt tua gtatia Cæſar:at ſi iudicaueris:eis tibi nõ placere ut pugnent:deſiſtent.

Fœlix: Laudat' Nigrina quæ mortuo patr̃ diues facta omnes diuitias cõmunicauit cũ uiro quãuis dotem oli dediſſet:plus iquit Martialis hoc eſſe q̃ quod egerunt Euadne & Alceſtis:quarũ utraque incredili in maritum amore ſe in roguminiecita udita coniugis morte:nã Nigrina uiuens amorem ſuum teſtificata eſt: illa⁊ utraque moriens. Iuuat te:id eſt uis'. Cenſus: diuitias quæ uenerũt a patre. Arſerit:eſto q̃ arſerit. Alceſtis. filia r̃gis theſaliæ uxor Admeti mater Eumeli:qui auctore Homero.xi. nauibus ad Troiã nauigauit:cũ datũ eſſet oraculũ Admetum interiturum niſi aliquis ex propinquis ſpõte obiret:ipſa ſe in rogum iniecit.Oui.Si mea mors redimenda foret:quod abomĩor eſſet: Admeti coniunx quã ſequeris erat.Iuue. Spectãs ſubeuntem fata mariti Alceſtem.

Euadne: Martis filia ex Thebe Aſopi uxore uxor Capanei audita coniugis morte ſe in rogum iniecit:ita apd Oui.loquens: Accipe me Capaneum cineres miſcebimus inquit. Pignore: monumento teſtificatione certæ uitæ:nam uiuẽs uoluiſti teſtificare amorem tuum. Vt tibi non eſſet morte probandus amor: id eſt uoluiſti hoc ut tibi nõ ſit op⁹ teſtificari amorem morte.

Vltima uoluentes orauit penſa ſorores:
Vt traherent parua ſtamina pulla mora.
Iam ſibi defunctus caris dum uiuis amicis:
Mouerunt tetricas tam pia uota deas.
Tum largas partitus opes a luce receſſit:
Seque mori poſt hoc credidit ille ſenem.

De Dammis. 74

Aſpicis imbelles tentent qua fortia dammæ:
Prælia:tam timidis quanta ſit ira feris:
In mortem paruis concurrere frontibus audent.
Vis cæſar dammis parcere:mitte canes:

De Nigrina. 79

O fœlix animo:fœlix nigrina marito:
Atque inter latias gloria prima nurus:
Te patruos miſcere iuuat cum coniuge cenſus:
Gaudentẽ ſocio participemque uiro.
Arſerat euadne flammis iniecta mariti:
Nec minus alceſti fama ſub aſtra ferat.
Tu melius certe meruiſti pignore uitæ:
Vt tibi non eſſet morte probandus amor.

In Auarum amicum. 76

Milia miſiſti mihi ſex bis ſene petenti:
Vt bis ſena feram:bis duodena petam.

In Zoilum inuidum 77

Nunquam diuitias deos rogaui.
Contentus modicis meoque lætus.
Paupertas ueniam dabis recede.
Cauſa eſt quæ ſubiti nouique uoti:
Pendentem uolo zoilum uidere.

Illa: Ad amicũ q̃ miſerat ſex milia cũ Mart.eũ biſſena rogauerit.Inqt Mart.ut biſſena habeat ſe uelle petere:xxiiii.milia nam dat dimidiũ:ita dat.xii.quæ petierat.

Vnquam:In Zoilum inuidum:petit diuitias Martialis ut earum inuidia ſe ſuſpendat:nam inuidi pingebãtur apud antiquos ſtrĩgẽtes ſibi guttur & ſuffocãtes ſe: ita liuorĩ euocatione Silii deſcribitur apud ĩferos. Cauſa quæ eſt?interrogat ſe. Noui uoti:quia opes petas. Pendentem:ſuſpenſum inuidia.

Ondita: In Afrum ſenem: & iuuenis munera ſubeuntē in officiis: erga diuites ait poeta cū ſit turpe oībus ſectari id inſtitutū uitæ: hoc ē anxie ſalutare: uenenari: colere palatinos: ſeni uero eſſe turpiſſimū. hæc officia qui anxie præſtat dicit ardelio: nam ardeliones dicunt qui ſtudioſius ad omnia accurrūt nulla in re pmanētes. Lx. meſſis: id eſt cū ſis natus. lx. annū. Vlla cathedra. i. nullus diues eſt quem mane non ſalutes: uel cathedra mulierū diuitū. Horatius: Inter diſcipularū iubeo plorare cathedras. Et nullis tribunis fas. i. nullus poteſt. Saturioſque modos codex antiquus hēt ſigerioſque mōs: ſed Trāquillus ſcribit Saturium: & non ſigeriū. Saturio erat decurio cubicularius & Domitiani. Parthenius cubicularius. Si legis ſigerios emendet dictio eadem apud Tranquillū: ut p ſaturio ſcribat ſigerius: cōueniant enim neceſſe eſt Tranquillus: & Martialis: quando de cubiculariis uterque loquitur. Sōas: loqueris. Ardelione: curſore ambitioſa: Ab ardeo: id ē feſtino: ita poeta uerbum fecit.

Oſpes. Matho emit uillam Marti. ad quā ſæpe accedebat. Impoſui: decepite. Tuū rus: quia eo tāquam tuo utebaris.

Eclamas: In mathonē q diſert⁹ uolebat haberi: cū laborās febre declamaret. Ait Marti. eū inſanire: nō eſſe locū ī febre declamationis: niſi forte id ageret cā ꝓuocandi ſudoris & nō oſtendēdæ eloquētiæ: Matho reſpōdit declamare ī febre magnā rem eſſe: maior inquit Marti. eſſet ſi poſſet tacere: cū dolor cogat eum clamare. Quum exurat uiſcera febris: id ē res magna o Matho tacere: hoc eſt difficile ſilere: quaſi diceret uideris poti⁹ ingemiſcere ꝓpter dolorem q̄ declamare. Phreneſis: īſania. Hemytriteus. i. laborans febre hemytriteo.

Os: Rogat Ruffū ut hoc quoque libellos cōmēdet Venuleio: rogatque ut legat. at ſi fuerit difficile legere duos libellos: plicetur alterius libri charta: ut unus tantum uideatur liber & eo lecto alter tradatur. Ita fiet ut non duo ſed unus uideatur legi. Imputet: aſcribat & tribuat. Aure non tetrica: id eſt non graui cenſura.

In Afrum. 78

Condita cum tibi ſit iam ſexageſima meſſis:
Et facies multo ſplendeat alba pilo:
Diſcurris tota uagus urbe: nec ulla cathedra eſt:
Cui non mane feras irrequietus aue.
Et ſine te nulli fas eſt prodire tribuno:
Nec caret officio conſul uterque tuo.
Et ſacro decies repetis pallatia cliuo:
Sydereoſque modos: parthenioſque ſonas.
Hæc faciant ſane iuuenes: deformius afer:
Omnino nihil eſt ardelione ſene:

Ad Mathonem. 79

Hoſpes eras noſtri ſemper matho tiburtini.
Hoc emis: impoſui: rus tibi uendo tuum.

In Mathonem. 80

Declamas in febre mathon: hanc eſſe freneſim:
Si neſcis: nō es ſanus amice mathon.
Declamas æger: declamas hemytritæos:
Si ſudare aliter non potes: eſt ratio.
Magna tamen res ē ægri. cum uiſcera febris:
Exurit: res eſt magna tacere mathon.

De Fabulla. 81

Epigramma noſtrum cum fabulla legiſſet:
Negare nullam quo queror puellarum:
Semel rogata bis terque neglexit
Preces amantis. iam fabulla promitte:
Negare iuſſi: pernegare non iuſſi.

Ad Ruffum. 82

Hos quoque commenda uenuelio ruffe libellos:
Imputet & nobis otia parua: roga.
Immemor & paulum curaꝝ operumque ſuorū:
Non tetrica nugas exigat aure meas.

Ecuro: In Neuolum qui uel minima rerum fœlicitate ita efferebat: ut omnes cõteneret. Idẽ si qd paulũ male ceſſiſſet: & ꝓpterea eſſet anxius: ſũmiſſe: & humiliter donabat: uenerabatur inuitabat Ait Martialis ſe optare cũ aliter ñ exeerceat Neuolus uirtutẽ eum eſſe ſemper ſollicitũ.

Securo: cum nihil times. Sollicito: cũ aliquid times. Nec quiſquam liber: id eſt nullum putas liberum & notũ præarrogantia. Ita mouet elatum laterius fortunæ.

On eſt: In Thaidem fellatricẽ i quá etiam ſupra eſt illud diſtichou. Quid me Thai ſenẽ ſubinde dicis? ꝙ ꝑ bet ſe nõ futuiſſe Thaidẽ: ſed irrumaſſe. Immo fellat: ergo irrũabat Thais & ñ futuebat.

Os bibimus: In Ponticũ qui conuiuis aliud uinũ dabat: q̃ ipſe biberet: ait Martialis eũ uti mirino uaſe: quod fuſcis maculis eſt diſtinctũ: & dare uaſa uitrea conuiuis: ne ſi ipſe quoque uitro biberet diuerſum uinũ notaret. Ne calix ꝑſpicuꝰ. i. niſi tu biberes uitro. Prodat: & indicet te non bibere idem uinum.

Iuis auribꝰ: Monet libellũ ut paret ſibi patronũ Apollinarẽ: ut ſupra ẽ: meus ſcazon. Cãdidius: magis alienũ ab iuidia. Tunicas: cucullos. Salarioꝝ pueroꝝ uendẽtiũ ſalſamẽta. Arãdæ: plicádæ:

Vlla: Miſerat carmĩa Septitiano Marti. in Xeniis: Xenia aũt erãt munera: quæ ĩ ſaturnalibꝰ amicis mittebant ab hiſdẽ qui acceperãt remitte bãtur munera: quæ apophoreta dicebantur: Qui ergo Xenium miſerat apophoretũ expectabat: ſed Martialis nihil in apophoretis a Septitiano acceperat.

Scd nec poſt primum legat hæc: ſũmũ ue triẽte:
Sed ſua cum medius prælia bacchus amat.
Si nimis eſt legiſſe duos tibi charta plicetur
Altera: diuiſum ſic breue fiet opus.

In Neuolum. 87

Securo nihil eſt te neuole peius eodem:
Sollicito nihil eſt neuole te melius.
Securus nullum reſalutas. deſpicis omnes:
Nec quiſquã liber: nec tibi gratus homo eſt.
Sollicitus donas dominum: regemque ſalutas:
Inuitas: eſto neuole ſollicitus.

In Thaidem. 88

Non eſt in populo: nec urbe tota:
A ſe thaida qui probet fututam.
Cum multi cupiant: rogentque multi.
Tam caſta eſt rogo thais: immo fellat.

In Ponticum. 89

Nos bibimus uitro: tu myrra pontice. quare?
Prodat perſpicuus ne duo uina calix.

Ad Librum ſuum. 86

Si uis auribus atticis probari:
Exhortor: moneoque te libelle.
Vt docto placeas apollinari.
Nil exactius eruditiuſque eſt.
Sed nec candidius benigniuſque.
Si te pectore: ſi tenebit ore:
Nec ronchos metues malignorum
Nec ſcombris tunicas dabis moleſtas.
Si damnaueris: ad ſalariorum:
Curras ſcrinia protinus licebit.
Inuerſa pueris arãde charta.

De Baſſa. 87

Infantem ſecum ſemper tua baſſa fabulle
Collocat: & luſus delitiaſque uocat.
Et quod mireris magis: infantaria non eſt:
Ergo quid in cauſa eſt? pædere baſſa ſolet.

In Diſſimulatorẽ ſeptitianum. 82

Nulla remiſiſti paruo pro munere dona:
At iam ſaturni quinque fuere dies.
Ergo nec argenti ſeſcrupula ſeptitiane
Miſſa: nec a querulo mappa cliente fuit.
Antipolitano nec quæ de ſanguine thynni:
Teſta rubet: nec quæ coctana parua gerit.

Diſſimulator: apud Martialem ille etiam dicebatur qui poſtulantem aliquid amicum ſimulabat ſe non intelligere. infra. Diſſimulas: facies me puto cauſidicum. Et iam fuere: id eſt iam præterire ſaturnalia: quæ quinque diebus durabant. Scrupulū: eſt genus ponderis: quod apud Plinium ſæpe potes inuenire: argenti ſcrupula: nam mittebantur ligula argētea: Cochlearia certo pondere. Mappæ: & mittebātur in ſaturnalib⁹. Muria: genus liquaminis ſalſi & precioſiſſimi. Antipolitani thinni: Nam muria illic erat optima quemadmodū clazomene nobiles erant garo: & uas muriæ mittebatur in ſaturnalib⁹. Infra ita loquitur: Antipolitani fateor ſum filia thinni. Antipolis iuxta urbem erat in ianiculo ī Hiſpania ad littus gallicum. In Aſia: de qua puto intelligendum. Cottana: puas ficus ſyriæ. Syriæ aūt puæ erāt. Breue uimē: breuis ciſta. Diſſimulator: quia ſimulas te nō ī telligere qd uelim: nā miſi munus ut munus acciperē: ſed tu diſſimulas: nō mittā igit' āpli⁹ cū ſciam te eſſe diſſimulatorē.

Nec rugoſarum uimen breue picenarum.
Dicere te poſſes ut mēiniſſe mei.
Decipies alios uerbis uultuque benigno:
Nam mihi iam notus diſſimulator eris.

De Ruſticatione.

Rure morans quid agā: reſpōdeo pauca togatus
Luce deos oro: famulos poſt arua reuiſo.
Partibus atq; meis iuſtos indico labores.
Inde lego: phœbumque cio: muſamque laceſſo
Hic oleo corpus frico: mollique palæſtra.
Stringo libens: animo gaudens: ac fœnore liber.
Pondero. poto. cano. ludo. lauo. cœno. quieſco.
Dum paruus lychnus modicum conſumit oliui:
Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis.

Ad Librum.

Ohe iam ſatis eſt: ohe libelle.
Iam peruenimus uſque ad umbilicos:
Tu procedere adhuc & ire quæris.
Nec ſumma potes in ſceda teneri:
Sic tanquam tibi res peracta nō ſit.
Q uæ prima quoque pagina peracta eſt:
Iam lector queriturque: deficitque.
Iam librarius hoc & ipſe dicit.
Ohe iam ſatis eſt: ohe libelle.

Epigrāmatō. M. V. Martialis liber Q uintus.

Oc tibi palladiæ ſeu collibus
uteris albæ
Cæſar & hinc triuiam pro
ſpicis inde thetym

Nec rugoſarum uimen breue picenarum. Dicere te poſſes ut mēiniſſe mei. Decipies alios uerbis uultuque benigno: Nam mihi iam notus diſſimulator eris. De Ruſticatione. Rure morans quid agā: reſpōdeo pauca togatus Luce deos oro: famulos poſt arua reuiſo. Partibus atq; meis iuſtos indico labores. Inde lego: phœbumque cio: muſamque laceſſo Hic oleo corpus frico: mollique palæſtra. Stringo libens: animo gaudens: ac fœnore liber. Pondero. poto. cano. ludo. lauo. cœno. quieſco. Dum paruus lychnus modicum conſumit oliui: Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis. Ad Librum. Ohe iam ſatis eſt: ohe libelle. Iam peruenimus uſque ad umbilicos: Tu procedere adhuc & ire quæris. Nec ſumma potes in ſceda teneri: Sic tanquam tibi res peracta nō ſit. Q uæ prima quoque pagina peracta eſt: Iam lector queriturque: deficitque. Iam librarius hoc & ipſe dicit. Ohe iam ſatis eſt: ohe libelle. Epigrāmatō. M. V. Martialis liber Q uintus. Oc tibi palladiæ ſeu collibus uteris albæ Cæſar & hinc triuiam pro

Seu tua ueredicæ discũt responsa sorores:
Plana suburbani qua cubat unda freti.
Seu placet æneæ nutrix: seu filia solis.
Siue salutiferis candidus anxur aquis.
Mittimus o rerum fœlix tutela salusque:
Sospite quo gratum credimus esse louem.
Tu tantum accipies ego te legisse putabo:
Et tumidus falsa credulitate fruar.

Ad Lectores. 2

Matronæ puerique uirgineſque
Vobis pagina nostra dedicatur:
Tu quem nequitiæ procatiores
Delectant nimium: salesque nudi
Lasciuos lege quattuor libellos
Quintus cum domino liber iocetur:
Quem germanicus ore non rubenti
Coram cecropria legat puella.

Ad Domitianum. 3

Accole iam nostræ degis germanice ripæ:
A famulis istri qui tibi uenit aquis:
Lætus & attonitus uiso modo præside mundi:
Affatus comites dicitur esse suos.

Veredicæ sorores. i. fortũnæ antiatinæ. i. siue es Antii: ubi colebat fortuna sub duarũm sororũ imagine: auctor est Macrobius ī saturnalibus: meminit Tranquillus. earum templũ opulentũ fuisse scribit Prophirio. Responsa: danda mortalibꝰ. Discũt: nã minora numina a superioribꝰ numinibus discere dicunt responsa danda mortalibus. Virgilius: Nam cætera luno Meuetat. Suburbani freti: nã Antiũ cõditũ est medio saxo abluente mari: ut quasi in suburbio fretum esse uideatur. Aeneæ nutrix: hoc ẽ siue es Caietæ: Nam Caieta a nutrice Aeneæ nomen accepit: ut nostris placuit scriptoribus quãuis Strabo Caietam dictam putet quoniam lacones curua omnia Caieta dicunt. Sinum caietanum curuum appellarunt. Antium sine portu erat aptũ secessui & principibus: præsertim cõcessũ ad uocationẽ rerũ urbanarũ: ut Strabo. Seu filia solis: id est es circeis: Nã circei a Circe solis & Persæ filia dicti sunt: quamuis Diodorus præter Homeri & Apollonii sententiam Circem filiam Aeetæ & Echates fuisse tradat.

Anxur: lĩgua uolscorũ: Terracina latine dicitur: eadẽ trachinia: q̃uis Liuius aliter scribat superioris sentẽtiæ auctor Pli. Aquis salutiferis: ob paludẽ: q̃ ante terracinã erat a duobꝰ fluminibus confectam nõ parua aquarũ salubritate. Cãdidus anxur: dicitur candore saxorum. Horatius neutro genere proferens: Impositum late saxis candentibus anxur.

Quo sospite. s. Cæsare. Credimus Iouem esse gratũ: nõ immemorẽ beneficiorũ sibi collatorũ: quoniã olim Cæsar puer capitolinũ Iouẽ defendit una cũ patruo Sabino. ut alibi: Prima suo gessit pro loue bella puer. quod Silius ī tertio tetigit. Et p̃terea nuper Cæsar Ioui templum erexerat.

Galla credulitate: quia Strabo tribuit gallis credulitatem: & creduli sunt præter cæteros: præterea stolidi: ut galla legas: id est stolida.

Atronæ: Ad matronas honestas & pueros scribit: & dedicat hunc librum: Nequiciæ procatiores: id est scurrilitatis. Sale nudi: id est impudẽtes ioci. Quintus iocat. i. quꝰ liber iocat una cũ dño: nã ī hoc libro dñs uersatur. Germanicus: Domitianus qui id sibi nomẽ assumpsit populis germaniæ deuictis. Puella cecropia: de Domitia uxore potes intelligere: sed placet intelligas de Pallade: quã collebat. Alii sentiunt de Iulia filia Titi Vespasiani: quã Domitianus ardentissime amauit. Ore non rubenti: sine rubore.

Ccola: Datis obsidibus Domitiano a dacis: Degis Regulus: inter eos cũ Domitianum uidisset mea inquit fors qui sum obses melior est q̃ fratris qui est liber in dacis: quoniam mihi licet prope intueri Germanicum: quem ille tam lõge colit. Nostræ ripæ: tyberis: qui ad dacis tibi missus. Lætus: Degis.

Mea sors: quauis sim obses. Degis: proprium nomen obsidis.

Octere: Myrtale ebria solebat mero admiscere folia lauri ne uinū oleret: sed id ad ebrietatē quoque uitandā erat aptū. nā Theophrasto auctore laurus ebrietati aduersat. Iocatur poeta i myrtalē: postea q̄ inqt nō uult uideri bibisse uinū quotiēs uideris eā rubicūdo ore dicas bibisse laurū. Decipiat nos. i. ut occultet odorē. Prominentib⁹ uenis: nā id existit in ebrio. Licebit dicas: poteris dicere. Bibit laurū. idē. n. erit ac si diceres bibit uinum & ebria est.

Exte: mittit librū ad Sextum scribā & consiliariū Domitiani: rogatque ut eum collocet inter leuiores poetas, nam libris de bello gesto capitolino a Domitiano olim conueniunt grauiora poemata.

Mineruæ palatinæ: qui musas & studia palatina exerces:

Nascētes. i. primas curas Domitiani. Inter carmina belli capitolin. i. inter opera scripta de bello capitolino gesto a Domitiano.

I non est: Versus phalleucius est: mittit carmina Domitiano: sed rogat Partheniū cubicularium ut librum principi afferat: cūm tempestiuum erit: neque porrigat: sed legat uidente Domitiano: qui cum sit studiosus litterarū statim poscet libellum: fingit se esse ante hostium: & accersere per musas Partheniū: uel eas alloquat: & quæ sequunt sint mandata ad Partheniū. Partheni⁹ colebat musas iccirco uestrū. Sic: uerba Martialis obtestātis ad Partheniū: q̄ p̄fectus cubiculi erat Domitiani auctore Trāquillo. Finiat: absoluat tuam uitam. Inuidia fauente: id est inuidis etiam fauentibus: nam ei qui honestū gratiæ locum retinet illi etiā q̄ inuident fauent: ut sit sensus sic semp retineas istum gratiæ locum. Burrus: natus Partheniī & proprium uiri nomen apud Tacitum. Iouis sereni: apto uerbo in methaphora usus est: nā cum dixisset Iouis addidit sereni: Nam serernus Iuppiter dicitur. Iniquas preces: quia multa petam: & iniusta precer.

Sors mea q̄ fratris melior: cui tam prope fas est:
Cernere: tam longe quem colit ille deum.

In Myrtalem. 4

Fœterē multo myrtale solet uino
Sed fallat ut nos: folia deuorat lauari.
Merumque cauta fronde non aqua miscet:
Hanc tu rubentem prominentibus uenis
Quotiens uenire paule uideris contra
Dicas licebit: myrtale bibit laurum.

Ad sextum. 5

Sexte palatinæ cultor facunde mineruæ:
Ingenio frueris qui propiore dei.
Nam tibi nascentes domini cognoscere curas:
Et secreta ducis pectora nosce licet.
Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis:
Qua pædo qua marsus. quaq; catullus erit.
Ad capitolini cælestia carmina belli:
Grande cothurnati pone maronis opus.

Ad Musas. 6

Si non est graue nec nimis molestum
Musæ parthenium rogate uestrum.
Sic te serior & beata quondam
Saluo cæsare finiat senectus:
Et sis inuidia fauente fœlix.
Sic burrus cito sentiat parentem:
Admittas timidam breuemque chartam
Intra limina sanctioris aulæ.
Nosti tempora tu iouis sereni:
Cum fulge placidus suoque uultu:
Quo nil supplicibus solet negare.
Non est quod metuas preces iniquas.
Nunquam grandia nec molesta poscit:
Quæ cedro decorata purpuraque

Vmbilicus: ut Porphyrio interpretat: erat ornamẽtũ: quod extremis partibus libro⁹ addebat: uel ex osse: uel ex ligno: ũde dicit res peruenit ad umbilicũ. i. ad finẽ. Cedro: nã libri auctore Vetruuio oleo cedrino tincti nõ timẽt nec tineas nec carie: & Hemina in annalibus: scriptum reliquit libros Numæ reptos a Cn. Terentio sub ianiculo nõ fuisse cõsumptos: quoniã cedrati essent. Alii codices pliniani habent Cærati.

Valiter: laudat Domitianus: q̃ multa ædificia incendio assũpta instauraverit renouatã esse urbẽ sub Dõitiano: factãque nitidioré ut phœnix nitidor é: cũ renouat: nam cõburit se phœnix: & ex cineribus alter phœnix nascit: Apte poeta renoũatã urbẽ ab incẽdio cõpauit phœnici: quæ ipsa arsit: auctor é Trãquillus huius ĩstauratiõis ĩ Dõitiano: Manilius togat⁹ scribit uiuere annos phœnicẽ. cccccc. &. lx. & cõsecratã esse soli in Arabia: conuersionẽ magni anni fieri cum morit: nã extrema senecta cõburit se furculis turis: & aliis ramis odoratis. Exuta. i. deposuit senectã carie. Sũpsit ultus. i. iuuẽtutẽ innouationẽ.

Sui p̃sidis: Dõmitiãi. Vna auis: sola auis phœnix: & semp sola est. Nostræ querelæ: nonnulli codices habent notæ: ut dicas Vulcane parce: & noli iactare ampli⁹ querelã tuã omnibus q̃. s. Venus uxor tua cõcubuerit cũ Marte auctore ĝeneris romani. si legis nostræ. i. noli amplius agitare nostras querelas. Turba martis: nã habemus genus a marte: quẽ odisti: sed habemus etiã a Venere genus quã amas. Catenis lẽniacis: quib⁹ dep̃hendisti Venerẽ cũ Marte ĩ adulterio. Homerus auctor ĩ p̃mis. Amet te patient: q̃uis sis claud⁹ & dformis.

Nigris pagina creuit umbilicis.
Nec porrexeris ista: sed teneto.
Sic tanquam nihil offeras: agasque.
Si noui dominum nouem sororum
Vltro purpureum petet libellum.

Ad Vulcanum.

Qualiter assyrios renouant incendia nidos:
Vna decem quotiens sæcula uixit auis.
Taliter exuta est ueterem noua roma senectam:
Et sumpsit uultus præsidis ipsa sui.
Iam precor oblitus nostræ uulcane querelæ:
Parce: sumus martis turba. sed & ueneris.
Parce: pater sic lemniacis lasciua cathenis:
Ignoscat coniunx: & patienter amet.

De Phasíde.

Edictum domini deique nostri:
Quo subsellia certiora fiunt.
Et puros eques ordines recepit:
Dum laudat modo phasis in theatro
Phasis purpureis ruber lacernis.
Et iactat tumido superbus ore.
Tandem commodius licet sedere.
Nunc est reddita dignitas equestris.
Turba non premimur: nec inquinamur
Hæc & talia dum refert supinus.
Illas purpureas & arrogantes
Iussit surgere lectius lacernas.

Dictum: Phasis libertus cum legitimum equitis censum nõ haberet lacernis purpureis uolebat uideri eques: & cũ nuper Domitianus iussisset seruari legẽ Otl óis: ne cui liceret sedere in. xiiii. gradu. nisi equestrem censum haberet: hic in theatro iactabũdus laudabat legem quasi ipse esset eques: sed Lectius cui ordinis theatralis cura erat demandata iussit eũ surgere. Phasis: nomen proprium liberti: sumptum a Phasi fluuio quẽadmodum Tanais libertus Mecœnatis olim sumpsit a Tanai. Domini: id est Domitiani. Domitianus cum epistolam dictaret sic incepit dominus deusque noster ita iubet. unde institutum est ut ita appellaretur. Purus: id est sine colluuione plebis. Cõmodius licet sedere. i. reddita est dignitas equitibus. Illas lacernas: nam sola lacernis poterat uideri eques: sed censum non habebat.

Anguebā: Symmachus medicus: cuius alibi meminit multis discipulis cōitibus accessit ad Martialē febre laborantem. discipuli autē illi erant iuniores manibus gelidis: ait poeta sibi allatā fuisse maiorem febrem tactu illorum adolescētiū: q̄ prius haberet: captus enim est amore. Nunc habeo: scilicet febrem ardore amoris.

Sse quid: Cōquerit poeta īuidia homiuū fieri: ut mortuis tantū poetis tribuat honos: & hoc accidere ait: quoniā eadē inuidia pturbati hoīes uetera nouis sēp ātepo nūt. eadē ē sententia Quint. q scribit iudiciū de uiuis auctoribus liuore perturbari. & Ouidii: Pascitur in uiuis liuor: post fata quiescit. Sua tēpora .i. auctores suorū tēporū. Pō peii umbrā. i. porticum Pōpeii Domitiano: cuius porticū dicit præstantioré eē pōpeiana: nam q̄ domitianus condiderit porticū nulla qdē extat historia tradita uel a Trāquillo: uel a Tacito: sed ab Eusebio tātū ī tēporib⁹ qđ uix potuerim reperire. Iulia tēpla Catulli: ītelligit capitoliū instauratū a Sylla & đdicatū a Catullo quarto enim cōstructū est capitoliū a Tarquinio qđ Horatius dedicauit: Euersū bellis ciuilib⁹ instaurauit Sylla đdicauit Catullus: bellis uitellianis īstaurauit Vespasian⁹: eo moriente īcensū īstaurauit Domitian⁹. ait ergo poeta præ īuidia hoīes ante pōere porticū Pōpei porticib⁹ Domitiani: & capitoliū dedicatū a Catullo capitolio īstaurato a Dōitiāo. Sic: ꝓpter iuidiā. Iulia tēpla. i. capitoliū. alibi de filio Reguli: Iulia tecta placēt. i. tecta capitolina. Vmbram Pōpei. i. porticū Pōpei. Saluo marone: cū posses legere Mronē. Menādro. quattuor Menādri fuērt: menāder athenié. auctor ueteris comœdiæ: Menāder laodicenus sophista: Menāder byzātin⁹ historic⁹: Menāder filius Diopitis auctor nouæ comœdiæ. Strabo: & īsani ī mulieres amoris hic suo tpe nō fuit habit⁹ ī pcio nā ut scribit Quīt. Philemō prauis iudiciis sui tpis ē p̄latus: Corinna: nomē puellæ fictū ab Ouidio: nā duæ fuērt Corīnæ utraq; thebana & carmīb⁹ liricis erudita: ađo ut iūior cū Pidaro cōtēdisse dicat: hui⁹ tumul⁹ ī boetia erat ipsius effigie: uitta coronata ī monumētū superati Pindari: auctor Pausanias: Inde Ouidius puellæ suæ nomen honestum indidit.

Ardonycas: Laudat carmē Stellæ: quo dicit eū cōsecutū multas gēmas: An ītelligit Violātillā amicā dedisse ei gēmas: quā opusculo cōposito Asteridē appellauit: & in cuius gratiā defleuit colūbā: an intelligit ab aliis etiā habuisse a Domitiano ut puto: cui⁹ uictoriā sarmaticā cecinerit ut mox dicemus. Smaragdos. s. ī fine abiicias demū facias collisionem uocalium. Plures in carmine gemmas. i. uenustatem & florem uerborum.

Vdo: Maslion Ninus codē argumento epigrāma est de stella: sed qui nominet duos

In Symmachum. 9

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum symmache discipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatæ:
Non habui febrem symmache: nunc habeo.

Ad Regulum. 10

Esse quid hoc dicam: uiuis quod fama negatur:
Et sua quod rarus tempora lector amat:
Hi sunt inuidiæ nimirum regule mores:
Præferat antiquos semper ut illa nouis.
Sic ueterem ingrati pompeii quærimus umbrā:
Et laudant catuli iulia templa senes.
Ennius est lectus saluo tibi roma marone:
Et sua riserunt sæcula mæonidem.
Rara coronato plausere theatra menandro:
Norat nasonem sola corynna suum.
Vos tamen o nostri non festinate libelli.
Si post fata uenit gloria: non propero.

De Stella. 11

Sardonycas smaragdos adamātas iaspidas uno:
Portat in articulo stella seuerc meus.
Multas in digitis: plures in carmine gemmas:
Inuenies: id est hæc puto culta manus.

De Eadem. 12

Quod nutantia fronte pertinaci:

Maſclionem & Ninum prodigioſa oſtentatione uirium. horum nomina quod alibi nō repperi: ſed mihi fit ueriſimile: eum intelligere de Athanato: qui eius temporibus floruit. Is quinquagenario plūbeo thorace indutus: & cothurnis quingētorū pondo calciatꝰ per harenā īgrediebat: & de Fuſio ſaluo: q duo cētenaria pondo pedibus totidē manibus & hūeris cōtra ſcalas ferebat: hoc genus geſtādi dedit Iuue. Corbuloni. Decē puellas .i. gemmas decem puellarum: alii ſentiunt precium decem puellarum: quod placet.

Vm: In Caliſtratum qui ſibi ſolis diuitiis placebat: ait enim & ſi non diues eſt tamē ſe eū eſſe qui non poteſt eſſe Caliſtratus: ſed quilibet e uulgo poteſt eſſe quod ē Caliſtratus. nā omnes diuites eſſe poſſunt: poetæ pauci. Non male notus: qa uirtute cognitus. Legor frequēs. i. mea epigrāmata leguntur a multis. Et dicit hic eſt: ut illud Perſii: Pulchrum ē digito mōſtrari: & dicier hic ē. Tua tecta cētenis colūnis. i. habes ſuperbas ædes.

Opes libertinas: an quod fuerit libertus: an opes ingentes: nā libertos īperatorios ſupra cæteros mortales ditiſſimos eſſe ſcribit Plini. ſuperaſſeque ciues ditiſſimos: ut Narciſſum: Palantem: & Caliſtū: quod placet. unde Tacitus ad Senecam ex Nerone: Pudet referre libertinos: q ditiores ſpectantur.

Opes libertinas: id ē īgētes opes. Gleba ſye. Syenes opp. Ægypti qđ fertile erat. alibi poeta: Mitte tuas opes accipe nile roſas. Parma: opp. galliæ ciſalpinæ. hoc qđ tu: id ē diues. Et ſum: ſcilicet poeta.

Itecū: Vita apđ Mart. ut ſupra dictū ē accipit̄ p eo tp̄e: quo in uoluptate honeſta uerſamur: neque q̄ſq̄ dī uiuet apđ hunc poetā: niſi q relaxato aīo moleſtioribꝰ curis honeſte uoluptati uacat. Superba ſtemata: imagīes. Geſtatio: locus ubi antiq geſtabant. Virgo: aq̄ uirgīs. Bonos ſoles. i. bonos dies. Imputāt. i. aſſcribūt tp̄i noſtro. qđ datū erat ad uiuēdum.

Geſtat pondera maſclion ſuperbus.
Aut grādis linus omnibus lacertis:
Septem quod pueros leuat: uel octo.
Res non difficilis mihi uidetur.
Vno cum digito uel hoc uel illo.
Portet ſtella meus decem puellas.

In Caliſtratum. 13

Sum fateor ſemperque fui calliſtrate pauper:
Sed non obſcurus: nec male notus eques:
Sed toto legor orbe frequens: & dicitur hic eſt:
Quodque cinis paucis hoc mihi uita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis:
Et libertinas arca flagellat opes.
Magnaque niliacæ ſeruit tibi gleba ſyenes:
Tondet & innumeros gallica parma greges:
Hoc ego tuque ſumus: ſed quod ſum nō potes eē
Tu quod es: e populo quilibet eſſe poteſt.

Ad Martialem. 14

Si tecum mihi care martialis
Securi liceat frui diebus:
Si diſponere tempus ocioſum:
Et ueræ pariter uacare uite:
Nec nos atria: nec domos potentum
Nec lites tetricas forumque triſte
Noſcemus: nec imagines ſuperbas.
Sed geſtatio: fabulæ: libelli:
Campus: porticus: umbra: uirgo: thermæ
Hæc eſſent loca ſemper: hi labores.
Nunc uiuit neuter ſibi: bonoſque
Soles effugere atque abire ſentit.
Qui nobis pereunt & imputantur.
Quiſquam uiuere cum ſciat moratur?

De Manneio. 15

Sedere primo ſolitus in gradu ſemper

Edere: Renouata lege theatrali a Domitiano multi q̄ pus temeritate ſua p̄miſcue ſedebant: ī plebeā turbā retrudebantur: cū cēſum equeſtre nō haberēt: nūc deridet

Manneius qui ex ordine equestri deiectus in ultimum ordinem: & uix sedens extrema parte subsellii altero genu uidebat stante cum altero sedere: tamé adhuc iactantibus dicebat se de sententia equitum sedere dimidiū dimidia uero parte. Lectio: magistro theatralis ordinis iubente se stare. In primo gradu: decimo quarto. Tum: ante legé promulgatā. Occupare: capere ordines ꝑmiscue. Transtulit: castra alludit ad equitem .i. discessit cum soleret sedere prius inter ꝑmos. Caput cucullo: an quia eum pudebat & nolebat agnosci: an quia uelis theatralibus ipse nō tegeretur ueste tegebatur. Indecés: sine dignitate. Et se stare lectio .i. altera parte stare iussu Lectii: quasi hoc amare diceret in Lectium: cui ex dimidia parte satisfacere uolebat. risꝰ é poetæ.

Tunc cum licebat occupare manneius.
Bis excitatus terque transtulit castra.
Et inter ipsas pene tertius sellas:
Post caiumque luciumque consedit.
Illinc cucullo prospicit caput tectus:
Oculoque ludos spectat indecens uno
Et hinc miser deiectus in uiam transit
Subsellioque semifultus extremo
Et male receptus altero genu iactat:
Equiti se sedere letioque se stare.

Ad Cæs. Do. 16

Quintus nostrorum liber est auguste iocorum:
Et queritur læsus carmine nemo meo.
Gaudet honorato sed multus nomine lector:
Cui uictura meo munere fama datur.
Quid tamē hæc prosūt q̄uis uenerātia multos?
Non prosunt sane: me tamen iusta iuuant.

Ad Lectorem. 17

Seria cum possim quid delectātia malim:
Scribere? tu causas es lector amice mihi.
Qui legis & tota cantas mea carmina roma:
Sed nescis quanti stet mihi talis amor.
Nam si falciferi defendere templa tonantis:
Sollicitisque uelim uendere uerba reis:
Plurimus hispanas mittet mihi nauta metretas
Et fiet: uario sordidus ære sinus.
At nunc conuiua est comessatorque libellus:
Et tantum gratis pagina nostra placet:
Sed non hac ueteres contenti laude fuerunt:
Cum minimum uati munus alexis erat.
Belle inquis dixti. satis est laudabimur usque:

Quintus noſtrorum liber eſt auguſte iocorum: Et queritur læſus carmine nemo meo. Gaudet honorato ſed multus nomine lector: Cui uictura meo munere fama datur. Quid tamē hæc proſūt q̄uis uenerātia multos? Non proſunt ſane: me tamen iuſta iuuant.

Ad Lectorem. 17

Seria cum poſſim quid delectātia malim: Scribere? tu cauſas es lector amice mihi. Qui legis & tota cantas mea carmina roma: Sed neſcis quanti ſtet mihi talis amor. Nam ſi falciferi defendere templa tonantis: Sollicitiſque uelim uendere uerba reis: Plurimus hiſpanas mittet mihi nauta metretas Et fiet: uario ſordidus ære ſinus. At nunc conuiua eſt comeſſatorque libellus: Et tantum gratis pagina noſtra placet: Sed non hac ueteres contenti laude fuerunt: Cum minimum uati munus alexis erat. Belle inquis dixti. ſatis eſt laudabimur uſque:

Eria: Cōquerit Martialis q̄ cum multi delectentur eius carminibus nihil donent: & diſſimulent ſe intelligere qd̄ petat his iocis: Interea que omittat alias artes: p̄ſertī agendaꝝ cauſaꝝ unde multū poſſet lucrari. Amice mihi. antiquus codex habet nō mihi: ſed malo: qd̄ placet ut dicat es cā damno meo. Seria .i. res grauiors. Quāti ſtet mihi: q̄ti mih cōſtet amor tuus meorū carminū nā dū ſeruio tibi omitto alias res. Metreta: ſunt qui putāt metretam ꝑ genere uaſis & cadi accipi: quo uerbo uſus eſt luue. ut. ſ. metretā accipiat ꝑ amphora uiuaria uel potius ꝑ uino. ſupra: ſeptenaria ſytheſis ſagunti: ſed fuerit ab ſurdum accipi metretam progenere ſordidæ pecuniæ: ut illyria habebat nūmos quoſdā peculiares: quos appellabat uictoriatos: afferebatque Romā gtatia cōmercii. Templa falciferi tonātis .i. ſaturni: nā Saturnus numé reorū erat: ī cui templo ſeruabatur ærarium romanorum: propterea poeta cum de reis loquitur huius meminit: hoc magis placet q̄ ſi dicas defendere templa tonantis .i. publicum fiſcum tueri. Conuiua libellus: id eſt uix adhibeor in conuiuiis. Gratis: ſine precio. Pagina: id eſt carmē quaſi dicat ſi daret nō placeret Alexis: puer datus Virgi. a Mecœnate: munera erat Alexis: quæ Mecœnas dederat Virgilius. Diſſimulas: ſimulas te non intelligere quid uelim: ut ſupra: Iam notus diſſimulator.

Facies me cauſidicum.i.coges me deſcendere ad cauſas agẽdas: cum ñihil des: nihil enim dabis ut uideo. Alibi: Nec legis & laudas quæ tibi fama petit..

Vm pauos: Deridet Gelliã quæ iactãs nobilitatẽ ſuã cõtẽnebat equitẽ: negabatque ſe nupturã niſi Latoclauo. Latoclauo ueſte utebant & nobiliores & ditiores & qui ea ueſte utebant latoclaui dicebant. Tranquillus de Nerone: A latoclauo cuius uxorẽ attractauerat cæſus.i.tãdẽ ut poſſit cõmiſcere nupſit iudæo diuiti. Cophinus græce & ciſta eodẽ uerbo dicunt: id iudæi ĩ ſuppellectile habebãt. Iuue. Colphinũ fœnũque ſupellex. Iudæus ergo poteſt dici ciſtifer: quia ſecũ ferat in ſupellectile cophinũ: & qui obſonia ferũt mercede ciſtiferi ſũt: uel aliud aliqd uẽdẽtes. deridet igitur poeta Gelliã qꝛ nupſerit ciſtifero: cũ putet ſe ditiſſĩo nupſiſſe. Ciſtifer cõe uerbũ é: & iudæo fortaſſe ditiſſĩo: & paupi mercenario. Nĩ eques ſordida cõditio.i.dũ ñdũ placet eques: & eũ cõtẽnis tãq̃ te ĩferioré.

Vod: Ad Quintianũ cui ait ſe mittere ĩ ſaturnalibus ñ mũera: quæ mitti ſoleãt ſed uerſus qm̃ ea munera quæ mittunt a paupib⁹ diuitib⁹ ſũt doloſa: & plus petũt q̃ afferant ſe tamẽ debere uideri liberalẽ: nã cũ paup nihil donat é libera lis: qa nihil petit. Vernulas: natos domi: mẽſe decẽbri ĩ ſaturnalib⁹. Ligula: erat genus gladii auctore Gellio a ſimilitudie lingue: & ꝑ ĩſtrumento accipi poteſt qđ ad ſimilitudinẽ linguæ cõflatũ uſui é: ad aromata & cõdimẽta tractãda. mittebant ligula ĩ ſaturnalib⁹: ut in diſtichis: apertũ eſt. Cæreus: etiã mittebat ĩ diſtichis: Hic tibi nocturnos ꝑſtabit cære⁹ ignes. Pruna damaſcena: ĩ diſtichis: Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ: Sũmo ſolẽt duri ſoluere uẽtris onus. Damaſcus nobilis urbs Syriæ prunis: & mixis nobilis. ĩ ſaturnalib⁹ Domitiani: Sparſa pruna. Papinius: Quos pia germinat Damaſcus. Et chartæ mittebãtur: ut ĩ diſtichis: Seu leuiter noto ſeu caro miſſa ſodali: Omnis iſta ſolet charta uocare ſuos: Et paulo poſt. Senibus: rugoſis. Scarus: piſcis optimus: ſolus ruminat: ut Plinio placet. Iecinore cõmendatur: ut in Vitelii patina commemorat Tranquillus ſcarorum iecinora.

Iq̃ fides: Inſtaurata urbe a Domitiãõ & caſtigatis morib⁹: poeta cõqueritur unũ tãtũ uitiũ reſideri: qꝛ diuites amici nihil dẽt pauperibus. Si q̃ fides ueri.i. ſi ueritati credẽdũ eſt. Quando licuit.i.quãdo potuimus. Triũphos: an duplicẽ triũphũ: quẽ egit Domitianus de dacis: an põpas ludoꝝ triũphos appellauit: Dei palatini: quãdo magis meriti ſũt đ patria q̃ tu Domitiãe: quoniã expulſis delatoribus uoluiſti unicuiqꝫ eſſe uitã liberã. Ingratas amicitias.i. ĩgratos amicos. Proſequit.i. afficit mũerib⁹. Eques nõ alien⁹:eques

Diſſimulas facies me puto cauſidicum.

In Gelliam.

Dũ proauos atauoſque refers & noĩa magna:
Dum tibi noſter eques ſordida conditio eſt.
Dum te poſſe negas niſi lato gellia clauo:
Nubere. nupſiſti gellia ciſtifero.

Ad Quintianum.

Quod tibi decembri menſe quo uolãt mappæ:
Gracileſque ligulæ cæreique chartæque:
Et acuta ſenibus teſta cum damaſcenis:
Præter libellos uernulas nihil miſi.
Fortaſſe auarus uidear: aut inhumanus.
Odi doloſas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: nanque quis neſcit:
Auidum uorata decepi ſcarum muſca.
Quotiens amico diuiti nihil donat.
O quĩtiane liberalis eſt pauper.

Ad Cæſ. Do.

Si qua fides ueri præferri maxime cæſar
Temporibus poſſunt ſæcula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit ſpectare triũphos
Quando pallatini plus meruere dei?
Pulchrior & maior quo ſub duce martia roma:
Sub quo libertas principe tanta fuit?
Eſt tamen hoc uitiũ: ſed non leue ſit licet unum:

non alienus a Martiale dicitur: qui censu suo equestrẽ optinet dignitatem: ad differentiam equitis qui quum equo stipendium faciat eques est: sed alienus: nam ĩ militiam aliena mercede conducitur. In distichis: Fœlix cui comes est non alienus eques. Illic plura dicemus. Eques non alienus. i. qui diuitiis eques est.

Saturnalitiæ: Idem carpit hortans Domitianũ: ut cum alii non dent: det ipse. Est luxuria: id est nimium esse putant ciues romani. Reges tumidi. i. domini superbi.

Selibræ: selibra media libra erat: quod pondus in muneribus saturnalitiis erat cõstitutum: inde apud hunc poetam repperies duas selibras tres libras. Scrupulum: genus ponderis. Flãmarisue togæ hoc. i. si miseris togam flãmaré decé scrupulorũ. Flãmari: rubræ a colore flammæ: Et rubræ uestes eadem metaphora ardere dicuntur: nã uestes purpureæ in saturnalibus mittebantur. alibi: Cadmi municipes fera lacernas. Crepet: numeret: nã dum numerãtur crepitum faciunt nummi. Quatenus: id é quoniam. Esto amicus. i. donaita appellat amicum Martialis. Dulcior: liberalitate.

Vintum: Apollodorum rhetoré memoriæ infirmæ deridet: de quo alibi extat epigramma: qui ne amicos quidem suo nomĩe salutabat: sed tandem cœperat recte salutare: & appellare. Ait poeta hoc accidisse eius labore: quod scripserat memoriæque mandauerat multos fuisse Apollodoros supra é dictum: Apollodoro gaudet imbrifer Nilus. Quintum: iocus é in nominibus Quintum & Decimũ & Marcũ & Crassum: ut ostendat eum infirmæ prorsus memoriæ quum ne his quidem nominibus seruetur.

Ane domi: Cõqueritʼ q̃ post lõgæ uiæ labores non ĩueniat Paulũ domi qué possit salutare: ante. n. exierat q̃ uenerit Marti. ĩter cætera poeta uota optat multis ĩ locis somnũ: alibi se reliquisse urbem: cum ibi non posset dormire scribit: Matutine cliens urbis mihi causa relictæ: ait ergo se nõ posse colere Paulum: neque eũ dominũ habere nisi dormiat. Sit longius: adiurantis est: id est nisi uolui te uidere. Tuæ æsquiliæ: quarũ interuallum mihi est molestum: sint etiam longius. Aesquiliæ: in quibus habites: nõ cõqueror longitudinem uiæ sed quia subeo multa discrimina. Pila tiburtina: locus in urbe erat ex lapidibus tiburtinis. solet poeta ab obscuris locis uel exiguis domũ suam designare: ut alibi: Longum est si uelis ad pirum uenire. Iouem antiquũ: an ueteris capitolini Iouis uestigia: an de foro antiquo intelligit: an antiquũ Ioué dixit ut Papinius dixit ad differentiam Domitiani noui Iouis. placet prima sententia: ex auctoritate Varronis est. Vincenda semita: id est oportet me superare cliuum suburbanum.

Et nunquam ſicco ſordida ſaxa gradu.
Vixque datur longas mulorũ uincere mandras:
Q uæque trahi multo marmore ſune uides.
Illud adhuc grauius.quod te poſt mille labores:
Paule:negat laſſa ianitor eſſe domi.
Exitus hic operis uani:togulæque madentis:
Vix tanti paulũ mane uidere fuit.
Semper inhumanos habet officioſus amicos:
Rex niſi dormieris:non potes eſſe meus:

Ad Baſſum. 24

Herbarum fueras indutus baſſe colores:
Iura theatralis dum ſiluere loci.
Q uæ poſtquam placidi ſenſoris cura renaſci:
Iuſſit.& oceanum certior audit eques.
Non niſi uel cocco madida uel murice tincta:
Veſte nites:& te ſic dare uerba putas:
Q uadringentorum nullæ ſunt baſſe lacernæ:
Aut meus ante omnes codrus haberet equũ.

De Hermete. 29

Hermes martia ſæculi uoluptas:
Hermes omnibus eruditus armis:

Nunq ſicci:non contaminata luto. Mulorũ:uix poſſum ſuperare multitudinẽ mulorum.Iuue.Stantis conuitia mandræ.Codex antiquus habet murorũ:quod nõ placet ut mandras muros intelligas ſaxa paſſim iacentia:qđ inſequẽs uerſus uidet ꝓbare. Trahi multo:eadẽ icommoda cõmemorat Vmbritius apud Iuue.Coruſcat lõge abies. Labores:poſt mille pericula ſuperata. Madẽtis:pluuia.Iuue. Et multo ſtillaret penula nymbo. Vix tanti paulũ:ſenſus eſt tot labores ſum perpeſſus cũ pueni domum tuam:ut etiam ſi te domi iuenirem id uix ſatis eſſet ꝑmii laboribus quaſi di.quanto grauius oportet eſſe.q poſt tot labores te non inueniam. Officioſus:qui diligenter colit amicum. Tu non potes eſſe meus rex: id eſt nolo te dominum. Niſi dormieris:niſi mane domi quieſcas.q.d. nolo dominum aliis ſeruire:quod alibi dixit: Qui rex eſt regem Poſthume non habeat:nam intelligo Paulum egreſſum fuiſſe mane ut alios ſalutaret.

Erbas:In Baſſum quĩ reuocata lege de theatrali equitum conſeſſu a Domitiano:ut ipſe quoque eques uideret ſumpſit lacernas purpureas:cũ tamẽ non haberet cenſum equeſtrem:ait poeta equitem nullũ exiſtimari ꝓpter lacernas:cũ nullæ lacernæ ualeant q̃dringenta.q.d. nõueſtes requiri ad iuſtum equitẽ: ſed cenſum quadrigentos ſeſtertios:nam ſi ueſtibus dignitas equeſtris eſſet cõcedenda:Codrus quẽ ſupra appellauit principẽ penulatos eques eſſet cũ tamen non habeat cenſum equeſtrẽ:ita utrunque ſubſanat. Herbas:eodẽ ferme argumento dictum eſt ſupra in Phaſidẽ:illas purpureas & arrogantes luſſit ſurgere Lectius lacernas. Colores herbas:an uirides colores dicit:ueſtib⁹ enim uiridibus nonnulli utebantur:quod teſtatur Papinius in Glautia liberto Melioris cum de eius ueſtibus loquitur:Nunc herbas imittare ſinu.An quod magis placet ad differẽtiam purpuræ.quæ tingitur ſanguine muricis & coccineæ:quæ cocco pomo fruticis:denique & aliarum ueſtium precioſarum:nam precioſiores ueſtes aliis medicaminibus uiliores herbas ſucis inficiebantur. Iura.xiiii.gradus. Siluere:erant abrogata. Quæ:iura equeſtris ordinis.

Renaſci:reuocari in uſum:nam reuocauit legem Othonis.Iuuenalis:Exeat inquit ſi pudor eſt:& de puluino ſurgat equeſtri:Cuius res legi non ſufficit. Oceanum: præfectum ſubſelliorum & magiſtrum ordinis equeſtris. Certior eques: non plebe immixta. Dare uerba:decipere Oceanũ. Sic: ueſtibus iſtis. Codrus: quem ſupra dixit principem penulatorum.

Ermes:Hermetẽ gladiatorẽ laudat eruditũ omniũ gñe armos:quẽ ĩ omni parte certamis bene uerſatẽ ait ſolum eſſe oĩa & ter unũ:alludẽs ad Hermetẽ termegiſtũ quẽ græci ter maximũ dixerũt Lactãtio auctore.nã id ſignificat termegiſtus a uarietate diſciplinas. Martia uoluptas.i.armos uoluptas oĩbus armis.i.omni genere pugnæ.

Magiſter:laniſta magiſter gladiatorum. Turba:perturbatio. Sui ludi.i.ſuæ diſciplinæ:& ſuorꝫ gladiatorum. Helius gladiator & uictor aliorum. Cadit:uincitur. Aduolans:gladiator. Hermes ſuppoſititius:id eſt qui ſolus ſibiipſi ſuccedit:cũ alii aliis feſſis ſoleant ſuccedere. Locariorum:an locari dicuntur illi qui locant foros ad ſpectandũ: ut dicat Hermetem diuitias eſſe locariorꝫ:cum multi conflant ad eum ſpectandum cõductis locis a locatoribus.an locarios eos dicit qui ad ludos inſtruendos inſtrumenta aliqua locare ſolent. Vel iocariorum diuitiæ qui diligit' ab iis q ludis delectantur: ut ſequitur de mulieribus:quod magis placet. Ludiæ:dicunt' uxores gladiatorũ & amicæ. de Hyppia Iuuenalis: Quid uidit propter qđ ludia dici Suſtinuit: Cura & labor ludiaꝫ: uel amatur a ludiis hoc eſt a mulierib9: quæ gladiatoribus delectabant'. Iuuenalis: Ferrũ eſt quod amãt. uel ludias accipit hoc loco pſaltrias:& id genus mulierũ quæ in theatra procedũt. Superb9 haſta:& haſta pugnat Hermes

Hermes & gladiator & magiſter:
Hermes turba ſui tremorque ludi
Hermes quem timet elius ſed unum:
Hermes cui cadit aduolans ſed uni
Hermes uincere:nec ferire doctus
Hermes ſuppoſititius ſibiipſi:
Hermes diuitiæ locariorum.
Hermes cura laborqne ludiarum.
Hermes belligera ſuperbus haſta
Hermes æquoreo minax tridente
Hermes caſſide languida timendus
Hermes gloria martis uniuerſi
Hermes omnia ſolus:& ter unus.

Tridente æquor:id eſt fuſcina.nam gladiatores qui retiarii dicebant' utebãtur fuſcina tridẽte Neptuni aduerſus gladiatorem galeatum & mirmilonẽ appellabant. In cuius galea erat piſcis:id gen9 certaminis inuenit primus Pithacus aduerſus Phrinonen. Galea timendus .i. bonus mirmillo: & optim9 retiari9. Ter unus: id eſt Hermes aliter Termegiſtus.i.ter maximus: alludit cũ nomine Hermetis qui dicebatur termegiſtos.

De Chereſtrato.

Vadringenta. Eodem ferme argumento ſupra eſt epigrãma: Prætorem pauper.C.ſeſtertia Gaurus.cõquerit' enim de promulgata lege theatrali ordine a Domitiano nonnullos qui equites olim erãt imminuto cenſu.nunc ita excitari de cõ ſeſſu equeſtri:ut nemo ſit qui commoueatur & tantũ donet quantũ deeſt ad iuſtum cenſum:cum tamẽ aurigis multa darent:quod ſupra etiã conqueſtus:Quod non das equitibus dare prætor equo.ait ergo neminẽ ita laudatum iri:neque fore carmine ſuo ĩmortalem. Chereſtratus:pauper eques:hi duo uerſus ſunt amici monẽtis:ut ſurgat cũ nõ ſit eques ueniente Lectio:ut illud Iuue.Exeat inquit ſi pudor eſt. Quadringenta nõ ſunt .i.nõ habes cẽſum equeſtrẽ. Surge:ex:xiiii.gradu. Sta: fuge curre:uoces amicorꝫ ſunt plequẽtium Chereſtratũ conſternatũ. Ecquis:uerba Mart.cõquerẽtis. Reuocat:donatũ cẽſu equeſtri. Io:uox blandientis. Quẽ.i.quis ẽ qui uelit celebrari carmine nr̃o.
Qui nõ uult dare lacus: hoc eſt qui nõ uult oĩo mori:ut nõ celebret' carmine noſtro obeius aliquẽ liberalitatẽ. Nymbo rubro:uaſe illo fundente crocũ mixtum uino.

Scorpus:auriga.de q̄uo ſupra:ſcis inquit ſcorpo talioque daturum. & alibi: cū ſermo fabulæque laſſæ de ſcorpo fuerint:& incitato.& alibi:Cum ſcorpus unus.xv.graues horas feruentis auri uictor afferat ſaccos.Quod ait naſum:uis hoc dictum eſſe per cōtemptū a poeta:ut eū notauerit a corporis deformitate:quoniā.ſ.ſcorpus habuerit per grandem naſum.Is cum uellet imaginem dicere dixerit:tu das hæc ut eius naſus eiuſque imago ſplendeat ubique per urbem. Aurea:placet magis intelligas de habitu oris:quo utebantur: nam oris indumentū fulgebat in auriga.Silius de auriga:Cinyphio rector radiabat fronte peloro:Camphaſus.

Fruſtra:ut ſupra dixit male diuitiis arce.q.d.dātur diuitiæ ut his utamur ad liberalitatem:ſed tu cū non des fruſtra ſunt datæ. Diſſimulator eſt: ut ſupra dictū eſt qui cum ab eo aliquid petitur ſimulans ſe non intelligere non mouetur.

Quæ fama:id eſt qualis fama. Perit tibi: uel tu legis hæc:& laudes mea carmina.

Sed tibi hæc fama perit:id é non das aliquid: & hanc famā negligis. Alibi:Facies me puto canſidicum:quia ſcilicet nihil dabis.

Quam non ſenſuro dare quadrigēta caballo:
Aureus ut ſcorpi naſus ubique micet.
O fruſtra locuples:o diſſimulator amice
Hæc legis & laudas quæ tibi fama perit?

Ad Codrum. 2-7

Quod alpha dixi codre penulatorum
Te nuper aliqua cum iocarer in charta:
Si forte bilem mouit hic tibi uerſus
Dicas licebit beta me togatorum.

In Fictum equitem. 2-8

Ingenium ſtudiumque tibi moreſque genuſque
Sunt equitis:fateor cætera plebis habes.
Biſſeptena tibi non ſunt ſubſellia tanti:
Vt ſedeas uiſo pallidus oceano.

In Mamercum. 2-9

Vt bene loquatur ſentiatque mamercus
Efficere nullis aulæ moribus poſſis:
Pietate fratres currios licet uincas
Quiete neruas:comitate druſones:
Probitate marcos:equitate mauricos
Oratione regulos:iocis paulos.
Rubiginoſis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forſan eſſe tu credas:
Ego eſſe miſerum:credo cui placet nemo.

Vod alpha.Iratus eſt Codrus:q̄ de eo ſupra dixit alpha penulatorum ſi inquit poeta iratus es Codre potes ulciſi:nam appella me beta penulatorum: id eſt ſecundum: nam B eſt ſecunda littera: ſolet uocari ex ordie litterarum & carminis nōnunquam ut ſupra. Si tibi miſtyl:coquus æmiliane uocatur.

Ngenium.In equitem pauperem qui ex lege nuper renata cum diceretur ex ordine equeſtri:quoniam cenſu careret conquerebatur:q̄ cum eſſet eques ingenio moribus ſtudio genere eiceretur:Martialis reſpondet eum quidem eſſe equitem illis dotibus:ſed in reliquis hoc eſt in cenſu haberi plebeium:q̄ cum ipſe intelligat non debet tāti facere conſeſſum equeſtrem:ut ſedeat illic:& uemente Oceano palleat timore ne detrudetur. Cætera:in cēſu es plebeius. Biſſeptena:id eſt.xiiii.gradus. Non ſunt tanti tibi:id eſt non tanti facienda a te.

T bene.In Mamercum maledicum:cui cum nemo placeat & in omnes inuehatur: aliquis fortaſſe putauerit eſſe maledicum & malignum:ſed poeta ait eum cui nemo placeat miſerum debere uideri:& non malignum.Mamercum enim proprium eſt oſci matrem Mamercum appellant. Curii:pii fuere:Neruæ quieti.poeta tribuit cuique familiæ ſuam probitatem.

I quando. Ex uulgati opiñione auctore Pliñio putabañt eũ q ediſſet carnes lepo rinas ſeptem diebus formoſiorem fieri: & uideri. Gellia hoc dicebat Martiali cum mitteret leporẽ ipſa deformis. Nunquã gellia ediſti leporem: adeo deformis es.

Arro. In ſaturnalibus mittit carmina Varroni: ita enim codices habent: quæ ĩ grã diore carmine uerſantem rogat: ut ſi relaxare animum cupit non legat potius aut Catullum aut elegiacos numeros: quam uerſus ſuos: niſi forte malit nucibus ludere: q̃ legere ineptum carmen. Infi ciande: non reſpuende. A co thurno ſophoclæo: id ẽ a ſtilo tragico: quoniam ĩ eo ſtilo cla ruit ſophocles. Galabra lyra: id eſt enniana: alii oratianam in telligũt: cũ Horati⁹ ipſe ait ſe dubios fines ĩcoluiſſe: & ñ pla ne dignoſci an calaber ſit an appulus. Scæna catulli facun di: ideſt amœna & plena uolu ptatis lectio. Fumoſo decẽ bri: id eſt ſaturnalibus. Sub menſe: id eſt apte mittuntur ĩ ſaturnalibus. Horatius: Age li bertate decembri.

Ad Gelliam.

Si quando leporem mittis mihi gellia dicis
Formoſus ſeptem marce diebus eris.
Si non derides: ſi uerum lux mea narras:
Ediſti nunquam gellia tu leporem.

Ad Varronem.

Varro ſophoclæo non inficiande cothurno:
Nec minus in calabra ſuſcipiende lyra:
Differ opus: nec te facundi ſcæna catulli
Detineat: cultis aut elegia comis.
Sed lege fumoſo non aſpernanda decembri
Carmina: mittuntur quæ tibi menſe ſuo.
Commodius niſi forte tibi: potiuſque uidetur
Saturnalitias perdere uarro nuces.

De ludo puerorum cum iuuencis.

Aſpice quam placidis inſultet turba iuuencis:
Et ſua quam facilis pondera taurus amet.
Cornibus hic pẽdet ſummis: uagus ille p armos
Currit: & in toto uentilat arma boue.
At feritas immota riget: non eſſet harena
Tutior: & poſſent fallere plana magis.
Nec trepidant greſſus: ſed de diſcrimine palmæ
Securus puer eſt ſollicitumque pecus.

Spice. Spectaculum tau rorum pugnantium in ſidentibus pueris ei proximũ uidetur: quod theſſali equites in theatro auctore Tranquillo domantes feros tauros: quib⁹ inſidebant indeque deſiliẽtes cornibus dedueebant ad terrã: ſed hic de pueris epigramma ẽ. Placidis iuuencis: mãſuetis.

Sua põdera: ideſt pueros inſi dentes. In toto boue: ideſt p omnem partem bouis. Hare na: theatrum. Tutior: pueris magis fallere ueſtigia puerorũ: id eſt facilius laberentur p ha renam q̃ cum tauris inſidunt.

Eſt ſecurus: id eſt nõ eſt ſollici tus neque anxius de futura ui ctoria: ſed pecus.

De Criſpo.

Quadrantem criſpus tabulis fauſtine ſupremis
Non dedit uxori: cui dedit ergo? ſibi.

In Cauſidicum.

Carpere cauſidicus fertur mea carmina: qui ſit
Neſcio: ſi ſciero ue tibi cauſidice.

Vadrantem. Criſpus luxũ omnia perdiderat moriens nihil reliquit uxori: ait poeta non eſſe mirandum: ſi nihil dederit uxori: quoniam omnia ſibi id eſt ſuo uentri de derat. Supremis tabulis: id eſt teſtamento. Sibi: id eſt uentri ſuo dedit.

Anc. Amisit Herotionem puellam natam domi ex fenuis mortuam, prosequitur hoc epigrâmate alloquens Frontonem & Flacillâ parentes suos: quibus umbrâ puellæ cõmendat: nam illi iam erât tincti. Ora prodigiosa. i. Cerberi tricipitis. Herotion a sanitate amoris nomẽ finxit Marti. nam heros herotos significat amorem. Fuit impletura. i. ipleuisset. Frigora sextæ brumæ. i. sextũ annũ. Patronos: Flacillã & Frontonem qui ei sũt ueteres patroni. Garriat: pueriliter exprimat. Ore blæso: balbutienti. Illa: puella ñ fuit tibi grauis: qa cũ calcabat te leuissima adhuc erat puella.

Vm sibi. Euclidem græcum deridet: qui ut sederet gradu. xiiii. mentiebat & diuitias: & genus: sed dum cõtenderet cum Lectio: qui eum excitabat e. xiiii. gradu defluxit repẽte clauis ex sinu: nam omni carebat familia. Euclides ipse sibi famul⁹ erat: & ianitor: unde deprehensum est ab omnibus eũ mentiri. Patrensibus: patre peloponnẽsi oppidum hic indiderat nomẽ a patria fundis. Corinthio suburbano: id est ex agro corithio in suburbio. Læda pulchra: id est dicebat se ducere genus a Læda lacæna. Suscitanti: eũ surgere cogenti. Nunquam fuit nequior: quæ eo tempore indicauerat dominum carere familia: cũ diuitias iactabat.

Vella. In Petum qui lugentem Martialẽ mortẽ Herotionis accusabat: monebatque eum debere esse forti animo suo exemplo: qui quãuis uxorem locupletem amisisset: tamen non lugebat. nihil inquit poeta fortius est nostro Peto: qui quamuis. cc. sestertia morte uxoris tetigerit: tamen uiuit: neque angitur: propterea hoc ironice dictum est: & pcauillum. ostendit enim Martialis eum nõ lugere: quia lætetur poti⁹ uxoris morte ob magnam hæreditatem: q̃ doleat. Puella: Herotion. Cygnis senib⁹. iam morituris: tũc enim optime canunt: uel senibus: id est canis propter candorem: nam hoc epitheton est perpetuum apud hũc poetã.

Galesi phalentini: ide est Tarentiñi.

De Herotionte. 34

Hanc tibi fronto pater genitrix flacilla puellam
Oscula commendo delitiasque meas.
Pallida nec nigras horresc ãt herotion umbras
Oraque tartarei prodigiosa canis.
Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ:
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam ueteres ludat lasciua patronos:
Et nomen blæso garriat ore meum.
Mollia nec rigidus ceptes tegat ossa. nec illi
Terra grauis fueris: non fuit illa tibi.

De Euclide. 36

Cum sibi redire de patruelibus fundis
Ducenta clamat coccinatus euclides
Corinthioque plura de suburbano
Longumque pulchra stemma repetita læda
Et suscitanti letio reluctatur
Equiti superbo nobili locupleti.
Cecidit repente magna de sinu clauis.
Nunquam tabulle nequior fuit clauis.

Ad Faustinum. 37

Laudatus nostro quidam faustine libello
Dissimulat quasi nil debeat: imposuit.

De Herotionte puella. 32

Puella senibus dulcior mihi cygnis
Agna galesi mollior phalantini
Concha lucrini delicatior stagni.
Cui nec lapillos præferas erythreos
Nec modo politum pecudis indice dentem
Niuesque primas: liliumque non tactum
Quæ crine uincit bætici gregis uellus

Muris erithræi: rubri maris: ideſt margaritas: q̃ui ruffus erat in ſpeciẽ auri: q̃uo colore oues bæticæ habẽt lanã. Nitella: erat mica puluerisauri iter harenas. hoc uerbo uſus ẽ Solinus in collectaneis: ut dicas puellam uiciſſe colorem harenæ rheni crinib⁹: quæ harena eſt aurifera. Si legis mitella exemplo Virgilii: Graia redimita mitella: dices puellã ſuperaſſe dignitatẽ criniũ germanorũ: qui & torti ſunt: ut ſupra: Crinibus in nodum torti uenere ſicambri: & mitella aurea teguntur. Iuuenalis: Reticulúque comis auratũ ĩgẽtib⁹ implet. placet ut intelligas nodos rheni cincinos: & capillos germanorum & nitellam auream micantem in harenis. Fragrauit: redolu it. Atticarum: cærarum: idẽ mel hymetium.

Gleba ſuccinorum: id eſt electri: quia fragrat cum frãgitur electrum. Sciurus: animal eſt magnitudine gliris pilo ſubruſo: cauda totum corpus tegẽs: unde ſuum nomen accepit: nã σκια umbram ſignificatur: & ὀυρα caudam: nam cauda umbram ſibi facit: Erit frequẽs: id ẽ ita uilis erit ut multæ phœnices eſſent. Sed tamen uiuo: hic ſenſus placet ut intelligas Pætum amiſſa uxore locupletẽ ſimulaſſe luctum: cum tamẽ lætaretur: & uſum eſſe hoc uerbo apud Martia. q. accuſantẽ eum q̃ lugeret cum ipſe uiuat amiſſa uxore. Ducenties: ſeſtertia: & tamen uiuit: alludit ad hoc uerbum uiuo quod ſupra dixerat. Pætus ſimulãs dolorem morte coniugis.

Rhenique nodos: aureamque mitellam
Fragrauit ore quod roſarium pæſti
Quod atticarum prima mella cærarum.
Quod ſuccinorum rapta de manu gleba
Cui comparatus indecens erat pauo.
Inamabilis ſciurus & infrequens phœnix
Adhuc recenti tepet herotion buſto.
Quam peſſimorum lex auara fatorum
Sextam peregit hiemem: nec tamen totam
Noſtros amores gaudiumque luſuſque
Et eſſe triſtem me meus uetat pætus
Pectusque pulſans pariter & comam uellens.
Deflere non te uernulæ pudet mortem.
Ego coniugem inquit exculi: & tamen uiuo:
Notam ſuperbam: nobilem: loculupetem.
Quid eſſe noſtro forcius poteſt pæto?
Ducenties accepit: & tamen uiuit.

In Calliodorum.

Calliodorus habet cẽſum: quis neſcit? equeſtrem
Sexte: ſed & fratrem calliodorus habet.
Quadringenta ſecat: qui dicit ſic americe.
Vno credis equo poſſe ſedere duos?
Quid cum fratre tibi: quid cũ polluce moleſto?

Allidorus. Contendebat ſibi eſſe oportere locum in equeſtri ordine cum haberet quadringenta: poeta ait hunc quidẽ habere quadringenta: ſed habere & fratrẽ diuiſum: igitur cenſum non ſatis eſſe duobus equitibus: conſuluit præterea ut ſi equitis locum uult retinere imitetur Caſtorem & Pollucẽ: ut ſcilicet alterius diebus ſedeat cũ fratre: non poſſe enim ambos eodem tempore ſedere tanquã equites. Cenſum equeſtrem: id eſt quadringenta. Sicamerize: prouerbium græcum tractum a fratribus diuidentibus bona: qui eo uſque minima quæque diuidi poſtulant: ut ficorum partem diuidi uelint: non poteſt igitur inquit poeta qui fratrem habet uideri ſolus habere totũ cenſum: cum frater noto illo uerbo uti ſoleat in diuidendis bonis συκαμεριζε: id ẽ diuide ficos. alii codices habẽt ita iſamerize: id eſt æqua portione diuide: quod placet. Qui dicit: ille frater qui dicit ſicamerize: id eſt diuide ficos: multo magis petet diuiſionem quadringentorum. Pollux. pugil. Caſtor domitor equorum fuit: hoc eſt alter pugilis alter equeſtri certamine pugnabatur. Bis hoc repetitum eſt ab Homero uno uerſu: & a noſtris poetis uerſum in latinam uocem. ponit igitur hoc modo Marti. Pollucem pro fratre: Caſtorem pro equite. Moleſto. ſ. tuæ dignitati.

Tu eras Castor.i.tu potuisses haberi eques.Si nõ esset Pollux:hoc ẽ si nõ haberes fratré. Solœcismũ facis:unꝰ enĩ sedetis:solœcismus é:qa dici latine nõ potest unus sedetis:ĩ quo urbaniter iocatur. Lædæ:Castoré & Pollucé:qui inuicé succedũt ita facias tu Calliodore sedeatis alternis diebus: hoc simplicius é:q̃ si acerbitaté dicti ĩmiscueris: ut ĩtelligat poeta Calliodoꝛ oportere mori & descédere ad inferos:aut certe frémidé facere: si alteruter uult esse eques:ut alter alteri succedat:ut iuicé succedũt Castor & Pollux.

Vpremas. Captauerat hæreditaté Carini Martialis a quo ut scriberet hæres misit sæpenumero liba eo pſertĩ tépore:quo cõderet testamentũ qđ tricies uno anno iã fecerat: nunc tussi uidebat morituras ut.s.mitterentur ite& munera Mart.ait se nihil habeŕ amplꝰ qđ mittat:q; si uelit habere placentas cõdat semel testamẽtũ: & nõ totiés.i.moriat: Placentas madidas:unctas. Hyblæis thymis.i.melle siculo. Signãti supremas tabulas .i. testamẽtũ.

Defeci.i. exhaustus sũ:qa nõ habeo amplius qđ mittã. Miserer inopiæ meæ.i.morere tãdé. Conchis:faba uiridis: de qua in distichis:Si spumet rubra conchis tibi pallida testa: Lautorum cœnis sæpe negare potes.Ita puto legẽdum apud Iuue. Cuius conchæ tumes.

Irus:notus est carmĩe Homeri ĩ odyssea:hic olim Arneus dicebat. postea dictus est Irus a garrulitate médicadi: nã ῥἐω græce latine é loqui.eũ binominé appellauit Ouidius:Fortuna binominis Iri. Procerí q dé corporis & ignaui hũc fuisse Homerus testat:plura in ibĩ diximus. Cresus rex lydiæ ditissimus:cuis diuititias cũ alii multi exponũt tamé Herodotus ĩ primis. Comesses.i. cõmedisses totiés cõché uilis precii cibum quotiens placentas & lyba quæ preciosa sunt.

Non esset pollux:si tibi castor erat.
Vnus cum sitis:duo calliodore sedetis:
Surge solœcismum calliodore facis.
Aut imitare genus lædæ:cum fratre sedere
Non potes:alternis calliodore sede.

In Carinum.

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas carine misi
Hybleis madidas thymis placentas.
Defeci:miserere iam carine:
Signa rarius aut semel facillud.
Mentitur tua quod subinde tussis.
Excussi loculosque saculumque
Cræso diuitior licet fuissem:
Iro pauperior forem carine:
Si concham totiens meam comesses.

Ad Arthemidorum.

Pinxisti uenerem colis arthemidore mineruam:
Et miraris opus displicuisse tuum

In dimidium.

Spadone cum sis euiratior fluxo

Padone.In Didimũ spadonem hic cõtendebat sibi locum deberi ĩ equitũ cõsessu: diuitias aũt cõparauerat ducta uxore:quã alii subagitabãt. diuité fuisse alibi testat poeta:Plus habuit Didimus plus Philomelus habet:spadoné ité:Si non foret spado Didimus & Coresus:poeta ait se iam habere exploratum Didimum non posse sedere inter maritos an inter equites posset se uisurum:p quod ostendit eum nimiũ arrogãter poscere locũ inter equites cũ sedere no posset inter maritos spado & castratus. Loqueris theatra.i.superbo ore usurpas sermoné de theatro. Gradus:ordinem sedédi. Edicta:ad hoc potissimum rettulit:quod edixit Domi.ne quis ĩ xiiii.gradu sederet nisi equites. Trabeas:rubras uestes. Idus:dies festos:nã idus festos Iouis noĩe antiquitas sanxit: auctor est Macro.ĩ saturnalibꝰ:qđ esse ítellexit poeta:cũ supra dixit:Idibus & raris sũpta é tibi toga calédis. Fibulæ:iduméta erãt histrionũ:qbus uirila tegebãtur:hicp uestibus theatralibus.placet legas fabulas.i.actiones scænicas. Census:reditus tanq̃ esses dignus eques.

Fluxo spadone:an fluxo p pprio noĩe accepit:an spadoné fluxum ítelligit eum q mollis spado sit.Fluxi.n.molles dicunt a luxu uel a fluendo. Euiratior:effœminatior.

Cõcubino celenæo.i. Athi phrygio pũero Cybelis. Celenæo: celene opp. Phrygiæ. Papi. Nosset & illustres satyro pendẽte celenæ. Gallus: sacerdos castratus. Entheæ matris: Cybeles: quæ sacerdotes ĩ furorẽ uerteret: nã ĩ sacris sacerdotes: Cybelis ululatu requirebant Athim: quẽ olim Cybeles amauerat. Enthei aũt dicũtur deo pleni. i. furẽtes. Papi. Musam ẽtheã appellauit. Licet enthea uati exuperet piplea sitim. Videbo: cogitabo an possis sedere inter equites: nam inter maritos nõ potes: qm̃ es spado: erat enim ordo maritorum in theatro ab Augusto olim constitutus: qđ Tranquillꝰ scribit: unde & poeta ex hoc iocatur.

Et concubino mollior celeneo
Quem sectus ululat matris entheæ gallus
Theatra loqueris: & gradus: & edicta
Trabeasque & idus fibulasque censusque.
Et pumicata pauperes manu monstras.
Sedere in equitum liceat an tibi scãnis.
Videbo dindime: non licet maritorum.

Amicis esse donandum. 43

Callidus effracta nummos fur auferet arca
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor usuram pariter sortemque negabit:
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est: quicquid donatur amicis.
Quas dederis: solas semper habebis opes.

44

De Thaide & lecania.

Thais habet nigros: niueos lecania dentes
Quæ ratio est: emptos hæc habet illa suos.

49

In Dentonem.

Quid factum est rogo: quid repente factum?
Ad cœnam mihi dento quod uocãti
Quis credat: quater ausus est negare.
Sed nec respicis: & fugis sequentem.
Quẽ thermis modo quærere & theatris
Et conclauibus omnibus solebas.
Sic est: captus es unctiore cœna.
Et maior rapuit canem culina.
Iam te sed cito cognitum & relictum
Cum fastidierit popina diues
Antiquæ uenies ad ossa cœnæ.

Allidus. Notũ argumentum ex his uerbis laudat munificentiam: & eas opes perpetuo seruari affirmat: quæ amicis dantur: cum omnes aliæ diuitiæ in certis fortunæ casibus eripi possint. Debitor: apud quẽ habueris pecunias: & qui debet tibi. Extra fortunam: extra casus fortunæ.

Quæsiuit acumẽ: ex his duobus uerbis datur & habere: nam qđ das ñ uideris habere: & tamen habes: ut ait poeta qđ das amicis.

Hais. Duæ meretrices habebant dentes nigros: altera candidos: altera scilicet lecania emptis enim utebatur ut candidos haberet: quasi dicat si Lecania haberet suos nigros haberer etiam ipsa.

Vid factum. In Dentonẽ qui cum pauloãte soleret captare cœnam Martialis quãuis parua esset: & frugi nunc aditioribus impetrata cœna Martialem aspernabatur: ait poeta quamuis Dento aspernetur meam cœnam: tamen non deposuit illud studiũ mensæ captandæ: sed hoc agit ritu canis: qui pĩguiores & ũctiores culinas solent semper sequi. Sed nec respicis me: & fugis me sequentem. Conclauibus: nam conclaue cœnationem significat: ut Cicero docet cœnationibus. Sic est: ut cogito.

Ad ossa: permanet in translatione canis: spneris. n. ab illis.

Icis. Baſſa tribas: erat & fututor: ut poetæ uerbo ũtamur: q̃ ſupra dixit: Eſſe uideberis fateor Lucretia nobis: At tu proh facin⁹ baſſa fututor eras: cũ ſit puella: ĩq̃t Mart. quare dicit ſe puellá qa nõ é: eſt. n. fututor: nam q̃uis uera dicere uideat cũ dicit ſe puellam dicit id qđ nõ eſt: qa nõ puella é: ſed fututor: & ſe uirũ agit ſæpe quũ ſit fœmina.

Aſia. Inuitũ & recuſãté Diadumenũ oſculabat: & p̃cib⁹ nõnũq̃ ĩpetrabat oſculum dicit ſe hoc agere de ĩduſtria: nã ita aſſequit oſcula & puer non amat Martialé: ut aliqđ poſſit poſtulare tanq̃ ei amic⁹.

Cædo: uincor a te. Nõ time as me: ut non recuſes oſcula mea. Nec ames: nec ſis amicus: & p̃pterea exigas aliqd: nã ſi amaret tanq̃ amicus ſemper aliquid exigeres.

Vnq̃. Philo iurat ſe nunq̃ domi cœnaſſe: quod uerũ eſt: qm̃ non cœnat quãdo non eſt uocatus ab aliis. q. d. non é qđ ſemp̃ iuitet: ita ut nũq̃ poſſit domi cœnare: ſed qm̃ cœna abſtinet: quãdo nõ é uocatus.

Vid nõ. De eadem re ſupra é epigrãma hos tibi phœbe uouet. Illic puer nouerat ſe dictatu & cries Phœbo: cũ p̃mũ Aul⁹ pudés ad p̃mipilarẽ dignitaté pueniret: nũc creatus é primipilaris puer damnatus uoti condit crines Aulo non prohibente: ſed tamé dolente Quid non cogit amor. Virgilii imitatio. Sic ceſſit habenis. i. dedit currum. Queſtus: conqueſt⁹ de phaetonte. Hylas talis raptus: an rettulit hoc ad id quod Hercules monuerat: ne iret aquatum: ſed cum ille peteret ob amorem ceſſit: An intelligit cum raptus fuit ab Hercule: nam pater Thiodamas ĩ bellum aduerſus Herculem qui eius boues necauerat Hylam filium ſequentem monuit: ut domi maneret ipſo id poſtulãte pater ceſſit: unde rãptus é ab Hercule uictore: q̃ ea in pugna fuit uulneratus uſus enim ope Deianyræ uxoris. auctores ſunt Sophocles ĩ trachiniis: & interpres Apollonii ĩ argonauticis: Probus dixit tantũ hylã Thiodamantis filiũ fuiſſe reliqua hiſtoria omiſſa: Et Propertius Hylã Thiodamanteum appellauit a patre.

Deprehẽſus Achilles: Achilles latuit apud lycomedem: ne accederet ad troiam noſtra hiſtoria necenodatur. Breuibus capillis: q̃ ſcilicet ſit propterea grandis. Nam grandiores & exoleti breuiores habent crines. Pro tanto munere: q̃to proſecutus eſt.

Idiſſẽ Deridet Labienũ: q caluã duob⁹ ĩ locis capillis ſultã & optã hẽbat: reliq̃ area nuda: & cũ unũ eẽt caput tria uideréẽt: mõet ut uitet porticũ Philippi ubi pict é Hercules: nã ſi eũ uiderit putabit gerioné: q̃ tricorpor dr̃ fuiſſe: & eũ necabit. Caluæ: tui capiti.

In Baſſam. 46

Dicis formoſam dicis te baſſa puellam:
Iſtud quod non eſt: dicere baſſa ſolet.

Ad Diadumenum. 47

Baſia dum nolo: niſi quæ luctantia carpſi
Et placet ira mihi plus tua: quam facies.
Vt te ſæpe rogem cedo diadumene ſæpe
Conſequor hoc: ut me nec timeas: nec ames.

De Philone. 48

Nunquã ſe cœnaſſe domi philo iurat: & hoc eſt
Non cœnat: quotiens nemo uocauit eum.

De Encolpo. 49

Q uid non cogit amor: ſecuit nolente capillos
Encolpus domino nec prohibente tamen.
Permiſit fleuitque pudens: ſic ceſſit habenis
Audaci queſtus de phaetonte pater.
Talis raptus hylas: talis deprænſus achilles.
Depoſuit gaudens matre dolente comas
Sed tu nec propera: breuibus nec crede capillis.
Tardaque pro tanto munere barba ueni.

Ad Labienum. 50

Vidiſſem modo forte cum ſedentem
Solum te labiene: tres putaui
Caluæ me numerus tuæ fefellit:
Sunt illinc tibi: ſunt & hinc capilli.
Q uales nec puerum decere poſſint
Nudum eſt in medio caput: nec ullus

Longa area: ſpatio. Panarea: Domitianus ī ſaturn̄alibus auctore Trāquillo equitib⁹ & ſenatorib⁹ panaria diſtribuit: Obſonia plebi ſportellis. Panariū auctore Varrone locu lus dicit' in quo panis ſeruat'. hanc hiſtoriā cancs. Papi. ait: Hi panaria candidaſque map= pas Subuectāt epulaſque lautiores. Philippi: Martii: Philippus q tēporib⁹ Auguſti con didit ædē Herculis: quēadmodū. L. Carnifici⁹ ædē Dianæ. huius ædis meminit etiā O- uidi⁹ ī faſtis extrēi opis uerſib⁹: & Trāquil: ī Augu. Periſti: nā te necabit putās Gerioné.

In longa pilus area notatur.
Hic error tibi profuit decembri
Tunc cum prandia miſit imperator
Cuim panariolis tribus rediſti.
Talem gerionem fuiſſe credo:
Vites cenſeo porticum philippi.
Si te uiderit hercules: periſti.

In Charopinum. §1

Cœno domi quotiens niſi te charopine uocaui
Protinus ingentes ſunt inimicitiæ.
Meque petis ſtricto medium tranſtigere ferro:
Si noſtrum ſine te ſcis caluiſſe focum.
Nec ſemel ergo mihi furtum feciſſe licebit:
Improbius nihil eſt hac charopine gula.
Deſine iam noſtram precor obſeruare culinam.
Atque aliquādo meus det tibi uerba coquus.

Ad Ruffum. §2

Hic qui libellis pergrauem gerit leuam
Notariorum quem premit chorus leuis
Q ui codicillis hinc & inde prolatis
Epiſtoliſque commodat grauem uultum
Similis catoni tullioque brutoque.
Exprimere ruffe fidiculæ licet cogant
Aue latinum χαρε non poteſt græcum
Si fingere me iſtud putas: ſalutemus.

In poſthumum. §3

Q uæ mihi præſtiteris memini: ſempq; tenebo:
Cur igitur taceo poſthume tu loqueris?
Incipio quotiens alicui tua dona referre
Protinus exclamat: dixerat ipſe mihi.
Non belle quædam faciunt duo: ſufficit unus
Huic operi: ſi uis ut loquar: ipſe tace.
Crede mihi quāuis ingentia poſthume dones

Oeno domi. Protinus: ſtatim petis me tranſfu- gere ferro: auget eam gulam.

Sine te: te nō inuito. Impro bus: inſatiabilis. Det uerba ti bi. i. decipiat te: dicens me nō nō cœnare domi: cum tamen cœnē: iocus eſt ex elocutione.

Dare uerba: nam q̄uis uideat' ſignificare ſuppeditare uerba ſignificat decipere. Idem ſu= pra: Cui nihil ipſe dabas hic ti bi uerba dedit.

Ic qui. In Pontilanū cui⁹ mores agreſtes & īhuma nitatem accuſat: qui nunq̄ re= ſalutat. infra dicit: Sæpe ſalu= taris nunq̄ prior ipſe ſalutas: Sic erit æternum Pontiliane uale. Leua: ſiniſtra. Libel= li: libelli erant ſcripta quæ mit tebantur principi ad aliquid ī petrādum: & libelli erant ſcrip ta iudiciaria. Eſchines Demo= ſthenem ita incedentem cum eiuſmodi libellis deridet ea o- ratione quæ inſcribitur de fal ſa legatione. Premit: obſidet undique. Grauem uultum: id eſt ſupercilium. Fidiculæ: dicunt' tormenta a fide: id eſt chorda qua uinciebantur qui erant in queſtione.

Væ. In Poſthumū: q colla ta Martiali munera apud omnes p̄dicabat: ait poeta ſe ſi lere non ob īgratitudinem: ſed qa iſta cōmemoratio beneficii nō poteſt cōmode a duob⁹ fie ri ab altero: & beneficio⁹ gra= tiā tali exprobratione perire.

Tenebo: in memoria. Ipſe. i. Poſthumus. Dixerat: mihi te præſtitiſſe hæc beneficia. Si uis ut loquar: te dediſſe mihi beneficia.

Pereunt:amittunt gratiam.

Olchida. In Bassum qui cùm male scriberet & malũ faceret poema: sumpserit tragicam materiam: & scribebat fabulam Medeæ Thyestæ· Niobes uersæ in saxum: Andromaches uxoris Hectoris: consulit poeta ut sumat potius Deucalionis materiam uel Phaethontis: alludens ad incendium: & p locũ ostendens eius poemata digna esse aut aqua aut icendio. Colchida: fabulam Medeæ. Thyestem: fabulam: Thyeste. Deucalion: tempore diluuii fuit: & ponit eum pro diluuio: nam ineptum carmen sæpenumero dicit aquis dignum. Alibi: Non aliter mitti debuit iste liber. alibi: Vis puto cum libro marce natare tuo.

Xtemporalis. In Apollodorum: qui quoscũque salutaret scribebat ob imbecillitatem memoriæ: de quo supra: Quintũ pro decimo: nũc utrunque suo salutat nomine Scripsit & edidicit: nũc autem salutauit Calphurnium recto nomine: miratur uim ingenii Martialis irrisione: mirandũ i quit est: Apollodorus factus ẽ extemporalis.. Extemporales oratores respondedant, pinde ac si essent meditati: præceptum extat Quint. de oratione extemporali paranda.

Icmihi. In aquilam pictã Ioue ĩsidente: quem ipsa hiãti rostro respiciebat. O regina: id est o aquila quæ es regina uolucrum. Tonantem: uerbum aquilæ. alibi eiusdem meminit.

Auctoris pereunt garrulitate sui.

Ad Bassum. 54

Colchida quid scribis qd scribis amice thyestẽ:
Quid tibi uel niobe basse uel andromache:
Materia est: mihi crede: tuis aptissima chartis
Deucalion: uel si non placet hic phaeton:

De Rhetore. 55

Extemporalis est meus rhetor.
Calphurnium non scribit & salutauit.

De Aquila. 56

Dic mihi quem portes uolucrũ regina tonãtem.
Nulla manu quare flumiua gestat: amat.
Quo calet igne deus: pueri cur mittis aperto
Respicis ore iouem: de ganymede loquor.

Ad Lupum. 57

Cui tradas lupe filium magistro
Quæris sollicitus diùs que rogas.
Omnes grammaticosque thetorasque:
Deuites moneo nihil sit illi
Cum libris ciceronis: aut maronis
Famæ rutilium suæ relinquat.
Si uersus facit abdices poetam.
Artes discere uult pecuniosas.
Fac discat citharœdus aut choraules.
Si duri puer ingenii uidetur:
Præconem facis: uel architectum.

Vi. Notat figurate tempora sua Mart. nam cum bonis artibus non sit locus: consulit lupo ut tradat filium erudiendum: aut citharœdis: aut choraulis. At si uidetur duri ingenii faciat eum aut præconem: aut architectum. Nihil sit illi: id est nihil habeat commune. Rutilium: illum intelligo qui tantæ æstimationis apud romanos fuit: ut eius opus ædificiorum iusserit in senatu recitari Augu. Architectum: architecti magistri ædificiorum dicuntur: neque ars contemnenda est: sed hoc ut puto inuidiose dixit poeta cum Domitianus ad instauranda ædificia plurimum impenderet: & propterea architecti in precio essent poetis contemptis.

Vm Voco. Cinna cũ uocabat a Martiale dominus: putabit id fieri dignitate sua: & merito at Martialis quotiés aliquid uolebat ab aliquo impetrare eũ dominũ & regem appellabat: inquit igitur nõ appello te dominũ q̃ eo nomine sis dignus: sed ut impetrem aliquid: quod etiam facio in meo seruo: cũ uolo aliqd ab eo blandiendo impetrare. Placere tibi. i. noli te efferre. Regem & dominũ appellabát aliquid captátes: Ita alibi ait se appellasse Priscum sperans aliquid quum non nosset eum auarum.

Ad Cinnam.

Cum uoco te dominum: noli tibi cinna placere:
Sæpe etiam seruum sic resaluto tuum.

Ad Posthumum.

Cras te uicturum: cras dicis posthume semper.
Dic mihi cras istud posthume quando uenit?
Quam longe cras istud ubi é: aut unde petẽdũ.
Nunquid apud parthos: armenios̃que latet?
Iam cras istud habet priami uel nestoris annos.
Cras istud quanti dic mihi posset emi?
Cras uiues: hodie iam uiuere posthume serũ est.
Ille sapit quisquis posthume uixit heri.

Ad Stellam.

Quod nõn argẽtũ quod non tibi misimus aurũ:
Hoc facinus causa stella diserte tua.
Quisquis magna ddit: uoluit sibi magna rmitti
Fictilibus nostris exoneratus eris:

Ad detractorem.

Adlatres licet usque nos & usque:
Et gannitibus improbis lacessas:
Certum est hanc tibi pernegare famam:
Olim quam petis in meis libellis.
Qualiscunque legaris ut per orbem
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas miser necesse est.
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Vnus: uel duo: tresue: quattuorue.

Ras. In posthumũ qui eâ uitam quâ supra scripsit Mart. differebat: eodé argumẽto supra est epigrãma: Sera nimis uita ẽ crastina uiue hodie.

Victurꝫ cras. i. discessurꝫ a curis & daturꝫ operã honestæ uoluptati. Quanti posset enim. q. d. facile posset comparari abs te.

Vod nõ Vasa fictilia ante argẽti & auri usum i precio erãt: nec usquequaque repudiata sũt iuẽtis uasis aureis: & argẽteis nã patia fictilis p̃mâ sit mẽsæ: unde tripatena é dictum ut Fenestella: Id aũt erat una patina murenaꝫ altera luporꝫ: tertia missionis piscis. & Vitellius. cc. sestertiis patinâ parasse dicit̃ fornace extructa i cãpis. Rhegĩæ & cumanæ patinæ p̃stãtiores erãt reliqs: nunc Marti. milit Stellæ patinam fictilẽ: & cãm ostendit quare neque auiꝫ neque argẽtũ misit: qđ etiã supra dixerat: Odi dolosa munera & malas artes. Do plus: ego iqt Mart. tibi plus dedi Stellaq̃ fictile uas misi: q̃ si misissem aut argentum aut aurum: nam si ea accepisses coactus esses ratione gratitudinis paria aut maiora mittere: nũc cũ patinã fictilé accepis exigui p̃cii: eris liber onere remittẽdi aliquid. Tua cã: pp te. Exoneratꝰ: liberatꝰ onere remittẽdi.

Dlatres. In maledicum cuius nomen negat se carmine unq̃ indicaturum. licet ille perpetua maledicentia eum lacessat: uult enim perire ignotum & miserum. hoc cõuenit iu Mamercum: de quo supra est epigramma: Vt bene loquatur sentiatque Mamercus. Est mihi certum: id est cõstitutum est mihi. Gannitibus: id est maledictis. Lucretius: Gannitu uocis adulter. Iuuenalis trahens uerbum de uoce uulpis: Appula gannit Sicut in amplexu. Pernegare: nunq̃ concedere. Fuisse. te uixisse: quia nihil distat a morte silentium uitæ: ut Hãnibal apud Silium. Quãtum &enim distant a morte silentia uitæ.
Ignotus: nõ notus carmine meo.

Qui uelit rodere tuam pellem cãniñam: id eſt qui te ulciſcatur maledictis. Vngues perſtat in methaphora. Scabie: ab iſto tuo pruritu iurgiorum & rixarum.

Riſpulus: Marianum imprudentiæ accuſat: qui putet quendã iuuenem mollem & Criſpulum procuratorem eſſe uxoris cũ ſit adulter. Criſpulus. i. iſte comatus. Premit ſellã. i. incũbit ſellæ uxoris: nã mulieres ſella utebantur. Martialis: Inter fœmineas tota qui luce cathedras Deſidet. Horatius: Diſcipulãrum inter imbeo plorare cathedras. Iuue. de muliere: Conducit comites ſellam ceruical amicas. Currit: fluit. Violata nullo pilo. i. expilata. Certi: dicunt fideles. certi item qui ſuper clio grauitatem tuent. certi ꝑtea: quos nulla ratio rei gerendæ fallit: ut certum ſagittatorem dicemus dirigentã ſagittã ĩ ſignũ: & ita accepit hoc loco Marti. Chius aufidius: duo fuerunt aufidii ĩter alios: alter Aufidius Luſcus: qui ex decuria ſcribarum factus é prætor: alter fuit mœchus notiſſim⁹: de quo Iuuenalis: Notior aufidio mœchus notiſſimos celebrare ſolebas: quod taceo: & ꝺ hoc eodé loquitur, Mart. ĩ hũc ſenſũ Aufidi⁹ Chius mœchus notiſſimus non eſſet ꝓcurator aptior hoc: neque maioré ſeueritaté præſe ferret: q̃ ꝓferat iſte tuus Criſpuluſ o Mariane: ut ꝑ hoc oſtẽdat Criſpulũ eſſe mœchũ: ut Aufidius fuit.

Procuratoré: grauitaté ꝓcuratoriã. Alapis latini: nam Latinus pulſando Pãniculũ riſũ mouebat: ut ſupra: Quanto nõ ipſe Latinus Vilia panniculi percutit ora ſono. Succeſſurũ panniculo. i. loco Panniculi pulſatũ iri a Latino: ut moueat riſum & ſis morio. Res tuas agit: id eſt res mariti: quia é mœchus tuæ uxoris: riſus é ex ĩuerſa elocutione: nam agere res eſt negocia obire ut Marianus accipiebat Criſpulum agere res uxoris: Agere item res: alterius eſt partes ſuſtinere: & locum ſubire ut Martialis accipit mœchum agere res mariti.

Vre tuo. Cõſũpta ſupellectille ĩ hortis frequẽti hoſpitio ꝓpõit hoc carmẽ ualuis hortoꝝ: quo hoſpité uẽtuꝝ mouet ſi uelit ĩ hortis ꝓnoctare afferat ſupellectilé qm̃ eam quã olim hẽbat iã eſt attrita. at ſi inqit uti uolueris paremus hoſpitiũ cõi ſũptu: ego emi hortos ut affer ſupellectillé. Licet maneas: potes manere. In nudo ſolo. i. ĩ humo ſine ſupellectile. Digitũ. qd é qđ dicit mea ſupellex ſuſtulit digitũ hoſpitibus: nõ nulli ſignũ libertatis ſõniãt: ut dicat mea ſupellex ſuſtulit digitũ hopitib⁹. i. liberata eſt ab hoſpitib⁹ qa uĩdicaris ĩ libertaté mos ſit tollẽdi digiti: at hoc nõ placet. Illud potius ſẽtio qđ tractũ é a ueteri auctore: nã cũ res uẽdebãt: & alienabãt: q emebat declarãs ſe uctoré ẽptionis tollebat digitũ: ſit ergo é. us mea ſupellex ſuſtulit digitũ hoſpitib⁹. i. hoſpites totã meã ſupellectilé abſũperũt tãq̃ ſuã: nã ſi dixeris hic liber ſubſtulit digitũ Titio hoc é faciat ut Titi⁹ tolleret digitũ ꝑ ſe: Idé é ac ſi diceres hic liber é ẽptus Titio. auctores Cicero & Põpeius.

Pellem rodere qui uelint caninam
Nos hac a ſcabie tenemus ungues.

In Marianum 62

Criſpulus iſte quis ẽ: uxori ſemper adhæret
Q ui mariane tuæ criſpulus iſte quis eſt?
Neſcio quid dominæ teneram qui garrit in aurẽ
Et ſellam cubito dexteriore premit
Per cuius digitos currit leuis annulus omnes.
Crura gerit nullo qui uiolata pilo.
Nil mihi reſpondes? uxoris res agit inquis
Iſte meæ: ſane certus & aſper homo eſt.
Procuratorem uultu qui præferat ipſo:
Acrior hoc chiuſ non erit aufidius.
O quam dignus eras alapis mariane latinis
Te ſucceſſurum credo ego pãniculo.
Res uxores agit: res nullas criſpulus iſte
Res nõ uxoris: res agit iſte tuas.

Ad hoſpites. 63

Iure tuo mĩris maneas licet hoſpes in hortis:
Si potes in nudo ponere membra ſolo.
Aut ſi portatur tecum tibi magna ſuppellex
Nam mea iam digitum ſuſtulit hoſpitibus.

Culcitra nec inanis: nam culcitræ referciebantur tomento: poeta ait sibi non modo ei se plenam sed ne uacuã quidẽ. Fascia putris: hoc dicit ꝓpter lectũ q ante fascia aut reste solebat sustentari: ut Porphirio eo loco ubi ait Horatius: Tẽta cubilia: & Cicero defert ad coniectorem quendam somniasse se onustum pondere & fascia lecti sui cubicularis. Iacet: demissa est ad terram. Tamen: cum nulla sit supplex & habeo hortos communes. i. cõmuni sumptu paremus hospitiũ. Instrue: para suppellectilem.

Nulla tegit fractos nec inanis culcitra lectos
Putris & abrupta fascia reste iacet.
Sic tamẽ hospitium nobis commune duobus
Emi hortos plus est: instrue tu: minus est.

Ad Ponticum. 64

Quid sentis inquis de nostris marce libellis:
Sic me sollicitus pontice sæpe rogas.
Admiror: stupeo: nihil est perfectius illis:
Ipse tuo cedet regulus ingenio.
Hoc sentis inquis: faciat tibi sic bene cæsar.
Sic capitolinus iuppiter: immo tibi:

Ad suos ministros. 65

Sextantes caliste duos infunde falerni:
Tu super æstiuas alcine funde niues.
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo:
Lassenturque rosis tempora sutilibus.
Iam uicina iubent nos uiuere mausolea:
Cum doceant ipsos posse perire deos.

Vid. deridet Pontici cuius libros nonnunq; laudat assentando cum tamen aliter sentiret quod iocando declarat. Sentis: iudicas. Admiror assentator. Regulus: cuius Pli. meminit in epistolis. Immo tibi: sic benefaciat Cæsar quia non bene sentio: nam Immo tibi: sunt uerba Martialis auertentis adiurationem.

Extãtes. Reuocat animũ in uoluptatẽ: & quasi nuper inspexisset in cãpo martio pyramides uocat Calistum & Alcymũ pueros suos: Vinũ & algentes aquas infundere iubet: quasi daturus operam uoluptati. Papinius dixit: Iunge puer cyatos & enumerare labora: tamen iubet afferri unguentum: & rosas: quia omnino instituerit adire ad relauationẽ & uoluptatem: cum per mausolea sepulchra imperatorum: qui nuper inspexit nõ modo cognouerit ipsos mortales extingui: sed etiam ipsos imperatores: qui uolunt dii appellari. Supra est Horatius amicum in hunc sensum: Sera uita nimis est crastina: Viue hodie. Alcymus: puer quem supra extinctum dixit & sepultum in labicana uia: nunc nomine continet. Aestiuas niues: quibus calda refrigerabatur: ut supra: & Iuuena. Frigidior geticis petitur decocta prunis: Vinum collabatur. Nimio amomo: unguẽto. Rosis sutilibus: duo genera coronarum: aliæ pactiles: aliæ sutiles dicebantur. Sutiles coronæ fiebant ex foliis primum rosarum: demum inolescente lusu ex folio nardi. has coronas nominauit Martialis in cœna plena uoluptatis: quoniam sutilibus coronis tantũ utebantur ad sacra salariorum & solennes cœnas. Rosaria corona in tanto indicio uoluptatis erat: ut cum Fuluius argentarius secundo bello punico conspectus esset e pergula spectare in forum coratus rosacea corona ĩ carcerem sit ductus. Mausolea tam uicina: quia mausolea tantum in caria esse solebãt: auctore huius operis Arthemisia uxore Mausoli: nunc autem erant etiam in campo martio: nam Tráquillo auctore Augu. alterum uolumen rerum suarum uoluit tabula ænea describi ante mausoleum: & Strabo de eodem: In summo positum est Cæsaris Augusti simulacrum ex ære fabricatum: sub aggere ipso sunt eius loculi: & cognatorum: & necessariorum: hoc igitur docebat deos posse perire: quia illic erant dei: id est imperator cum familia sepultus. Viuere: dare operam honestæ uoluptati. Tam uicina: quæ sunt in campo martio. Deos: id ẽ imperatores: qui dei uolunt uideri.

Stra. Laudat ſpectaculum editum crocodillo⁊: q⁹ Domitianus crocodillũ dederit i harena ut ſcribit poeta: nundum comperi. illud hiſtoria habet Auguſtũ dediſſe crocodillũ in ſpectaculo: & auctor eſt Strabo in ultimo crocodillos allatos romã in ſpectaculum præbuiſſe uoluptatẽ tẽtiritis hominibus .i. qui tentirã inſulam ægypti ĩcolũt feras ĩſectantibus: nam ut colatur ĩ ægypto crocodillus ab omnibus ſoli tentiritæ & oderũt & perſequuntur: & in hoc ſpectaculo fides ẽ habẽda Martiali de Domitiano. Apte cõparat deificationẽ Herculis deificationi futuræ Domitiani: quoniam appellabat Hercules maior. Ceroma caſtigatũ: id ẽ palæſtritã Antæũ ſubactum: Libycæ paleſtræ: Antæi libyci. Eryx: fili⁹ Veneris & Butæ: qui necabat hoſpites occiſus ab Hercule. Cacus: filius Vulcani interfectus ab Hercule.

Nec rectas: per caudam.

Quota pars quaſi dicat minima pars eſt tuorum laborum interficere hæc monſtra ĩ theatro tuo. Quod maiora: mõſtra: nam Domitianus multas feras conficiebat ĩ albano: ſed hæc puto referri ad ſpectaculum & Carpophorum: quem ſupra ita laudauit. Tua haſta: Carpophori. Pugna triplex: quia Gerion tricorpor & tribus generibus telorum utebatur. Licet: id eſt ſuo arbitrio cõmoueret antiquitas hydrã: cum maiores ſint crocodilli.

Feris niliacis quid facit: qua ex parte poteſt comparari hydra crocodillis..

Ad Cæſarem. 66

Aſtra polumque dedit: quãuis obſtante nouerca
Alcide nemeæ terror & arcas aper.
Et caſtigatum libycæ ceroma palæſtræ
Et grauis in ſiculo puluere fuſus Eryx.
Siluarumque tremor tacita qui fraude ſolebat
Ducere nec rectas cacus in antra boues.
Iſta tuæ cæſar quota pars ſpectatur harenæ?
Dat maiora nouus prælia mane dies.
Quot grauiora cadũt nemæo pondera mõſtro?
Quot tua mænalios collocat haſta ſues.
Reddatur ſi pugna triplex paſtoris hiberi:
Eſt tibi qui poſſit uincere gerionem
Sæpe licet graiæ numeretur belua lernæ
Improba niliacis quid facit hydra feris?
Pro meritis cælum tantis anguſte dederunt
Alcide cito dii: ſed tibi ſero dabunt.

In Pontilianum. 67

Sæpe ſalutatus nunquam prior ipſe ſalutas
Sic erit: æternum pontiliane uale.

De Hirudine. 68

Hibernos peterent ſolito cum more receſſus
Atthides: in nidis una remanſit auis.

Aepe ſalutaris. Diſtichon eſt in eum de quo ſupra dixit: Libellis prægrauem gerit leuam. Is eſt Pontilianus qui nunq̃ reſalutabat: agreſtem autem hominem & iurbanũm hoc diſticho eludit. Vale eſt uerbum ſalutantis in diſceſſu: Vale æternum pontificale eſt uerbum quo in mortuos utebãtur. Id Euander in Palantem uſurpauit apud Virgilium. Ancipiti igitur uerbo locatur poeta: & quaſi uideatur recuſare ſe ſalutatũ amplius Pontilianum: ait tu eris uale æternum cum tamen intelligat tu mihi eris mortuus: nã ut diximus uale æternum dicebatur in mortuum. Sic: hoc pacto cum nunq̃ ſalutes. Eris uale æternum: id eſt apud me tanq̃ mortuus eris.

Ibernos: Hirundines ex nido domeſtico euolantes unam illic reliquerunt: reuerſæ primo uere lacerarunt eam quæ remanſerat: hoc cum domi Martialis acciderit: edit poeta epigramma: & ait debuit quidem lacerari hirundo: ſed tunc cum filiũ Ithym diſcerpſit: nã Prognæ quæ hirũdo eſt facta ſi credimus fabulis Ithym filiũ Thereo patri in menſam appoſuit: Ex fabula iocans epigramma conficit. Attides: hirũdines a Progne quæ athenienſis fuit.

Nefas:ſcelus quæ remanſerat. Suæ uolucres:eiuſdem generis aues hirũdiñes. Profugam:hirundinem. Mater:Prognæ.

Rctoa.Plebeiæ & ípudicæ mulieres flauos crines geſtabat:pudicæ nigros. Iuue. cũ mulieré ítroducit cupiété cælaſ ídiciũ pudicitiæ:Et nigꝛ flauo criné abſcõdéte galero.Mart.ípudicæ Leſbiæ miſit comã germanicã.ob hoc íquit miſi ut ſcires q̃to magis tui crines ſít flaui. Comã:crines. Scires:cognoſceres.

Deprehendere nefas ad tempora uerna reuerſæ
Et profugam uolucres diripuere ſuæ.
Sero dedit pœnas:diſcerpi noxia mater
Debuerat:ſed tunc cum lacerauit itym.

Ad Leſbiam. 69

Arctoa de gente comam tibi leſbia miſi:
Vt ſcires quanto ſit tua flaua magis.

In.M.Antonium. 70

Antoní phario nil obiecture pothino
Et leuius tabula q̃ cicerone nocens:
Quid gladium demens romana ſtringis in ora?
Hoc admiſiſſet nec catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro.
Et tantis opibus uox tacet una tibi.
Quid proſunt ſacræ precioſa ſilentia linguæ?
Incipient omnes pro cicerone loqui.

De Syriſco. 71

Infuſum ſi nuper a patrono
Plenum maxime centies ſyriſcus
In ſelariolis uagus popinis

Magis flaua:coma germanica ut oſtendat ípudicitiã: uel certe dicit leſbiæ crines eé magis flauos germaniacis: ut oſtendat eſſe cõmenticos: quib⁹ dũ Leſbia ſimilitudiné germãicorũ æmulat & nimium affectat reddidit eos adeo flauos: ut iã palam eſſet eſſe cõmentitos & non ueros.

Ntoni.In gratiã Ciceronis exigit epigrãma: dãnato Antonio cuius ſceleſ Cicero fuerat íterfectus os & caput romanum. non eſt inquit Marti.q̃ ſperes ſilétiũ tuis ſceleribus Antoni:nã & ſi Ciceroné ſubſtuliſti: q̃ tua accuſabat ſcelera:tñ omnes miſerantes illius nceſſe ícipiét in telo qui p uno Ciceroe. Obiecta re nihil.i.q̃ nihil potes exprobraſ Potío ægyptio q̃ Põpeiũ íteremit:tu. n.es ſceleratior.

Romana ora.i.í Cicerone lingua romana:unde ſupra dixit: Hoc tibi roa caput cũ loqreris erat. Tabula:,pſcriptõe:nã una cũ Lepido & Octauio multos ,pſcripſit: & min⁹ ſceleris admiſit q̃ í uno Ciceroe qué ítere mit. Catilia:dánat⁹ a Ciceroe cõſ.cõiuratiõis.hoc ñ admiſiſſet Catilina:q̃uis hoſtis Ciceronis. Impius miles: Pompilius Lenas picenus defenſus in cauſa capitis percuſſor Ciceronis Auro infando:auro ſcelerato:& una uox Ciceronis. Tibi:ideſt in tuam gratiã. Silentia precioſa:precio comparata a te. Loqui:in te pro Cicerone. Cicero í te iuectus eſt editis philippicis:núc omnes accuſabunt.

,Nfutũ.Syriſcus p multo ꝛ ãno ꝛ íduſtriã ſéties ſeſtertia ab eo a quo fuerat mãuiſſ⁹ cõpillauerat.Is uagus & errabũd⁹ íter fugitiuos caupões nautas:ut luue.ait totã rẽ abſũpſit:nũq̃ diſcũbés una méſa:adeo ut nũc ne uolés qdé poſſet diſcũbere:cũ p̃ciũ cœnæ nõ héret:magna íquit poeta luxuria é comeſſe céties ſeſtertia:ſed maor adhuc nõ diſcũbere:cuius uerbi ãbiguitate ita ludit:nã cũ uideat dicere maior é luxuria nõ diſcũbere: q̃a Syriſcus uag⁹ totũ céties cõſũpſerit:nuſq̃ diſcũbés:Ipſe ítelligit maior luxuria é non accubare.qđ ita céties cõſũpſerit:ãplius nõ poſſit accubare.Syriſcus:nomẽ ductũ a ſyro: poetæ p ſyros ſuos ítelligũt:ut Vir. ſyricã ſuã.Quãto maior nec adhuc accubare potes ſimpliciter ítelligere ut dicas magna é gula.comeſſe céties:ſed lõge maior q̃ nuſq̃ accubãdo: aut diſcũbédo Syriſcus céties cõſũpſerit. Vagus p popinas ſellariollas:ſellaria dicũt loca domeſtica ad ſedédũ rãtũ parata.Pli.Sellaria domus aureæ Neronis:& quidé loca ad libidiné & ſegnitié.Trãqll⁹ í Tiberio:Seceſſu uero capréſi ſellariũ excogitauit ſedé ad libidiné & ſegnitié. Popinæ ſellarioſæ:dicũtur í q̃bus deſidét hoíes ignaui ad libidiné: & canaꝛ libidinũ. Sallariollis nõ placet ratione ſyllabæ:nã primã corripit.Infuſum:datũ a patrono.

Quattuor balnea: quæ aũt balnea intelligi: licet coniicere fuisse neroniana Girli Ti-
ti Agrippæ: quanto maior gula est consumpsisse ita centies ut nusq̃ accubaret.

Vmida. Vocat Faustinũ in agrũ trebulanũ ĩ campania: ubi tantã aeris temperiẽ es-
se dicit: ut si eã senserit sit existimaturus Tibur esse domiciliũ hybernũ calidũ cũ
tamẽ frigidissimũ habeat æstate. Leone cleonæo. i. augusto mẽse quo sol est in leone.

Cleonæo: cleone opp. peloponnensi in uia quæ agro corinthũ ducit pulchris mœni
bus: Inde Homer⁹ cleonas ex-
cellere mœnib⁹ canit: Ibi Her
cules leonẽ ĩteremit: q in cælo
esse fert: unde cleonæus dicit.
Idem dicit nemæus: nam ne-
mæa est iuxta cleonas ĩ qua ar
giui nemæa sacra pagebant: de
quibus carmina extant Pinda
ri: Scribit Strabo: meminit
Iginius. Trebula: opp. ĩ cãpa
nia non ꝓcul a baiis. Alget:
friget. Cancri mẽsibus: Iulio.
Exige: expelle. Messes lõgas:
id ẽ longã æstatẽ. Iam postq̃ sẽ
seris trebulanũ cælũ. Hyber
num tibur: id ẽ tu tam frigidã
existimabis trebulam ut exi-
stimes tibur domiciliũ hyber-
num. i. utendum hyeme.

Circa balnea quattuor peregit.
O quanta est gula centies comesse.
Quanto maior adhuc nec accubare.

Ad Faustinum. 72

Humida qua gelidas submittit trebula ualles
Et uiridis cancri mensibus alget ager:
Rura cleonæo nũquam temerata leone
Et domus æolio semper amica noto:
Te faustine uocat: longas his exige messes
Collibus: hybernum iam tibi tibur erit.

De Origine Bacchi. 73

Qui potuit bacchi matrem dixisse tonantem:
Ille potest semelem dicere ruffe patrem.

Ad Theodorum. 74

Non donem tibi cur meos libellos
Oranti totiens: & exigenti
Miraris theodore: magna causa est.
Dones tu mihi ne tuos libellos.

De Pompeio & filiis. 75

Pompeios iuuenes asia atque europa: sed ipsum
Terra tegit libyes: si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe: iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

Vi potuit. In poetam ut
puto qui in fabula Bac-
In bibentes aquam.

Setinum: dominæque niues denſique trientes:
Quando ego uos medico nõ prohibẽte bibã
Stultus & ingratus nec tanto munere dignus:
Qui mauult hæres diuitis eſſe midæ.
Poſſideat libycas meſſes: hermumque: tagũque:
Et potet calidam: qui mihi laudat aquam.

li: Tantã facultatem benefaciendi in Domitiano eſſe oſtẽdit: ut nihil aliũde debeat petere q̃ aut a ſe aut a diis: ſe uero debere optare: ut ab ipſo & diis: & ita optat.

Ane: Sportula. c. quadrantum dabat a diuitib⁹ his qui ipſos colebant: Mart. ſolit⁹ colere Cecilianum caſu eum ſalutauit ſuo noĩe. cũ ex more deberet dominũ appellare: ꝓpterea eo uerbo amiſit ſportulã. Libertas: q̃ auſus ſim appellar̃ te uero noĩe: & nõ dominum. Abſtulit. c. quadrantes. i. ſportulam quæ erat. c. quadrantum.

Ad Cæſarem. 86

Dii tibi dant & tu cæſar quæcunque mereris:
Dii mihi dent & tu: quæ uolo: ſi merui.

Ad Cecilianum. 87

Mane ſalutaui uero te nomine caſu:
Nec dixi dominum ceciliane meum.
Quanti libertas conſtet mihi tanta requiris?
Centum quadrantes abſtulit illa mihi.

De Panareto potore 88

Cum peteret ſeram media iam nocte matellam:
Arguto madidus pollice panaretus
Spoletina data eſt: ſed quam ſiccauerat ipſe:
Nec fuerat ſoli tanta lagœna ſatis.
Ille fide ſumma teſte ſua uina remenſus:
Reddidit œnophori pondera plena ſui
Miraris quãtũ biberat cepiſſe lagœnam:
Deſine mirari ruffe merum biberat.

In Zoilum. 89

Sancta duci ſummi prohibet cenſura uetatque
Mœchari gaude zoile non futuis.

In Amianum. 90

Cælatus tibi cum ſit amiane.
Serpens in patera myronis arte:
Vaticana bibis: bibis uenum.

De Gellia. 91

Mœchum gellia non habet niſi unum.
Turpe eſt hoc magis: uxor eſt duorum.

Vm peteret: In Panaretũ ebrium: qui ſuperiore nocte lágœnam âplius biberat: & cum poſceret paulo poſt matellam: data eſt ei teſta ſpoletina: quam exhauſerat eam totã repleuit lotio: cũ plus bibiſſet: quare etiam plus nõ minxit: ſcilicet nihil indiderat aquæ: iccirco minus minxit: nam merũ bibẽtibus minus lotii fit. Madidus: ebrius Matellam. i. ſcaphium. Arguto pol. i. digito reſonant. Crepitu enim digitorum poſcebat̃ matella. ſupra: Digiti crepãtis ſigna nouit eunuch⁹: Et delicatæ ſuſcitator urinæ. Matella ita loquitur ĩ diſtichis. Cum poſcor crepitu digitorum & uerna morat̃. O quotiens pellex culcitra facta mea eſt. Spoletina: teſta: anteponebatur ſpoletinũ muſto ſetio. Oenophorum: uas eſt uinarium. Lagœnã cepiſſe .i. capacẽ fuiſſe quantum biberat: nã ſupra dixerat pl⁹ bibiſſe.

Añcta: In Zoilum fellatorẽ: ĩ quẽ & ſupra dixit: Nec uĩdicare te Ruffe poſſumus Fellat. hunc ait nõ oportere grauiter ferre promulgatam legẽ aduerſus adulteros: quoniam ipſe non ſectabatur mulieres: ſed fellabat. Non futuis: ſed fellas. Summi ducis: Domitiani imperatoris.

Aelatus: Amianus habebat pateram in qua ſculptoris arte erat effictus ſerpens: & ea bibebat uinum uaticanum: quod peſſimum eſt. cum inquit ſerpens ſit in patera & illic uinum uaticanum: qui inde bibit uenenum alludens ad uinum peſſimũ: & ſerpẽtis effigiem bene expreſſam. Arte mironis: Miron claruit argento effingendo & ſculpto.

Oechum: Gellia cum unum tantum haberet mœchũ dicebat ſe non eſſe nimium accuſandam quia unum tantũ haberet. at Martialis inquit hoc turpe eſt: ſed turpius quod eſt uxor duorũ: nam lepide deſcribit mœcham. Mœcha inquit eſt cõplurium uirorum uxor: & quæ unum habet mœchum uxor duorum eſt.

Am male: Thaidem male olẽtẽ & coñãtẽ emẽdare fœtorẽ unguẽtis deridet iocãdo aitq; nulla ratione posse tegi quin ĩsĩtũ sibi fœtorẽ exhalet: & q̃uis habeat unguẽ ta nõ olet ea: sed tãdẽ olet. Thaida. i. natiuũ Thaidis fœtorẽ. Fullones dicunt q pãnos purgãt: utunt aũt urina quã colligũt locatis amphoris ĩ angulis ut turba illic meiat. inde Titus ætate Lucilli ĩ orõne: qua legẽ fanniã suasit ita describit ebrios: Ludũt aleæ studio se: unguẽta delibuti scortis stipati: & paulopost: Dũ eunt nulla ẽ in angiportu amphora: quã nõ impleãt. erat etiã usus lotii ĩ purpura tĩgẽda. Auari: quia diu seruat lotiũ. Testa: amphora. Recẽs hircus: nã cũ hircus ex amore reuertit gra= uius olet. Ora leonis: leonis an helitus fœtidus ẽ: ut scribit Lu cretius & Pli. testat. Trãstibe rina: erat uilior pars urbis: ibi sepeliebant scurræ: & uillissi= ma quæq; ministeria fiebant.

Cutis: pellis transtiberina.

Detracta: cani. Pullus: galli= næ. Abortiuo ouo. i. in ouo qđ nondum peruenerat ad for matũ fœtũ. Garũ: faciebant ex intestinis piscĩũ & cæteris abiiciẽdis maceratis: dictũ qm̃ e pisce olim fiebat quem græci garon appellãt: postea factũ ẽ e scombris tanta æstimatione: ut nullus liquor p̃ter unguẽta esset ĩ maiore p̃cio. Garum op= timũ mittebant hæc loca Cla zomene Põpeii Leptis. Garo corrupto nihil est fœtidus.

Virus fallax. i. hunc fœtorẽ q ꝓueniebat ex baratro. i. ex mi= ro stõacho. Creta acida. i. luto ueneto: nam terra ex cypro af ferebatur quæ mixto aceto & occultata sub terra & ĩ solem tepentem educta medicam̃tum conficiebat cuti expolien dæ & uellendis pilis. Pingui faba. i. lomento: nam farina fabæ dicitur lomentũ quod rugas extẽdit. propterea dixit supra: Lomento rugas ueteri quod concedere tentas. Mille fraudes. i. per mille falsas artes. Se tutam: non exhalare grauem odorem.

Onuntur: In Calpetianũ pauperẽ: qui alienis uasis mercede cõductis aureis cœna= bat: quod poeta ĩdicat. putaris ĩquit Calpetianũ uasis aureis uti ubiq;: quia alia nõ habebat: at aliud ẽ nõ habet sua uasa: cogitur uti alienis. Stabulũ: mãsionẽ ĩ suburbio ap pellat. Agrũ: uillã: nõ habet suũ: utit alienis quæ mercede cõducit. Inde semper utitur uasis aureis. alibi ingestantem annulos: Dactylothecam inquit non habet.

Ccipe belligeræ crudũ thoraca. Aegidem sumpsit Domitianus: hoc est munimẽ tũ pectoris gorgoneo ore sculptum: quale gestabat Minerua id appellatur lorica quãdo ẽ in pectore hõinis mortalis: in pectore deæ ægis. Consecrat pectori ĩpera toris ægidem hoc carmine. Thoraca: id est munimentum pectoris. Deæ medusæ. i. Mineruæ quia gestat caput Medusæ: uel quia interfecerit Medusam: ut Igniꝰ scribit.

Quo tumet ira: hoc est quo Pallas irata utitur.

De Thaide.

Tam male thais olet quam non fullonis auari:
Testa uetus: media sed modo fracta uia.
Non ab amore recens hircus: non ora leonis:
Non detracta cani transtiberina cutis
Pullus abortiuo nec cum putrescit in ouo:
Amphora corrupto nec uitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore:
Deposita quotiens balnea ueste petit.
Psilotro nitet aut acida latet oblita creta:
Aut tegitur pingui terque quaterque faba.
Cum bene se tutam per fraudes mille putauit:
Omnia cum fecit: thaida thais olet.

De Calpetiano.

Ponuntur semper chrysendeta calpetiano:
Siue foris: seu cum cœnat in urbe domi.
Sic etiam in stabulo semper: sic cœnat in agro:
Non habet ergo aliud: non habet immo suũ:

Ccipe belligeræ crudum
thoraca mineruæ
Ipsa meduseæ quẽ timet ira deæ:

& Virg.appellauit ægidem arma turbatæ palladis:Gorgoneũq; caput turbatæ palladis arma.& cũ benigne alloquit aliquẽ dicitur depõere ægidẽ.supra: Sic breuit posita modo gorgone pallas. Hæc cæsar:ex loro enim erat. Dum uacat:uacua est. Pectore diuino sacro:pectore tuo diuino.

Nuia.Sarmatæ populi auctore Herodoto:qui a mæotide pallude icipientes:ad septẽtrionem tendunt.xx.diebꝫ itineribus: Idẽ a græcis sauronatæ dicuntur:ut Pli.scribit. tanta his inest barbaries ut ne nomẽ quidem pacis intelligãt. Lentulus eos tumultuates ad danubium repssit. Sagitti utũtur. Laudat loricam Cæsaris Mar. & eam putat fœlicem q̃ diuino pectori sit adhæsura:simul rogat ut cito triũphali uesti imperatorem restituat. Nã Domitianus necessario susscepit expeditionem in sarmatas de quibus domitis noluit triũphare:lauream tantum intulit Ioui capitolino. Inuia:impenetrabilis. Sarmaticis.i.sarmatarũ hostium. Magis fida.i.certa. Tergore: lorica quia e tergore fiebat lorica.

Getico: Martis qui in geticis colitur. Cuspidis ætholæ.i.lãceæ:nam æthol lanceas inuenerunt:ut scribit Pli.uel cuspidis ætholæ.i.teli meleagri ætholi.q.d. ne Meleager quidẽ qui aprum illum fabulis portẽ tosum iteremit:hanc loricam penetrare posset:quod placet.

Texuit:loricæ fiebant ex corio:adeo aũt durã loricã cæsarianã scribit poeta:ut ex ũgulis aprorꝫ nõ ex pelle sit confecta.hoc magis placet: q̃ q̃ non nulli suspicãtur de apro calido

Dum uacat hæc:cæsar poterit lorica uocari,
Pectore cum sacro sederit:ægis erit.

Ad loricam Domitiani. 2

Inuia sarmaticis domini lorica sagittis
Et martis getico tergore fida magis.
Quam uel ad etholæ securam cuspidis ictus:
Texuit innumeri lubricus unguis apri:
Fœlix sorte tua:sacrum cui tangere pectus
Fas erit:& nostri mente calere dei.
Icomes:& magnos illæsa merere triumphos:
Palmatæq; ducem sed cito redde togæ.

Ad Pontilianum. 3

Cur non mitto meos tibi pontiliane libellos?
Nec mihi tu mittas pontiliane tuos.

De Opiano. 4

Esset castrice cum mali coloris:
Versus scribere cœpit opianus.

Ad Cæsarem Do. 5

Si desiderium cæsar populiq; patrũq;
Respicis & latiæ gaudia uera togæ.
Redde deum uotis poscentibus:inuidet hosti
Roma suo:ueniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propius uidet ille tuoq;
Terretur uultu barbarus:& fruitur.

nio. Securã:nihil timẽtẽ. Sacꝫ pect9:Cæs.Do.i.comes o lorica. Illæsa:nõ penetrata. Merere:assequer. Palmatæ togæ.i.uesti triũphali: quod Serui9 est suspicat9.hæc ortũ habuit a pictis uestibus:quæ apud Homerꝫ sũt. Palmata dicebatur:quoniã pars palmæ.i.uictoriæ ĩ ea intexebatur:ut ab Helena pictis uestibus apud Homerꝫ acu certamina inseruntur:eadem dicebatur triumphalis.Ex Pli.est historia.

Vr non.Idem dixit in Theodorꝫ supra. Cur.i.quæ causa est:quare non mitto tibi meos libellos causa est ne mittas tuos:qui inepti sunt.

Sset.Poetæ erãt maciléti.luue.Vt dignus uenias hederis & imagine macra.Oppia. cũ morbo & natura ipa eẽt pallid9:putauit se posse uideri poetã:si scriberet uersus cũ palloré poeticũ iã héret.supra:Illot9 morieris Oppiãe.In hũc iocat Mart.ondẽs illi pallore natiuũ ineé:& eũdé scribeẽ malũ carmẽ:ad quod se cõtulit hac una de cã qa.s.pallet.

Desideriũ.Reuocat Cæsarẽ ex sarmatis po.ro.ita iã poscẽte. Redde deũ.i.redde te q̃ de9es. Si respicis desideriũ.i.si uis satisfacere desiderio ro.po. Hosti:sarmati:apud

quos es. Multa laurea ueñiat.i.mult⁹ triũph⁹.Alludit ad laureã: quã ſolã de ſarmatĩ tulit Ioui capitolĩo neglecto triũphio. Terret: dũ uĩcit cultu tuo & fruit: & ĩde oblectat

CQuid.Audito rumore uenturũ Cæſaré canit epigrãma. Ecquid.i.an conuerſus ad nos. Ab oris hyperboreis:a ſeptẽtrione. Cert⁹ auctor abeſt.i.non apparet uſq; qui id nũciauerit. Chartæ uictrices.i.litteræ lauro circundatæ: nã litteræ au & ore Pli.de triũpho lauro circũdebãt. Publica gaudia.i.quæ ſunt plubica gaudia. Cuſpidæ laurigera: geſtante laurũ. Io. uox é ꝓſequentĩ triũphũ. Sonas ĩuict⁹.i.diceris ĩuictus. Vt maior fiducia ſit.i.ut cũ maiore fiducia poſſimus uti lætitia uẽi tu nũci⁹ triũphi ſarmatici.

Yberna.Iteꝝ populi gaudia & curã teſtat abſente Cæſare: & mox uenturo ait in ſpectaculis animis hominum meditantibus de Cæſare oculos nulla frui uoluptate: neq; ĩſpiceꝛ qs uictor ſit. Peuce: cũ hiſter in pontum euoluat ſex mixtis fluminibus iuxta ꝓmũ hoſtium eſt ĩſula peuce in quã olĩ Syrnius rex aufugit: auctore Strabone inſequente Alexãdro. Arctos: hyberna.i.ſeptẽtrio. Peuce: ĩſula ad hiſtꝝ.

Et hiſter calens: ponit omnia hæc loca ꝓ accolis. Rhenus ĩprobus: quia ter defecit domitis accolis. Fracto cornu ter: ter intelligo: quoniam Domitianus puer domuit Batauos ĩcolentes inſulam rheni: & bis dacos & cattos eiuſdem germaniæ populos. Perfidæ: ſæpiũs rebellantis. Abeſſe non potes noſtris uotis: ob noſtra uota nõ potes abeſſe ab urbe: quia te animo ꝓſequimur: & amplectimur tanquã præſentem. Parens orbis: quia Domitianus fuit appellatus pater patriæ. Paſſerin⁹ & Tigris: nomina ſunt athlætarum. Turba magni circi: ideſt ſpectatores magni circi. In eundẽ ſenſum infra erit epigramma.

Vnc. Iterum lætatur uenturo Cæſare: aitq; ſua carmina non eſſe intempeſtiua triũmpho: cum triũphi ſoleãt hẽc ludos & iocoſ. Victor: expugnati ſarmati. Orbe odryſio: a partibus ſeptentrionalibus menſe decembri nunciatum eſt redire Cæſarem: iccirco december faciebat uota certa & rata. O decẽber fœlix: quia attuliſti nuntiũ de Cæſare. Poteras non cedere iano: ideſt poteras eſſe prior dignitate ſi Cæſar rediret mẽſe tuo ſicut Iani menſe. Gaudia: de aduentu Cæſaris. Feſtiua conuiuia: ſupra expoſitũ eſt: Conſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi.

De fama reditus Do.

Ecquid hyperboreis ad nos conuerſus ab oris
Auſonias cæſar iam parat ire uias?
Certus abeſt auctor: ſed uox hoc nũciat omnis.
Credo tibi: uerum dicere fama ſoles.
Publica uictrices teſtantur gaudia chartæ
Martia laurigera cuſpidæ pila uirent.
Rurſus io magnos clamat tibi roma triũphos:
Inuictuſque tua cæſar in urbe ſonas.
Sed iam letitiæ quo ſit fiducia maior:
Sarmaticæ laurus nuntius ipſe ueni.

Ad Cæſarem Do.

Hyberna quãuis arctos & rudis peuce
Et ungularum pulſibus calens iſter
Fractuſque cornu iam ter improbo rhenus:
Teneat domantem regna perfidæ gentis.
Te ſumme mundi rector: te parens orbis.
Abeſſe noſtris non tamen potes uotis:
Illic & oculis: & animis ſumus cæſar:
Adeoque mentes omnium tenes unus.
Vt ipſa magni turba neſciat circi
Vtrum ne currat paſſerinus an tigris.

De reditu Do.

Nunc hilares ſi quando mihi: nunc ludite muſæ
Victor ab othryſio redditur orbe deus.
Certa facis populi tu primus uota december.
Iam licet ingenti dicere uoce uenit.
Foelix ſorte tua: poteras non cedere iano.
Gaudia ſi nobis: quæ dabat ille: dares.

Festa coronatus ludet conuitia miles:
Inter laurigeros cum comes ibit equos.
Fas audire iocos: leuioraque carmina cæsar
Sit tibi:si lusus ipse triumphus amat.

De Casselio.

Cum sexaginta numeret cassélius annos
Ingeniosus homo est:quando disertus erit?

In Olum.

Pædicatur oros:fellat linus:ole quid ad te:
De cute quid faciat ille uel ille sua.
Centenis futuit matho milibus:ole quid ad te:
Non tu propterea:sed matho pauper erit.
In lucem cœnat sertorius:ole quid ad te:
Cum liceat tota stertere nocte tibi.
Septingenta tito debet lupus:ole quid ad te
Assem ne dederis:credideris ue lupo.
Illud dissimulas ad te quod pertinet ole:
Quodque magis curæ conuenit esse tuæ:
Pro togula debes:hoc ad te pertinet ole.
Quadrantem nemo iam tibi credet:& hoc.
Vxor mœcha tibi est:hoc ad te pertinet:ole.
Poscit iam dotem filia grandis:& hoc.
Dicere quindecies poteram:quid pertinet ad te
Sed quid agas:ad me pertinet ole:nihil.

Ad Pudentem.

Cogis me calamo manuque nostra
Emendare meos pudens libellos.
O q̄ me nimium probas amasque
Qui uis archetypas habere nugas.

Ad Faustinum.

Sic me fronte legat dominus faustine serena:
Excipiatque meos qua solet aure iocos:
Vt mea nec iuste quos odit pagina læsit:
Et mihi de nullo fama rubore placet.
Quid prodest:cupiant cū quidā nostra uideri
Si qua lycambeo sanguine tela madent.
Vipereumque uomant nostro sub nomie uirus.

Festiua conuitia:idest festi
stiue iocabit in imperatorem.
Lusus:iocos festiuos.

Vm.Cassellius ingenio-
sus uolebat uideri.Lx.an
num iam natum.at si est inquit
ingeniosus nunc:quando erit
disert⁹:quādo tandem discet.
Quando disertus erit.i.quan
do discet:nam uolebat uideri
doctus:quūm diceret se inge-
niosum.

Ogis.Vasa archetypa erāt
preciosissima:ea erant ma
nu uetustorum artificum con
fecta.Ref archetypa dicit quæ
manu auctoris est facta:nō du
cta exemplo sed stans aliis ī ex
emplum.Aulus pudens petiit
a Martiale ut manu sua emen
data carmīa daret.locatūr poe
ta. Nugas:uersus uiles. Ar-
chetypas:emendatas a me.

Ic me legat. Dolet quen
dam maledicū scripsisse
carmen sub suo nomīe plenū
mordacitatis:a qua ipse semp
horruit:& in decimo idem cō-
queritur: Vernaculorū dicta
sordidum dētem. Iurat suum
non esse carmen quod sub ei⁹
nomine circunfertur. Sic: iu
rantis. Domin⁹:Domitian⁹.
Ea aure:benignitate auris.
Iuste quos odit:idest merito
odio habeo. De nullo rubo
re:reprehensione alicui⁹:quia
qui reprehenditur rubet:ut Iu
uenalis:Rubet auditor.
Sanguīe lycambeo:idest acer
bitate iambica: nam Archilo
chus in Licambem generum
suū scripsit carmen:quo illum
compulit ad laqueum.

Negant ferre radios Phœbi.i.non poteſt aperte uti ſuo carmine.inde poſt dicentur clã cularii. Ludimus:iocamur. Innocuis:non detrahentibus famæ alicuius. Genius: de⁹ rerum gerendarum:ut Pompeius.& famæ deus:ut ſupra. Victurus genium debet habe re liber. Gregem caſtalium:muſas. Inſtar:quæ mihi loco numinis eſt. Candiduſ:ſim plex ſine liuore.

Vm.lycoris migrauerat tybur:iocans poeta dixit eam illuc migraſſe ut fieret cãdi da:quia audiuerat ebur cælo tyburtino ex uetuſtate reparari:nunc & reuerſa eſt & nigra:ut ſupra: Tybur in her⸗culeum migrauit nigra lyco⸗ris. Antiqui dentiſ:ideſt uetu ſti eboris:quod fit ex dẽte ele⸗phãtis.ex eiuſdem beluæ aliis oſſib⁹ fit: ſed minore æſtima tione.Auctor Pli.

Ccidit. Suſpẽdit animũ lectoris uſq; ad exitũ epi grãmatis:aĩt enim puellam ſu am amiſiſſe luſus:& delitias:& quoniam amica Catulli paſſe rem delitias ſuas amiſerat: & Violantilla columbam:quam ſtella defleuit: putauit audi tor tale aliquid amiſiſſe amicã Martia.at aliud eſt quod ul⸗timiſ uerſibus declarat. Orba neq̃itiis ſui paſſeris:ideſt pri uata paſſere. Hiantis: Violan tilla amica ſtellæ. Cantata: ce lebrata eo carmine quod ĩſcri ptum eſt. Aſteris:& item eo carmine quod inſcriptum eſt colũba. Lux mea:amica mea non capitur nugis.i.non dele ctatur leuioribus rebus. Nu gæ ſũt res nullius precii.& Ci cero ad Atticum homines nul li⁹ p̃cii dixit nugas: ut Metro dorus & reliquæ nugæ. Iſtis moribus:ideſt iſtis delitiis:& in mores humanos educatis beſtiis. Mouent:ad dolorem

Qui phœbi radios ferre diemque negant.
Ludimus innocuis uerbis:hoc iuro potentis
Per genium famæ caſtallidumque gregem.
Perque tuas aures magni mihi numinis inſtar
Lector inhumana liber ab inuidia.

De lycoride. 13

Dum tyburtinis albeſcere collibus audit
Antiqui dentis fuſca lycoris ebur.
Venit in herculeos colles:quid tyburis alti
Auro ualet:paruo tempore nigra redit.

De ſua puella. 14

Accidit infandum noſtræ ſcelus aulæ puellæ.
Amiſit luſus delitiaſque ſuas.
Non quales teneri plorauit amica catulli
Leſbia nequitiis paſſeris orba ſui.
Vel ſtellæ cantata meo quam fleuit hiantis
Cuius in elyſio nigra columba uolat.
Lux mea non capitur nugis nec amoribus iſtis
Nec dominæ pectus talia damna mouent.
Biſdenos puerum numerantem perdidit annos:
Mentula cui nondum ſexquipedalis erat.

Ad Arginum puerum. 15

Quis puer hic nitidis abſiſtit hiantidos undis:
Et fugit ad dominam naida nunquid hylas?

Seſquipedalis:ſeſq; indeclinabile ſignificat unum & dimidium:additur cuius noĩ:adeo ut Tacit⁹ ſeſquiplagam ꝓ una plaga cum dimidia dixerit.Ci.in oratore ſuo:Pes qui ad hibetur ad numeros partitur in tria:ut neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti:aut altero tanto:aut ſeſquimaiorem. Seſquipedalis dicitur unius pedis cũ dimi⸗dio.Amita Martialis delitiaſ ſua'ſeſquipedaleſ coniiciebat futuraſ:cũ puer ad legitimã peruenisſet ætatem:ꝓpterea doluit ſibi ereptum eſſe ante tempus:quod nonnulli garri unt ſeſquipedalem formam hoc loco.i.perfectã:nec cõuenit:nec uerum eſt.

Vis puer.Domi Stellæ fons erat:& elegantiores miniſtri proximo nemore coleba tur Hercules in primis:nunc laudatur Arginus.de eadem re infra eſt epigramma: Fons dominæ regina loci quo gaudet hiãtis. Quis puer:ideſt qui aſſiſtit aquis Violã tillæ:cuius ædes celebrãtur carmine Papinii. Nayda:a qua Hylas raptus exiuit ex aqs.

O bene quod ſilua colitur tirynthius iſta:
Et quod amatrices tam prope ſeruat aquas:
Securus licet hos fontes argine miniſtres
Nil faciunt nymphæ:ne uelit ipſe caue.

Tirynthius:Hercules. O q̄ bene factum eſt:quia non permittet raptum Argini. Licet miniſtres:ideſt potes miniſtrare nobis.Securus:quia Hercules te defendet.

Ad Rēgulum. 16

Aera domi nō ſunt ſupereſt hoc regule tantum
Vt tua uendamus munera:nunquid emis?

Era domi.In Regulum q̄ uiliſſima munera donauerat:quē hoc diſticho redarguit:cum oſtēdit adeo uilia eē munera ut nullum ſit preciū.
Aera domi nō ſunt: ideſt nō habeo pecunias. Nunquid emis:an emeres tu:q̄ſi diceret non:quia adeo ſūt uilia:ut nemo faciat precium.

Ad bibliothecam Iulii Mar. 17

Ruris bibliotheca delicati
Vicinam uidet unde lector urbem
Inter carmina ſanctiora ſi quis
Laſciuæ fuerit locus thaliæ:
Hos nido licet inſeras uel imo
Septem quos tibi miſimus libellos
Auctoris calamo ſui notatos:
Hæc illis precium facit litura.
At tu munere delicata paruo
Q uæ cantaberis orbe nota toto
Pignus pectoris hoc mei tuere
Tulli bibliotheca martialis.

Vris Bibliotheca. Reponit libros in bibliotheca ut alii ſentiunt ſua:quod placet:ad Ianiculum ut alii intelligunt. Amici:alloquit' bibliothecam. Videt:uidet uicinā urbem:quod ſupra dixit:Vnde totā licet æſtimare Romā.
Vno nido:dicebantur nidili brorum:ubi reponebātur: aut terni:aut quaterni.Supra: De p̄mo dabit altero ue nido. Laſciuæ thaliæ:laſciuo carmini.
Notatus: ideſt auctograph⁹: nā libri exſcripti manu auctoris dicuntur auctographi. Litura: caſtigatio:nam libri caſtigati manu auctoris erāt in maiori precio. Paruo munere dedicata:ideſt conſecrata paucis libris.

In Gallam. 18

Cnm tibi ſit facies de qua nec fœmina poſſit
Dicere:cum corpus nulla litura notet.
Cur te tam rarus cupiat:repetatq; fututor
Miraris? uitium eſt non leue galla tibi.
Acceſſi quotiens ad opus:miſtiſq; mouemur
Inguibus:cunnus non tacet:ipſa taces.
Dii facerent ut tu loquereris:& ipſe taceret
Offendor cunni garrulitate tui.
Pedere te mallem:namq; hoc nec inutile dicit
Symmachus:& riſum res mouet iſta ſimul.
Q uis ridere poteſt fatui popyſmata cunni:
Cum ſonat hic:cui nō mentula menſq; cadit.
Dic aliquid ſaltem:clamoſq; obſtrepe cunno.
Et ſi adeo muta es:diſce uel inde loqui.

Ragmentum. Tabulam uetuſtate conſumptam carmine celebrat contra imperitūm uulgus:a quo conténebatur.puto hanc tabulam uel additā fuiſſe libro Mart.uel foriḃ dom⁹:ait autē hāc eē ptem argonauis & eſſe ſāctioré quacunq; naui integra.

De fragmento Argos. 19

Fragmento quod uile putas & inutile lignum

Prima carina.i.argo: aut certe quod placet æmulatione Catulli hoc edit carmen: q̄ metaphorice phaſellum ſuū decantat. Maris ignoti: mortalibus. Argonauis ex orno arbore fuit confecta: ut ſcripſit Alexāder Cornelius: ea ſimilis arbori ferenti uiſcū: nec aqua nec igni poteſt corrumpi. Cyneæ: duo ſcopuli ſunt contra boſporū thraciū. Idem dicti ſunt ſymplegades: quia uidēt̄ concurrere ſimul & inuicem diſcedere ꝓ aſpectu nauigātiū: per eas tranſiuerunt argonautæ: quod Apollonius Flaccus: Orpheus: & quicūq; argonautica ſcripſerūt tradunt: fauore tamen & ope Palladis & Iunonis. Lucanus: Vt pagaſea ratis peteret cum haſpidos undas: Cyneas tellus emiſit in æquora. Ruīæ cyaneæ.i.ſimplegades. Triſtior ira.i. tēpeſtas. Ceſſerit.i.uideat̄ cōſumpta uetuſtate. Salua rate.i. integra rate.

Hæc fuit ignoti prima carina maris.
Quam nec cyaneæ quōd am potuere ruinæ
Frangere: nec ſcythici triſtior unda freti.
Sæcula uicerunt ſed quāuis ceſſerit annis:
Sanctior eſt ſalua parua tabella rate.

In Santram. 20

Nil eſt miſerius nec guloſius ſantra
Rectam uocatus cum recurrit ad cœnam
Quam tot diebus noctibuſq; captauit.
Ter poſcit apri glandulas: quater lumbum.
Et utranq; coxam leporis: & duos armos.
Nec erubeſcit peierare de turdo.
Et oſtreorum rapere liuidos cirros:
Dulci placenta ſordidam linit mappam.
Illic & uuæ collocantur ollares.
Et punicorum ꝑauca grana malorum:
Et excauatæ ꝑellis indecens uuluæ
Et lipa ficus: debiliſq; boletus.
Sed mappa cum iam mille rumpitur furtis.
Roſos tepenti ſpondilos ſinu condit:
Indeuorato capite turturum truncum.

Il eſt. In Santrā qui aliēas captabat cœnas: & reliqas oīes: colligebat: quod erat guloſi: ſimul eas uēdicabat: qđ erat auari & miſeri. Vocat⁹: inuitatus. Cœnam rectā: ad differentiam ſportularū: nā & ſi ī ſportulis dabatur cœna: tamē non erat recta cœna Recta enī erat quæ dabat̄ domi a diuite. Tranquillus: Sportulas ad rectas cœnas redegit. Glādulas apri: cū. lx. ſapores ex apro conficerentur: glandula ſiue glandia erant inter cæteroſ ꝑte gutturis tanti ſaporis ut lege ſumptuaria fuerint ꝓhibita. Lumbus porci qui erat in medio: ſi ī tres partes diuidebatur. Peierare: falſo iurare ſe nō habuiſſe turdū: ut ei det̄. Cirros: carnes cirrinæ dicūt̄: q̄s pariūt ranæ īformes & exiguæ: eiuſdem ſimilitudīs carnes oſtreorū ſūt: & cirri dicūt̄. Cirri præterea dicūt̄ nodi: īfra dicet̄ Ioꝝ cirratū. & Perſi. Iuuenes cīcīnatos appellat cirratā turbā. Liuidos cirros. Pli. uidet̄ accipe ꝓ minutioribus pedib⁹ piſciū: nā cū đ polipis ſcriberet: duo inqt longiſſimi pedes ſunt: q ſe uelut āchoris ſtabiliūt: cæteri cirri quibus uenant̄. Liuidos: a colore. Buccis: fruſtis. ſupra dixit buccellas. Linit: maculat. Vuæ ollares: ut ap đ. L. Columellā: & Varroné dicebāt̄ quæ ollis ꝓuabāt̄. Mala pūica: eadē granata dicunt̄ ſortita noīa qa ap đ pœnos maxīe florēt: & īde ea accepit Italia. Vuluæ excauatæ: exeſæ & exeſis carnib⁹. Ita: ut ſola pellis remāeret. đ uulua hæc Apiti⁹: Vuluæ ſic fiūt: Pip tritū & ciminū capita porrorū. Bolet⁹ debilis: nā cito finit̄: uel fragilis. Spōdilos: ſpondilū eſt gen⁹ ferulæ ex ſyria. Spondiliti ē oſſa quædā pectoris. Sūt qui humeroꝝ intelligant. Pli. ſcribit primū ſpondilū dorcadis reddere facilē aditū potentioꝝ ſi geſtatus fuerit. Tepēti ſinu: calido ob cibos. Et turturē trūcū. i. carentē capite. Truncā cadauera: dicunt̄ ſiñ capite. Analecta: dicūt̄ reliqæ. eodē uerbo utit̄ ī diſtichis đ ſcopis: Ocia ſed ſcopis nūc analecta dabūt. ꝑe aūt reliqæ: quæ ſūt ſub mēſa: & colligūt̄: nā analigō ē colligor. potes accipe analecta fuiſſe inſtra ad colligēdas reliqas ex pauimentis: quib⁹. ſ. ꝓ ſcopis utebāt̄: nā ut ſcribit Pli. Purgamēta cœnæ euerri ſolēt ī pauimēto ueluti relicta.

Longa dextra.i.demissa manu q̃uicq̃uid noñ comederũt cañes. Præda esculenta.i. ñec furta rerũ esculẽtarũ. Ad pedes:ex mensa ꝓuoꝝ:qui ad pedes discũbũt. supra hoc apertũ ẽ eo districho:Oĩa cum retro pueris obsonia tradas: Cur non'mensa tibi ponitur a pedibꝰ. Vino mixto:nam serui uinum bibebant mixtum aqua.

Aec est.Natalem Lucani poetæ & certum fuisse:& eo mortuo celebratum:uel Papinii carmen testaẽ:qui phallerio uersu natalitia illius sacra decãtat. Lucani ꝓpriũ diẽ frequentet: idẽ ait duobꝰ epigrãmatis: Martia.Polla Lucani uxore diem celebrante.

Colligere longa turpe nec pudet dextra
Analecta:& quicquid canes reliquerunt
Nec esculenta sufficit gulæ præda:
Mixto lagænam replet ad pedes uino.
Hæc per ducentas cum domum tulit scalas:
Seq; obserata clusit anxius cælla
Gulosus ille:postero die uendit.

De natali Lucani. 21

Hæc est illa dies quæ magni conscia partus:
Lucanum populis:& tibi polla dedit.
Heu nero crudelis nullaq; inuisior umbra:
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

De Eodem. 22

Vatis apollinei magno memorabilis ortu
Lux redit:aonidum turba fauete sacris.
Hæc meruit cum te terris lucane dedisset
Mixtus castaliæ bætis ut esset aquæ.

De Eodem. 23

Phœbe ueni:sed quantus eras:cũ bella canenti
Ipse dares latiæ plectra secũda lyræ.
Quid tanta pro luce precer:tu polla maritum
Sæpe colas:& se sentiat ipse coli.

In Maledicum. 24

Cum iuuenale meo quæ me committere tentas.
Quid non audebis perfida lingua loqui?

Conscia magni partus.i.partus Lucani: Polla dedit Lucanũ populis: quasi diceret populi debent naturæ: quæ ꝓduxit in beneficiũ & gratiam populoꝝ.& idem Papi. de Bæti. Lucanũ potes ĩputare terris.

Polla:uxor Lucani laudata multo carmine Papinii.Lucanus conscius cõiuratõnis i Neroné:cuius princeps fuit Piso multas insignesq; familias paterno gñe complexꝰ ut scribit Tacitꝰ:Socii præterea Rubriꝰ Flauius:Sulpitius Asper:Plautus Lateranꝰ interfectus ẽ dep̃ hensо crĩe. Coniurauit aũt in Neroné qm̃ prĩceps ĩuidẽs prohibebat poetæ carmĩa ostẽtari populo. Inuisior:sensus ẽ nullꝰ ẽ ĩterfectꝰ a te o Nero cuiꝰ nece dignꝰ sis maiori odio & magis ĩuisus q̃ nece Lucani. Idem sensus ferme ẽ in Antoniũ:Et leuius tabula q̃ Cicerõe nocẽs.

Hoc nõ licuisset tibi:hoc saltem debuisti uereri:si nunq̃ aliud scelus potuisti horrere: uel debuit tibi adẽpta eẽ facultas istiꝰ facinoris ꝓpetrãdi.

Atis.Idẽ ẽ argumẽtũ. Lux mẽorabilis.i.dies natalis mẽorãdꝰ. Sacris:nataliciis. Bætis:fl.hispaniæ:Lucanꝰ cordubẽsis hispaniæ bæticæ. Bætis:meruit:assecutꝰ est ut nũerareť intꝛ fõtes castalios:qm̃ tulit poetã. Dedisset te terris:i.ꝓduxisset. O phœbe:nã numĩa qbꝰ sacrificamꝰ inuocamꝰ. Secũda plectra.i.secũdã laudẽ canimꝰ:ꝑma fuit Virg. Papi.añponit Lucanũ ét Virg.lp̃a te latius æneis uenerabiť canentẽ. Sentiat se coli:maius non potuit p̃cari coniugi amanti maritũ:q̃ ut eius officiũ ab illo sentiretur.

Vm Iuuenale.In maledicũ.Duo Iuuenales hisdem tẽporibus floruerunt: alter cõsul cuiũs meminit Tacitus:alter poeta cuiꝰ satyra extat.Sũt qui suspicenť hoc dici de consule:sunt qũi de poeta.ego de poeta:nam Iuue.ut ex antiquoꝝ monumentis in eius cõmentariis recitauimus Satyra paucoꝝ uersuum nõ absurde cõposita i Paridẽ pãtomimum:poetãq; eius semestribus militiolis tumẽtem:genus scripturæ ĩdustrio se excoluit:& tamẽ bñ diu ne modico quidem auditorio quicquid cõmittere ausus est. Recitauit tantum.Quĩt.aliiq; Martialis & quum Martialis superius epigramma edi-

disset: q̄uo est coñq̄ūestus q̄ueñdam scribere uersus maledicos sub suo ñomine: suspicatus est Iuuenalis id de se scribi a Martiale quodam præsertim delatore ita affirmante: in quem nunc scribit: & malæ linguæ ĩprecatur. Cõmittere me. i. ducere me. in inimicitias dicunt cõmitti quando cogimur inter nos dimicare: & contẽdere: & cõmittunt feræ qñ cogũtur simul pugnare. Pilades: filius Strophili phocensis Orestem Agamemnonis filium unice dilexit: adeo ut ne insanum quidem desereret: Affuit insano iuuenis phocꝰ Oresti. Et Pilades fuit pantomimus tẽporibus Augusti pirithous Ixionis filius rex Lapithaꝝ: & Theseꝰ amicitiã ĩ marathone ĩiuerunt: cum Thesei fama adductus pirithous emisisset tauꝝ ut illius uires expiret. Inde iuncta ex ea amicitia Deidamia in uxorẽ ducta piritho⁹ Theseum ad nuptias duxit. hæc Plutarchus: aliter Herodotus. Siculos frẽs: non palicos ĩtelligit: de quibus multa Macrobius: nõ Damonem & phitiam: q nõ fuerunt frẽs: sed Amphinomũ & Anapiã frẽs Cataneos qui piissimi fuerũt ĩ parentes: adeo ut Neptuni ira ĩminente excidio eos humeris extulerũt. Silius: Et catane generasse pios celeberrima frẽs: auctor ẽ Strabo: & Plutarchus ĩ oꝛone ad Apolimum. Pausanias eoꝝ meminit: nomẽ non expressit. Atridas: Agaméno né & Menelaũ. Maius nomen q̄ fuerit Amphinomi: & Anapiæ. Quod facis. i. imprecor q; semper hæreas inguinibus: quod supra etiã dixit: Hæreat ĩguinibus potius tam noxia lingua.

Te fingente nefas: piladen odisset orestes
Thesea pirithoi destituisset amor.
Tu siculos fratres: & maius nomen atridas:
Et lædæ poteras dissociare genus.
Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor ausis
Vt facias illud: quod puto lingua facis.

In Malum poetam. 29

Dulcia cum tantum scribas epigrãmata semper
Et cerussata candidiora cute.
Nullaq; mica salis: nec amari fellis in illis
Gutta sit: o demens uis tamen illa legi.
Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti
Nec grata est facies cui gelasinus abest.
Infanti melimela dato: fatuasq; mariscas.
Nam mihi: quæ nouit pungere: chia sapit.

Scazonta mittit ad Apollinarem. 26

Apollinarem conueni meum scazon
Et si uacabit: ne molestus accedas
Hoc qualecunq; cuius aliqua pars ipse est
Dabis: hoc facetum carmen imbuant aures:
Si te receptum fronte uideris tota.

Vlcia. In eũ qui cãdore carmis nulla aũt dicacitate aut urbanitate iserta uolebat placere eãdẽ cibo ꝝ & epigrãmatõ cõditionẽ eẽ scribit poeta: ut placeꝛ nequeãt: nisi addita mica salis aut aceti. Sẽsus ẽ Quint. Acoris cibꝰ palatũ delectat & eiꝰ gñis scripta. Cãdidiora: sensus cãdidioris. Cute cerussata. i. pelle expolita cerussa. Mica: granũ. Salis. i. urbanitatis. Nec amari fellis. i. mordacitatis. Fraudatꝰ: carẽs. Morsu aceti. i. aliqua ꝑte aceti. Gelasinus: ruga cõtracta ex risu dicit. ꝑ ruga accipit qualis in media frõte eminet. Cui abest Gelasinus. i. quæ nõ corrugat aliqua ex ꝑte. Melimella: poma mustea dicebãtur a celeritate maturitatis: eadẽ melimella dicunt a sapore mellis. Mariscæ: ficus mariscas noĩat Cato: & repetit Pli. Cato ficꝰ mariscas ĩ loco cretoso aut apto serit: erãt aũt dulcis saporis potius q̄ grati. Melimella: dulcia epigrámata dáda sunt ĩfantibꝰ. Fatuas: carẽtes sapore sãlis. Chia ficus: erat quã ex disciplina Cloacii noĩat Macrobius: ea habet saporem acerbiusculũ: ꝓpterea delectat. Ficus chia. i. epigrãma mordens.

Pollinarem. Scazon carmen iambicũ claudicãs: de quo supra ẽ dictũ: uel alloquit ut se conferat ad Apollinarẽ si uult esse tutus aduersus malignos. O scazon: o meũ carmen iambicũ. Vacabit: erit uacuus negociis. Cuiꝰ carminis ipe aliqua parte & emẽdatione sua & hæc eius gratia scribo ubi noĩat. Imbuãt: dent primam ꝺignam: & honorẽ.

Fauore noto:q̄uo ſolet. Flagret:inceſus ſit.

Noto rogabis ut fauore ſuſtentet.
Q uanto mearum ſcis amore nugarum
Flagret:nec ipſe plus amare te poſſum.
Cōtra malignos eſſe ſi cupis tutus
Apollinarem conueni meum ſcazon.

De Apro a ſe occiſo. 27

Tuſcæ glandis aper populator:& ilice multa
Iam piger:ætole fama ſecunda feræ
Q uem meus intrauit ſplendēti cuſpide dexter.
Præda iaces noſtris inuidioſa focis.
Pingueſcant madidi læto nidore penates.
Flagret & exciſo feſta culina iugo.
Sed coquus ingentē piperis conſummet aceruū:
Addet & arcano mixta falerna garo.
Ad dominum redeas:noſter te non capit ignis
Conturbator aper:uilius eſurio.

Ad Fuſcum. 28

Sic tyburtinæ creſcat tibi ſilua dianæ:
Et properet cæſum ſæpe redire nemus.
Nec carteſiacis pallas tua fuſce trapetis
Cedat:& immodici dent bona muſta lacus.
Sic fora mirentur:ſic te pallatia laudent:
Excolat & geminas plurima palma fores.
Ocia dum medius præſtat tibi parua december
Excipe: ſed certa quos legis aure iocos.
Scire libet uerum:res eſt hæc ardua.ſed tu
Q uod tibi uis dici:dicere fuſce potes.

Fauore noto:quo ſolet. Flagret:inceſus ſit.

Vſcæ.Dexter amicus Mart.ei miſerat aprū integrū.Mart.diu apro inſpecto & cogitato ſumptu futuræ culinæ eū remiſit:uult enī cibos qui minori precio condiātur. Populator glandis tuſcæ.i.qui populabaris glandes tuſciæ:nam apri ueſcunt glande. Secunda fama:ideſt qui potes eſſe in admiratiōe. Apro ætolo:calidonio. Dexter: amicus meus. Inuidioſa:ſupra conditionem meam. Feſta culina.i.agēs diem feſtum.

Iugo:ideſt ſilua exciſa. Sed coquus:nunc pœnitet Martialem:cum reminiſcitur exigere multum ſumptum. Piperis: piper adhibebat apro condiendo falerno mixto garo:arcanū œnogarum dicitur. nam œnogarum erat garum mixto uino. Apitius ſpondilos ex ſimplici œnogaro factos: & alibi addes œnogarum in tubera & piper. Arcano autem garo ideſt exiguo:quia falerni potō ſupabat garum. οἶνος uinū & γάρον garū ſignificat: ūde œnogarū. Ad dominū:Dexter.

Noſter ignis.i.nr̄a culina nō eſt capax tui. Cōturbator:cōturbatores apud Martialem dicunt qui pecuniā in uarios ſūptus exigunt: & qui diuerſa requrūt:ut alibi: Cōturbatorq; macelli.Conturbatorem igitur appellat aprum: hoc eſt piper & œnogarum & magnum ſumptum exigentem. Exurio uiliꝰ: uolo uiliores cibos.

Ic tyburtinæ. Fuſcū rogat ut ſua carmina accipiat menſe ſaturnalitio & dicat quid ſentiat. Certa aure: cenſoria aure. Dum medius decēber.i.ſaturnalia. Nemus cæſum ſæpe redire:ideſt germinare. Tua pallas:tua oliua. Senſus eſt & ager tuus plus olei ferat:q̄ ſolet bæticus:nam hiſpania bætica oleo abundat. Italia obtinet palmā. Vena frana:liciana cōtendunt. Poſt Italiam hiſtria & bætica. Trapetum dicitur mola torcularis. τραπεύω ſignificat uoluo. Lacus imundici.i.pleni.i.ſolia per que labuntur muſta. Fora:quia Fuſcus erat cauſidicꝰ. Plurima palma.i.undecūq; afferat palma & uictoria ſcire libet uerū. Sed tu quod:ſenſus ē cupio ſcire uerum quid ſentias de meo carmine:quod ſi hoc tibi uidetur difficile quia ueris ne me offendas:potes dicere mihi quod tibi uis dici:hoc eſt tu potes me laudare: quēadmodum tu uis laudari:cum alicui oſtendis carmina.

Estille. Missurus carmiña Voconio Victori poetæ: alloquit Testillũ illius pũerũ in quo laudando Voconius erat occupat⁹: rogat ut pauliſp̃ a poetæ latere diſcedat: dũm ſua illi carmina legit caſtigãda. Dulce torm̃tũ: dulcis cura. Victoris: eſt cognomẽ poetæ: ſed menda librariorũ ſcriptum erat. Victuri: Verſus autẽ hoc eodem epigrammate indicat mendam: Carmina Victori dum lego pauca meo. Notior: nobilior carmine poetæ. Sic: precantis eſt & optantis. Poſitis capillis: tõſis. Tuo uictori: poetæ tuo.

Marſi. qui poeta captus Melenis amore compoſitos de ea uerſus oſtendebat Virg. Melenis fuſca epithetõ conueniẽs: nam μελαινα ſignificat fuſcã: ideſt quẽadmodũ marſus potuit oſtẽdere maroni cantanti Alexi ſuoſ: ita meoſ debeo poſſe oſtendere Voconio: q̃uis tui amore ardeam.

Ad Teſtilum puerum.

Teſtile uictoris tormentum dulce uoconi
Quo nemo eſt toto notior orbe puer.
Sic etiam politis formoſus amere capillis:
Et placeat uati nulla puella tuo.
Pauliſper domini doctos ſepone libellos:
Carmina uictori dum lego pauca tuo.
Et mecœnati maro cum cantaret alexim:
Nota tamen marci fuſca melenis erat.

As Cattis. Argumentũ ẽ epigrãmatis in Geliam: q̃uæ inuſitato genere cõcubitus uenerei uidebat oblectari: cum romanum hominẽ nullũ admitteret: ut illud. Qua ratione facis. non mõ interroget quare id faciat: ſed quo pacto id faciat. Iudæi: recutiti dicũtur: quoniã iudæis pueris cutis inguinis recidebat. poſtea cũ cutis ſuccreſceret dicebant recutiti. q. noua cute tecti. Horatius appellauit iudæos appellas: hoc ẽ cute & pelle carẽtes. hoc indicio Domitianus cum exigeret tributum e iudæis ſenem inſpici iuſſit. Alani iter ſarmatas ſunt: nam ut ſcribit Pli. p̃mum omnium fũt ſcytæ degeneres a ſeruis orti: Trogo diti: Alani: Toxalani. aduerſus Alanos popoſcit opem. Volgeſus rex parthorum a Veſpaſiano: optauitq; Domitianũ mitti: ſed non impetrauit. Torus: concubitus. Equo ſarmatico: nam alani hñt equos ſarmaticos: cum ſint int̃ ſarmatas. Sũnt autẽ laboris potentiſſimi: adeo ut centena milia & l. continuo curſu conficiant aliquando: ut Pli. ſcribit.

In Celiam.

Das cattis: das germanis: das celia dacis:
Nec cilicum ſpernis cappadocũq; toros.
Et tibi de pharia menphiticus urbe fututor
Nauigat: a rubris & niger indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina iudæorum:
Nec te ſarmatico tranſit alanus equo.
Qua ratione facis: cum ſis romana puella:
Quod romana tibi mentula nulla placet?

Ad Regulum.

Raucæ cortis aues: & oua matrum
Et flauas medio uapore chias.
Et fœtum querulæ rudem capellæ
Nec iam frigoribus pares oliuas.
Et canum gelidis olus pruinis
De noſtro tibi rure miſſa credis.
O q̃ regule diligenter erras.

Aucæ cortis. Ad Regulum cui miſerat munera empta in foro: cum eadem Regulus ex agro ſuo uberius haberet. Cors pars domus ubi altilia ſeruabantur. Aues raucæ cortis. i aues raucas cortiles. Oua matrum: galinaꝝ. Chias ficus: melius tñ ſeruabant ficus Liuiæ Pompeiæ: q̃ chiæ. Flauas medio uapore: temperato uapore aridas. Fœtum hædum. Rudem: nouum iuuenem & ignorantem coitum. Nõ pares frigoribus. i. oliuas frigore rugoſas. Non pares. i. uictas. Olus canum: herbam canam. Diligenter: ideſt o q̃ diſſimulanter erras: quia fingis te non intelligere hoc.

Nisi me.i.nisi uictum meum. In tota suburra:ubi res uẽduntur. Quicquid umber .i.tuus uillicus umbri ruris.

Attice.Pomponius Atticus primus cognomẽ cũ doctrina reportauit ab athenis: ut ait Cicero:qđ in eius familiã est ꝓpagatum:nam ex eo dicti sunt Attici ad Atticum nunc scribit Martialis tẽporis sui dantem operã philosophiæ.hoc tamen dãnat i eo ꝙ publica uitet gymnasia:& potius cum uult sudare currat: q̃ aliud exercitatiõis genꝰ uelit peragere.hic sensus non placet:quẽ nonnulli hactenus secuti sunt.ego quid sentiã dicã i calce huius epigrãmatis. Atticæ facundæ.i.doctæ gentis: nã ille primꝰ cognomẽ ex athenis rettulerat. Conticuisse:carere eloquentia. Ingentẽ domum.i.atticorum. Turba cecropiæ Mineruæ.i.turba studiosorum:omnis sapiens.i.oĩs doctꝰ amat te. Magister:gymnasii. Colit:alios iuuenes.

Fracta aure.i.clamoribꝰ. Unctor.i.aliptes. Sordidus:auarus. Rapit opes:spoliat iuuenes opibus. Follis:genꝰ pilæ. Sueto.de Augusto: Ad pilã:& folliculum est reuersus. Paganica:pila. Ictus stipitis:exercebant tyrones in cãpo martio i cursantes ad palũ: qđ Sallustiꝰ scribit in historiis & qui tradiderunt præcepta de re militari eodẽ exercitatõis gñe:qui erãt itraturi thermas.Iuue.Aut qs non uidit uulnera pali.Quem cauat assiduis fudibꝰ scutoꝙ lacessit. Ictus hebes:quia non resistit nec sentit stipes. Lento ceromate:ceroma erat genꝰ unguenti ex ceno& oleo quo utebantur palestritæ. Vari.q habent leuiter obtorta crura: & uara sunt brachia palæstritarum:cum aduersarium amplectantur ut hic. Arpastum: genus pilæ. Puluerulẽta:quia per terram iactabatur. Calet amore sidonio:idest i porticu europæ.hæc duo loca patebant ad cursum:ut supra. Aera gymnasii:Quod dictũ est ex communi sensu.ego autem ita sentio laudari. Atticum ꝙ deuitet exercitationes pertinentes potius ad luxum:q̃ ad rectam ualitudinem.& relicto gymnasio cursu exerceatur & dicat eos qui exercentur in gymnasio esse pigros:ueram autem exercitationẽ esse cursum. Cum liceat currere:quẽadmodum Atticus:& ita legas. Ludere:pomnes uarias artes:quibus area seruit:hoc est quæ in gymnasio exercent. Est pigritia: pigritiæ & desidiæ.i. Cum liceat currere: idest cum cursu possis exercere:quod Atticus faciet.

Nil nostri nisi me ferunt agelli.
Quicquid uillicus umber:aut colonus
Aut tusci tibi:tusculi ue mittunt:
Aut rus marmore tertio notatum:
Id tota mihi nascitur suburra.

32

Ad Atticum.

Attice facundæ renouas qui nomina gentis:
Nec sinis ingentem conticuisse domum:
Te pia cecropiæ comitatur turba mineruæ:
Te secreta quies te sophos omnis amat.
At iuuenes alios fracta colit aure magister.
Et rapit immeritas sordidus unctor opes.
Non pila:non follis:non te paganica thermis
Preparat:aut nudi stipitis ictus hebes.
Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.
Non harpasta uagus puluerulenta rapis.
Sed curris niueas tantum prope uirginis undas
Aut ubi sidonio taurus amore calet.
Per uarias artes:omnis quibus area seruit
Ludere cum liceat:currere pigritia est.

33

In Cinnam.

Sordidior cœno cum sit toga:calceus autem
Candidior prima sit tibi cinna niue.
Deiecto quid inepte pedes perfundis amictu?
Collige cinna togam:calceus ecce perit.

Vo poſſit. Carinus quem ipudicum fuiſſe ſupra oſtendit: balnea extruxit: quæ cũ eſſent in omnium admiratione: ait poeta non mirum eſſe ab homine peſſimo rem unâ eſſe benefactam: quando Nero omnium peſſimus thermas pulcherrimas ædificauit: ſimul reſpondet calũniatorib⁹: q uiſus ſit anteponere neronianas thermas ædificiis Domitiani. Duorum inquit impudicorum ædificia confero: Nero thermas ædificauit: gymnaſiúq: quæ ut frequentarent ſenatores & equites oleo donauit ad id neceſſario.

Tranquillus. Ore rancido: inuido. Perſius: Rancidulum qd dam balba de nare locutus.

Domini: Domitiani. Balneis cinædi: Carini ipuri præfers thermas neronianas. Verba calũniatoris arguentis poetam.

Tot muneribus. i. tot ædificiis. Domini: Domitiãi. Præfero balneis cinædi: ſcilicet Carini: hoc eſt duos impuros cõparo: uerba ſunt poetæ reſpõdentis calumniatori.

Ad Seuerum. 34

Quo poſſit fieri modo ſeuere
Vt uir peſſimus omnium charinus
Vnam rem bene fecerit requiris:
Dicam ſed cito: quid nerone peius?
Quid thermis melius neronianis?
Non deeſt protinus ecce de malignis
Qui ſic rancidulo loquatur ore:
Vt quid tu domini deique noſtri
Præfers muneribus neroniana?
Thermas præfero balneis cinædi.

Nguina. Lecania cum in balnea uéiret iubebat ſibi aſtare ſeruum. obligatis pudendis ſubligaculo. Subligaculo autem utebãtur: cum alii tũ hiſtriones indumento a genibus ad umblicum nõ mõ ut partes illas uelarent: ſed ut ét inguina comprimerét a libidine: nam frequenti coitu rauceſcebant. hoc demõſtrat ifra Mar.

Lecania autem hunc ſerũum uolebat uti ſubligaculino balneis: cũ alii nudi eſſent hac de cauſa ut ſuſpicatur Martia. ut poſtea ſecreti⁹ lauaretur ab eodem ſeruo recẽti ad opus. i. fu tueretur a ſeruo qui in aliis latus non fatigaſſet. Sed meus ſenſus é quare mecum lauaris: & cum ſeruo meo: qui ſumus

Io. Matronam. 35

Inguina ſuccinctus nigra tibi ſeruus aluta
Stat quotiens calidis tota foueris aquis.
Sed meus: ut de me taceam: lecania ſeruus
Iudæum nulla ſub cute pondus habet.
Sed nudi tecum iuueneſque: ſeneſque lauamur.
An ſola eſt ſerui mentula uera tui?
Ecquid fœmineos ſequeris matrona receſſus:
Secretuſque tua cunne lauaris aqua?

Ad Stellam. 36

Cũ pluuias madidũque iouem perferre negaret
Et rudis hibernis uilla nataret aquis
Plurima quæ poſſet ſubitos effundere nimbos:
Muneribus uenit tegula miſſa tuis.
Horridus ecce ſonat boreæ ſtridore december
Stella tegis uillam: non tegis agricolam.

ſine ſubligaculis: Immo ſeruus ne præputium quidem tegit: hoñ legas bis: ſed altero loco. Iudæum pondus. i. inguina iudæa. i. circũciſa & aperta: ut iudeus eſt. Fœmineos receſſus. i. occultam lauationem. Tua aqua. i. tuo riuo. i. tuo ſpmate. Virg. in obſceno carmine: Quam non petieris ore fouebis aquam. i. ſperma.

Vm pluuias. Stella miſerat tegulas Martialis: ut tegeret uillam in hyeme: Martialis poſcit quẽadmodum tegit uillam: ita tegat agricolam: ideſt Martialem. i. mittit togam. Tegulæ balneis accõmodatæ mammatæ dicebantur: reliquæ tectis domorum.

Nimbos: pluuias. Iouem madidum. i. cælum madidum. Non tegis agricolam. i. non das mihi togam ut tegar.

Ofti. Quæſtor Domitiani in exercitu nouitate quadam ſigni indicabat Percuſſori: cum uellet aliquem interfici emungebat naſum. ſignum autē ab aliis dari ſolet ut theta inſcriberetur: ꝓpterea theta dicitur ſignum mortis. Perſius: Et potis eſt uitiū mortis præfigere theta. hunc quæſtorē uolentem emungere naſum collegæ ꝓhibuerunt. Iocatur poeta: q̄ qui paulo ante imperabat necem aliis: nunc non potuerit emungere nares. Mortifer: ſignum necis é theta. Opere preciū: iuuat. Iuguli: necis. Stiria: ut palæmon interpretatur eſt gutta pendens quæ nondum cecidit. Iñuiſo naſo: q̄ia cū tāgebat naſum erat īdicium necis.

Non licuit: quia tanq̄ imperaturus necem aliis ꝓhibitus é emungere nares.

Antus. Poliphemus & ſylla erāt ſerui ſeueri ūt nō modo aliis poſſent incutere terrorem: ſed ipi inter ſe timerēt. Tantus: tam magn⁹. Talis. i. tam deformis. Cyclops. i. Poliphem⁹. Sylla: ſerua ſeueri. Fera monſtra: ideſt ambos Vterq̄ timor. i. alter alterū timebit.

Iſcurſus. In Celium q̄ dū recuſaret laborē ſalutandi cœpit fingere podagrā: & ita finxit ut paulo poſtea cœperit laborare. Ridet poeta tātam fuiſſe artem Celii: ut non mō fictam podagram: ſed uerā ex preſſerit. Fingere podagram: ſe laborare podagra. Diſcurſus: eodem uerbo utitur Iuue. Gaudia diſcurſus. Vagū māe: ideſt matutini temporis labores: quo tempore omnes uagabantur ad ſalutandos diuites.

Aue: ſalutatōem. Deſiit fingere: quia uerā habebat podagram. Plantas ſanas: ideſt pedes non laborantes. Gradu laborioſo: quia ita incedit ut uideatur dolere.

Ad Caſtricum de theta.

Noſti mortiferum quæſtoris caſtrice ſignum:
Eſt opere precium diſcere theta nouum.
Exprimeret quotiens rorantem frigore naſum
Lætalem iuguli iuſſerat eſſe notam.
Turpis ab inuiſo pendebat ſtiria naſo
Cum flaret madida fauce december atrox.
Collegæ tenuere manus: quid plura requiris?
Emungi miſero caſtrice non licuit.

De Poliphemo.

Tantus es & talis noſtri polipheme ſeueri
Vt te mirari poſſit & ipſe cyclops.
Sed nec ſylla minus: quod ſi fera monſtra duorū
Iunxeris: alterius fiet uterque timor.

De Celio.

Diſcurſus uarios: uagumque mane
Et faſtus: & aue potētiorum.
Cum perferre patique iam negaret:
Cœpit fingere celius podagram.
Q uam dum uult nimis approbare ueram
Et ſanas linit obligatque plātas:
Inceditque gradu laborioſo.
Q uantum cura poteſt: & ars doloris
Deſiit fingere celius podagram.

Epi. patris Hetruſci.

Hic iacet ille ſenex auguſta notus in aula:
Pectore non humili paſſus utrunque deum.
Natorum pietas ſanctis quem coniugis umbris

Ic iacet. Hetruſcus qui ab exilio lachrymis filii fuerit reſtitutus: ut ſupra dictū é: nunc moritur: poeta epitaphium componit: quo laudat pietatem filii ſuperſtitis: ita amiſſum patris lugentis ut non nonagenariū ſenem: ſed p̄rem iuuenem ante tēp⁹ ereptum lugere uideret. Ille ſenex: Hetruſcus in aula auguſta Domitiani. Paſſus utrūq̄ deum. i. Claudium & Neronem: nam Hetruſcuſ pater ſeruus fuit Claudii: a quo eadem conditione tradit⁹ eſt Neroni: ut Pap. ī ſiluis aperte docet. Pap. Terribilé affatu paſſus ui ſuſq̄ tyrannū Inanéq̄ ſuis. præterea: Nondū ſtelliger⁹ ſenior dimiſſus in axem Claudi⁹ in longo tranſmittit hére nepoti. Nō humili pctore: magno aīo. Coniugis: uxoris.

Ambo: casus græc⁹ é ꝓ ambos. ut illud Virg. Si duo præterea. Fraudata iuuẽta: mor
tua ante tempus. Ter senas olympiades. i. nonagesimum annum.

Osmicos. Cosmici dicũtur ornati. Sempronius Tucca cũ esset orñat⁹ uolebat ui-
deri formosus: dictitans se eẽ cosmicum. poeta ait non mõ res bonas: sed ét malas
posse ornari: hoc est ipsum quoq; esse malum: q̃uis cosmicus esset.

Rimum. Cinna nec dabat Martiali quod poscebat dari: nec negabat oĩo: sed diu ha-
bebat ipsum suspensum:
& sollicitum. Primũ é ut præ
stes. i. prima gratia est tui bene
ficii ut præstes. Sed tu nec
præstas: iõ non diligo te: Nec
cito Cinna negas: ꝓpterea odi
te.

Vnerib⁹. Castricus & eru
ditissimus poeta & diues
fuit: Mart. cum alii amicis mu
nera mitterẽt: ipe mũerũ loco
mittere solebat carmina: neu-
trũ poterat efficere in Castri-
cũ q nec agebat mũeribus: nec
carminibus. paulo tñ ante de-
derat epigrãma ad poetã: nunc
affert cãm quare miserit: ait. n.
& hoc accidisse ut Alcinoo po
morum copia reliquos morta
les supanti aliqs aliqñ miserit
poma. Munerib⁹: sensus é ho
rum uersuũ Castricũ non pos
se superari muneribus aut car
minibus. Sic etiã eadé temeri
tate. In utroq; sum⁹ tenues: la
boram⁹ in opia munerũ & car-
minũ. Vĩciq; parati: facile ce-
dimus. Inde: cũ nõ possumus
mittere bona carmina. Alcy-
nous: Nausitoi filius celeber-
rimus carmĩe Homeri in odys
Myos: artificis sculptoris: quéadmodū archetypū. i. mentoris in distichis. Mys seru⁹ fuit Pythagoræ. Mys præterea agragas: Betus eodé tépore claruerunt argento celādo. Myos opera erāt i æde Liberi pris rhodi Sylenus: Cupido.

Vm sitis. Mirat cōiuges pessimis morib⁹ non conuenire: cū ita opteat eos eé cōcordes: quéadmodū & boni cōueniūt. Cōuenire uobis. i. nō esse concordes.

Egia Pyramidū. Laudat ædes Domitiāi: quæ ædificatæ fuerūt a Rabirio: magis .n. placet: qđ supra dixit Rabiriū struxisse ædes Domitiani: q̄ ædé Iouis capitolini. Ride: coténe. Regia miracula pyramidū: nā pyramides sunt structæ a regib⁹. Aeoum opus. i. orientale. Labor mareoticus .i. pyramides ægyptiæ. Qūota ps. i. minima ps Domitiani.

Credas: credere posses. Pariter assurgere: ideſt superīponi. Ossa breuior: minor. i. cum montes a gigantibus fuerunt superimpositi: ut raperent cælum: domo palatina.

Apex: sūmitas aulæ palatinæ. Serenus qui in serenū consurgit. Et prius: sūma loca p̄ mo sole illustrant: tantæ altitudinis hanc aulā esse dicit poeta: ut sol nascēs prius eius apicē attigat: q̄ mōtem Circes filiæ suæ: nā Circæ Solis filia fuit ut cecinit Virg. ut Diodo. Aeetæ et Echates: hæc cū regē sarmatarū cui nupserat ueneno substuliſſet: expulsa a populariby⁹ i italiā uenit: q̄uis qui parū recte Homeri uerba interpretant: eā ignotā Oceani insulam tenuisse putent. Circeū aūt mōtem ita scribit Vlyxes apud Homerū: Especula inquit uidi insulam q̄uā īgens pontus ambit: Sita est ipa terra: uidi autem in medio fumū. Virgi. Atq; hic Aeneas ingentē ex equore lucum Prospicit. Præterea Inaccessos ubi solis filia lucos seruat. Apollonius & Theophrast⁹ meminerunt Arcano lumine: aliis mortalibus: quia antequam Sol aspiciatur ab aliis apex domus Domitiani illustratur.

Vod. Policarm⁹ cū uellet liberalis uideri reddidit tabellas Gaietaño q̄ debitor erat

Magnanimis loquimur: coclea cū mittere posses
Denique cum posses mittere paule nihil.

In Iactatorem. 34

Archetypum myos argentum te dicis habere:
Quod sine te factū é hoc magis archetypū é

In pessimos coniuges.

Cum sitis similes paresque uita
Vxor pessima: pessimus maritus
Miror non bene conuenire uobis.

Ad Cæsarem domitianum. 35

Regia pyramidum cæsar miracula ride
Iam tacet æoum barbara memphis opus.
Pars quota parrasiæ labor est mareoticus aulæ
Clarius in toto nil uidet orbe dies.
Septenos pariter credas assurgere montes
Thessalicum breuior pelion ossa tulit.
Aethera sic intrat: nitidis ut conditus astris
Inferiore tonet nube serenus apex.
Et prius arcano satietur lumine phœbi
Nascentis circæ q̄ uidet ora patris:
Hæc auguste tamen quæ uertice sydera pulsat
Par domus est cælo: sed minor est domino:

Ad Polycarmū. 36

Quod gaietano reddis polycarme tabellas

ut illæ tabellæ testabant: sed nunq̃ soluturus. Mart. negat hoc fuisse liberalis animi dedisse. x. milia quæ nõ erat habiturus: qđ si uult liberalis uideri credat duo milia & suat tabellas. c. miliũ quas restituerat. Reddis tabellas: quib⁹ debebat. c. milia. Crede. i. mutua duo milia quæ donabis. nam ille nunq̃ restituet: ita eris liberalis.

Vi præstat. Melior duos habuit puros: quoꝝ alter Blesus dictus é alter Glaucias. Blesũ prius amisit: qué pudice amabat: deíde Glauciã: qué educabat ut leniter deside-
riũ Blesi amissi. Blesus apđ inferos his uersib⁹ Glauciã agnoscit: ut est apud Papi. Mox ubi delitias & rati pign⁹ amici Sen
sit & amissi pueꝝ solatia Blesi.

Milia te centum num tribuisse putas.
Debuit hæc inquis: tibi habe polycarme tabellas
Et gaietano milia crede duo.

Ad meliorem. 37

Qui præstat pietate pertinaci
Sensuro bona liberalitatis
Captet forsitan: aut uicem reposcant.
At si qnis dare nomini relicto
Post manes tumulumque perseueret
Quærit quid nisi parcius dolere?
Refert sis bonus: an uelis uideri?
Præstas hoc melior sciente fama
Qui solennibus anxius sepulti
Nomen non sinis interire blesi.
E de munifica profusus arca
Ad natalicium diem colendum
Scribarum memori piaque turbæ
Quod donas facis ipse blesianum
Hoc longum tibi: uita dum manebit.
Hoc & post cineres: erit tributum.

Ad Domitianum. 38

Qui paletinæ caperet conuiuia mensæ
Ambrosiasque dapes non erat ante locus:
Hic haurire decet sacrũ germanice nectar:
Et ganymedea pocula mixta manu.
Esse uelis oro serus conuiua tonantis
At tu si properas iuppiter: ipse ueni:

Ad priapum. 39

Non horti neque palmitis beati
Sed rari nemoris priape custos:
Ex quo natus es: & potes renasci
Furaces moneo manus repellas:
Et siluam domini focis reserues:
Si defecerit hoc: & ipse lignum es.

Ad Faustinum. 40

Tristis athenagoras non misit munera nobis

Vi. præstat. Melior duos habuit puros: quoꝝ alter Blesus dictus é alter Glaucias. Blesũ prius amisit: qué pudice amabat: deíde Glauciã: qué educabat ut leniter desideriũ Blesi amissi. Blesus apđ inferos his uersib⁹ Glauciã agnoscit: ut est apud Papi. Mox ubi delitias & rati pign⁹ amici Sen
sit & amissi pueꝝ solatia Blesi. Tollit humo: Attedi⁹ melior dié natalem Blesi ét mortui singulis annis celebrabat: hoc laudatur a poeta. Qui præstat: sensus est ille qui præstat uiuo amico aliquid: agit id ut aliqd expectet. at q mortuo facit: id pre amore tm̃ agit: ñ ut captet hæreditaté ab amico. Noí relicto. i. mortuo amico. Dolere parti⁹: nisi ut cõsolet dolorem amici. Refert: magna é differé tia. Nomé Blesi. i. memoriam Blesi. Solennib⁹ dieb⁹ natalitiis celebrâdis. Piæ turbæ: celebrantiũ natalẽ. Scribaꝝ: qa Blesus erat de turba scribarũ: hũi⁹ Horati⁹. Facis blesianũ: qa nihil inde expectas: sed totũ id possideśa bleso: & blesianũ é

Vi. In laudẽ dom⁹ de qua supra. Decet: par é. Sacrũ nectar. i. diuinũ poculum.

Oro uelis: oro ut sero uelis ire í cælũ in cœnatiõe Iouis.

At si ꝓperas o Iuppit. i. si uis cito hr̃e Domitianũ cõuiuã.

On. Minatur se Priapum custodé hortoꝝ cõbustorũ: nisi custodierit siluã unde possit mistrare aliméta foco.

Palmitis beati. i. magni uineti. Rari: exigui & præclari.

Ex quo: nemore. Tu es nat⁹: es fac⁹. Defecerit hoc: nem⁹.

Et ipe lignũ es: & ipe poteris cõburi. q. d. tu ardebis.

Ristis. Alibi iocat í Athéagorã ubi plura đ eo dicent

Nõ misit mũera: saturnalitia.

Medio menſe brumæ: ideſt menſe decembri: quo mittebant ſaturnalia muñera.
I te ſportula. Inuitat Mathonem ad balnea: ſportulá dabant. c. quadrantes. Supra
Dat baiana mihi quadrantes ſportula centũ: & alibi: Centum miſelli iam ualete q̃
drantes: Quos balneator diuidebat elexus. Iocat poeta in Mathonem: cui pollicetur ſe
datur: ſportulam ſuã. i. nihil. De noſtro centies. i. de noſtra ſportula. c. quadrantũ. Cor
rũperit: corruptum te nõ uocauerit. Licebit laueris. i. poteris lauari. De noſtro cẽties. i.
de ſportula. c. quadrãtum: quã
nos damus: ea aũt nulla eſt.

Emp. Chriſtilla maritos
necabat. Fabius uxores:
optat poeta: ut hi coniugañtur
nam peribunt ambo. hoc acci
dit: ut tales coniuges coniunge
rent temporibus Auguſti: cũ
mulier ſeptem maritos uir to=
tidẽ uxores occidiſſet tũc quo
q̃ compoſitum epigrãma: cũ
Bito Bacchus: Bitus & Bacch⁹
gladiatores fuerunt: q̃ multos
ſuſtulerant: & tandem cõgreſ=
ſi mutuo uulnere ceciderunt.
Effert: efferri: cadauera dicũt
ad ſepulturã. Facem funereã:
ad differentiã tædæ nuptialis.
nã & in nuptiis & funerib⁹ ad=
hibebãt. Cõmitte hos duos. i.
fac ut hi duo uictores cõgredi
antur. Libitina: ſandapila.

Itülle. Titullum monet
ut det aliqñ operã ueræ
uitæ: hic aũt adeo anxius erat
quærẽdis diuitiis: ut cum duæ
horæ mane datæ eẽnt ad ſalu=
tãdũ: ut ſupra. Prima ſalutan=
tes atq̃ altera cõtinet hora: ipe
tertiam quoq̃ occuparet: cum tertia data eſſet cauſidicis: quinta uariis laboribus ſupra:
Exercet raucos tertia cauſidicos: In quintam uarios extendit roma labores: ſimul monet
amicum eum quærere diuitias his qui nullas habebunt gratias: ſed læti eius labor ib⁹ fru
entur. Viue: da operam quieti: & laxationi ſemper. Hoc ſerum: ideſt uiuere quia nũ=
quã nimis cito fit. Conteris limina: ideſt adis limina. Vdus: madidus. Oſculis urbis:
nam oſcula dabantur ſalutatis. Sparſus: uagus. Ante equos omnes. i. ante omnes iudi=
ces: nam iudices equites erãt teſtantur hoc leges ãtiquorum: & Plinius plurimis uerbis.
Aedemq̃ Martis: Intelligit tertium forum: extruxit Auguſtus cum templo Martis
Suetonius. Ex quibus præcipua: forum cum æde Martis ultoris. cauſa fori extruendi fu
it hominum & iudiciorum multitudo: quæ uidebatur non ſufficiẽtibus duobus etiam
tertio indigere. Coloſſum Augũſti: intelligit ſtatuam Apollinis: quæ ad bibliothecam
erat iuxta forum. Iuuenalis: Sportula deinde foꝝ iuriſq̃ peritus Apollo. Tertias & qn
tas. i. tertiã & qntã decuriã iudicũ. hã qntã decuriã addidit. C. p̃nceps: cũ quartã addidiſſet

Quæ medio brumæ mittere menſe ſolet.
An ſit athenagoras triſtis fauſtine uidebo:
Me certe triſtem fecit athenagoras.

Ad Mathonem. 41
Si te ſportula maior ad beatos
Non corruperit: ut ſolet: licebit
De noſtro matho centies laueris.

In Fabium & chriſtillam: 42
Effert uxores fabius: chriſtilla maritos.
Funereamque toris quaſſat uterque facem.
Victores committe uenus: quos iſte manebit
Exitus: una duos ut libitina ferat.

Ad Titullum. 43
Titulle moneo uiue ſemper: hoc ſerum eſt
Sub pædagogo ceperis licet: ſerum eſt
At tu miſer titulle nec ſenex tiuis.
Sed omne limen conteris ſalutator
Et mane ſudas urbis oſculis udus
Foroque triplici ſparſus ante equos omnis
Aedemque martis: & colloſſon auguſti:
Curris per omnes tertiaſque quintaſque

Augustus: & ita intelligas Titullum consumere tertiâ horâ in foro discurrentẽ per oĩa subsellia iudicũ: ut salutaret. Congere: collige. Palleat: argento. C. paginæ calendarꝝ. i. centum libri debitorꝝ. Papyro: utebant ad rogum: ut magis arderet: nã & papyro utuntur ægyptii auctore Plinio ad ignem. Pluteũ tabulam: & scamnũ. Prima nocte: qua mortuus fueris.

Riscus. Priscus Terentius ex sicilia reuersus amicus Martiali cãm dat nouæ uoluptatis: iubetq; Martialis ꝑmi amphorã uini uetustissimi. In omni enĩ lætitia hoc epicurei agebã: quos poeta secat. Idem agit Horatius in carminibũs: Nũc est bibendũ: nunc pede libro pulsanda tellus: & alibi alloquit amphorã: O nata meuũ consule Manilio: eadẽ uoluptate fruet ut ait: cũ Flaccus amicus fuerit reuersus ex cypro.

Rape: congere: aufer: posside: relinquendum est.
Superba densis arca palleat nummis
Centum explicentur paginæ calendarum
Iurabit hæres: te nihil reliquisse
Supraque pluteum te iacente uel saxum
Fractus papyro dum tibi torus crescit:
Flentes superbus basiabit eunuchos.
Tuoque tristis filius: uelis: nolis.
Cum concubino nocte dormiet prima.

Ad Flaccum.

Priscus ab ætneis mihi flacce terentius oris
Redditur hanc lucem lactea gemma notet.
Defluat & lento splendescat turbida limo:
Amphora centeno cõsule facta minor:
Continget nox quando meis tã candida mensis
Tam iusto dabitur quando calere mero.
Cum te flacce mihi reddet cythereia cypros:
Luxriæ fiet tam bona causa meæ.

Ad Cestum.

Q uãta tua ẽ probitas: q̃ta est præstãtia formæ.
Ceste puer puero: castior hippolyto.
Te secum diana uelit: doceatque natare
Te cybele secum uellet habere phryga.
Tu ganymedeo poteras succedere lecto.

Gẽma lactea. i. candidus lapis.

Aetnæis oris: idest ab oris siculis. Gẽma lactea: fœlices dies: gẽma lactea: & candido lapide. infœlices atro notare & ad fũmũ uitæ dinumerare ẽ tharcum inuentũ: sed & cretenses idem egerunt. Horatius: Crassa ne careat pulchra dies nota.

Defluat: hauriatur. Lento limo: nã amphoræ erãt fictiles.

Splendescat: poliatur. Tam candida: tam plena uoluptati.

Mero: tam iusto calere. i. quãdo potero tam iuste ebriari.

Cytheria: dicata Veneri: nam illic Venus colebatur ad phaõ: & palepahon.

Vanta. Cesto eam formã inesse ait: ut pudorẽ quẽdam uirginalem pre se ferat: adeoq; careat omni suspitione libidinis: ut nec Diana eum timeat: nec Athis puer præponi posset a Cybele: & basia posset dare Ioui sine Iunonis suspitione: quod non potuit Ganymedes. Quanta est infantia formæ: idest pie simplicitatis infantilis indoles. Castior Hippolyto: castitatẽ Hippolyti & fabulæ & historiæ testant: qui nouercalẽ cõcubitum repudiauit. Diana quæ repudiat adolescentes: & Actæonis oculos ulta est. Tres Athes fuerũt duo filii Crœsii: quoꝝ natu maior in uenatione ab Adrasto: auctore Herodoto interfectus est. Iunior imminẽte percussore patri os aperuit ante mutus in hæc uerba homo ne interfice Crœsum: Athis item puer phrygius dilectꝰ ẽ a Cybele: qui deæ immemor & datæ fidei: cũ sagaritide nympha priores amores uiolauit: unde uel statim in furorem uersus: ut scribit Ouidius: uel cum aquas Galli fluminis potasset: ut Catullo placet: pudenda abscidit: sensus poetæ est Cybelem malle Cestum puerum non mutilatum: ueluti Athim: sed totum: q̃ Athim ipm. Mallet te habere phryga: idest mallet te habere phrygum: idest non mutilatum. Tu poteras succedere lecto ganymedeo: sine suspitione Iunonis.

Ars maxillarum. Exquiſitæ elegãtiæ hominem deridet: qui in facie expoliẽda uolſellis: forpicibus & culto utebatur: cum alii tantum cultris eſſent cõtenti: alii forpicib⁹ & iuniores uolſellis: ſed cum cuiuſlibet ætatis inſtrumentis utatur: non poteſt unum caput uideri. Tõſa: forpicibus quibus uti ſolent grandiores adoleſcentes. Raſa: cultro: quo utuntur uiri. Vulſa: uolſellis: quibus utuntur iuniores. Vnum caput: & non triplicis ætatis: ſimul eum oſtendit eſſe inſanum.

Eſcit. Criſpin⁹ de quo ſupra ſatis multa: nup furto amiſerat abollam: cum togã ſumeret. furem hortat Martialis: ut abollam reſtituat: quæ eum ſit magni precii: non poterit non deprehendi ubiq; ꝙ ſi uult furto impune frui: ſũat potius togam quæ facile poterit latere. Abolla: utebant ex tremi reges: ea erat magni ſplẽdoris: & precii: hoc ĩdicat Suetonius: quod ſupra dictũ eſt.

Tyriam: purpuream. Iuuéalis: Criſpinus tyrias humero reuocante lacernas. Quiſqs habes: o fur: accipe togã quæ poterit latere in te. Fallere: non deprehendi. Lucri fœdi: ideſt furti.

Vanta: Dõitian⁹ cõginarium populo dedit: & inter ſpectacula epulum largiſſimũ cũ ciues ſportulã nũmoq; tantũ expectarent: quam alias habuerant: eo epulo ipe prim⁹ cœpit ueſci ciuibus omnibus & omni ordine diſcumbente: hoc carmine celebrat Papini⁹. Datũ aũt fuit ob recentẽ uictoriã de ſarmatĩ: añponit hoc mẽſæ Iouis: qua reliquos deos accepit poſt triũphũ giganteũ.

Tuas laurus. i. tuã lauꝝ: non appellauit triũphũ: nã lauꝝ tm̃ intulit Ioui capitolino. Oĩb⁹ ſupis: nã oẽs dii parit accubuerunt. Noſtra gaudia: quæ declaramus ex laurea ſarmatica.

Omnis ordo: ideſt equeſtris ſenatorius. Veſcit: omnis ordo: idem uerſus apd Papiniũ: Vna ueſcitur omnis ordo menſa: pui: fœmĩa: plebs: eques ſenat⁹. Promiſſa ſportula: ui debaris daturus ſportulam: ut bis antea cõſueſti: dediſti cœnam præter conſuetudinem ita lege.. Recta data eſt: ideſt cœna ad differentiam ſportulæ: cœna recta dicebatur ſuo apparatu ab amico domi: in ſportula dabantur quadrantes: unde obſonia ad cœnam domum referebant. Suet: ſportulas ad cœnas rectas redegit de Domitiano.

Vis labor: Phialã miſſam a Ruffo carmĩe celebrat. Phialæ: uaſa argẽtea elaborata.

Myios: ſculptoris. Hæc manus mentoris: qui primus claruit argento celando.

Securus domino balia ſola dares.
Fœlx quæ tenerum uexbit ſponſa maritum:
Et quæ te faciet prima puella uirum.

In uarie ſe tondentem. 46

Pars maxillarum tonſa eſt tibi: pars tibi raſa eſt:
Pars uulſa eſt: unum quis putet eſſe caput?

De Abolla criſpini: 47

Neſcit cui dederit tyriam criſpinus abollam:
Dum mutat cultus induiturque togam.
Quiſquis hẽs hũeris ſua mũera redde precãur:
Non hoc criſpinus te: ſed abolla rogat.
Non quicunque capit ſaturatas murice ueſtes
Nec niſi delitiis conuenit iſte color:
Si te præda iuuat: fedique inſania lucri
Quo poſſis meliusfallere: ſumme togam.

Ad Cæſarem domitianum: 48

Quanta gigantei memoratur mẽſa triumphi:
Quantaque nox ſuperis omnibus illa fuit.
Quas bonus accubuit genitor cũ plebe deorũ:
Et licuit faunis poſcere uina iouem.
Tanta tuas celebrant cæſar conuiuia laurus:
Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos:
Veſcitur omnis eques tecũ: populuſq;: patreſq;:
Et capit ambroſias cum duce roma dapes.
Grandia pollicitus quanto maiora dediſti:
Promiſſa eſt nobis ſportula recta: data eſt.

De Phiala ruffi: 49

Quis labor ĩ phiala docti myos an ne myronis?

Polycletus: ſtatuarius fuit Ageladis diſcipulus: qui q̄tū reliquos ſuperauit in forma hominū ad ueritatē effingēdā: tm̄ abfuit ab auctoritate reddēda formæ numinū: quod datū eſt Phidiæ & Alcameni. Liueſcit: liuida ē. Nulla caligine: fumi exigne. Et liueſcit nulla caligine fuſca. Nā ex electro conſtabant phialæ nō ſucino dico: ſed qđ ex auro fiebat argento addito: ex quo Helena ſacrauit calicē in templo Mineruæ lindiæ. Odit focos exploratores. i. nec ſigna habet foci quo exploratū eſt eius argentū. nā electri natura eſt ad lucernarū lumina clarig argēto ſplendere. Ita locū illū Iuue. ſumus iterp̄tati: Viro tenet phialas: appoſitio ē cruſtas heliadum. i. quæ conſtāt ex lamina heliadum electri. ſubtiliſſima. n. materia & ut ita dicam cruſta electri phialæ erant formatæ. Mart. De prætoritia foliū mihi paule corona Mittis: et hoc phialæ nom̄ hīc iubes.

Mentoris hæc manus eſt: an polyclete tua?
Liueſcit nulla caligine fuſca: nec odit:
Exploratores nubilla maſſa focos.
Vera minus flauo radiant electra metallo:
Et minium fœlix puſtula uincit ebur.
Materiæ non cedit opus: ſic alligat orbem:
Plurima cum tota lampade luna nitet.
Stat caper æolio thebani uellere phryxi:
Cultus: ab hoc mallet uecta fuiſſe ſoror.
Hunc nec cyniphius tonſor uiolauerit: & tu
Ipſe tua paſci uite liee uelis.
Terga præmit pecoris gēitis amor aureus alis:
Palladius tenero lotus ab ore ſonat.
Sic mityleneo gauiſus arione delphin:
Languida non tacitum per freta uexit onus:
Imbuat egregium digno mihi nectare munus:
Non grege de domini: ſed tua ceſte manus:
Ceſte decus menſe miſce ſetina: uidetur
Ipſe puer nobis. ipſe ſitire caper.
Det numerum cyathis inſtantis littera ruffi:
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si theletuſa uenit: promiſſaque gaudia portat:
Seruabor domine ruffe triente tuo.

Electra: candida ſiue nigra in p̄cio non ſunt. fulua, pbant̄. ut Pli. ea ingenti luce radiant: tm̄ ming pura ſunt hac phiala. Flauo metallo: electro. Puſtula: bractea ex argento puriſſimo: unde argentū puſtulatū ſupra Argēti tibi librā puſtulati: quē admodū micā nitellā dicimus i auro & argento. Fœlix: elaborata. Opus artificū: in phiala. Non cedit: uincit a materia.

Stat caper: in hac phiala erat caper: nā in phiala ſculpebant̄ nonnunq̄ capri: quōiā animal infenſum baccho: & obſcena īterdum. Stratonicus in phiala ſatyrum ſomno grauatum collocauit. de capro Iuue. Argentum uetus & ſtantem extra poculā caprum. Vellere æolio: aureo quale habuit aries Phryxi filii Athamantis filii Aeli. Soror: helle: quæ in mare ſe deiecit. Tonſor cyniphig: cilix qui tōdet capellas. Amor aureus. i. cupido in auro effictus. Lothos. i. tibia. Vel palladia: q̄ ea ſit uſa Pallas: uel q̄ lothos i aphrica naſcitur: nō procul a tritōe lacu Palladis. Sic: eodem more. Methinna: oppidum Leſbi: patria Arionis: ut ſcribit Strabo. de Arione hiſtoria eſt apud Herodotū in primo. & apud Aulum Gellium. Non tacitum onus: ſed ſonātem arionem. Onus: Arionem. Languida: placida. Imbuat: ideſt primo uino tingat. Munus: phialam.

Certa manus: quæ recte miniſtrat id quod uult. Puer: cupido. Det: quando hilarius bibebant antiqui tot cyathos ſumebant: quot littere erant nominis amicorum. ſupra: Neuia ſex cyathis: ſeptem iuſtina bibatur. Inſtantis littera: ideſt numerus elementorum. Inſtans auctor fuit muneris: quia ille miſit hanc phialam. Si theletuſa: quando expectabant amicas parcius bibebant: quoad illæ uenirent: ſupra de Ruffo dixit.

Dominæ thetuſæ. Tuo triente: ideſt ego potabo quattuor cyathos: ideſt epotis quattuor cyathis.

Si dubium eſt:an ſit uentura amica. Vtrũq; nomẽ.i.Inſtantẽ & Ruffũ.i.xi.cyathos.

Ormoſam:Cæcus amabat puellam formoſam:formoſa iquit é ſed utrũq; res ſit: plus amat q̃ uidet:an hoc alludit ad illum cæcum Iuuenalis:Qui nunq̃ uiſæ flagrabat amore puellæ.Cui⁹ etiã meminit Pli.in epiſtolis:ſed placet hunc eſſe alium quemadmodũ ſupra eſt:Codrus qui cæcus amabat.

Onſorem:Tonſoré Ruffo miſerat:qué ille tam diu detinuit barba tondenda:ut q̃ imberbis erat:ſit reuerſus barbatus hui⁹ tonſoris mollitiem anteponit puero Neronis qui duos habuit in delitiis Sporum:qué habitu iuſtæ ſpõſæ duxit uxorem:& Doriphorum cui ipſe nupſit:qué Tranquillus appellat Doriphorẽ.

Tacit⁹ Pythagorã his uerbis: Pythagoræ ex grege contamĩatorẽ nupſt. & infra: Qualis Pythagoras dabat Neroni: Sũtq; qui legãt: Thalamus Neronis: ut thalamus ſit tõſoris nomẽ: Sed nõ placet. Talem artẽ: tondendi. Barbæ druſorũ: ideſt Neronũ. In genas æquãdas:ideſt barbam æquandam.

Barbatus eſt reuerſus:& indicat detinuiſſe:& menſes & annum. Cenſura ſpeculi.i.ſpeculo cenſore. Epaphæreſis: nũerus crinium excogitat⁹ a molꝛlioribus:qui conficiebatur ſuꝛciſa uariis in locis coma:cũ alienum ab hac mollitie oſtendit Scipionẽ Silius: ita canit. Martia frõs facileſq; comæ:nec pone retroq; Cæſaries breuior:ĩtelligẽs utputo de hac epaphæreſi. Longam:ideſt dum diu tondens.

Si dubia eſt:ſeptunce trahar.ſi fallit amantem:
Vt iugulem curas:nomen utrunque bibam:

De Aſpro. 50

Formoſam plane ſed cæcus diligit aſper:
Plus ergo ut res eſt: quam uidet:aſper amat:

Ad Cedicianum. 51

Tonſorem puerum ſed arte talem:
Q ualis nec thalamis fuit neronis:
Druſorum cui contigere barbæ:
Aequandas ſemel in genas rogatus:
Ruffo cediciane commodaui:
Dum iuſſus repetit pilos eoſdem.
Cenſura ſpeculi manum regente:
Expingitque cutem:facitque longam:
Detonſis epaphæreſim capillis:
Barbatus mihi tonſor eſt reuerſus.

Ad Eundem de leone. 52

Auditur quantum maſſyla per auia murmur:
Innumero quotiens ſilua leone furit.
Pallidus attonitos ad plena mapalia paſtor:
Cum reuocat tauros:& ſine mente pecus.
Tantus in auſonia fremuit modo terror harena:
Q uis non eſſe gregem crederet:unus erat.
Sed cuius tremerent ipſi quoque iura leones.
Cui diadema daret marmore picta nomas:

Vditur:Domitianus conficiendis feris delectabat:quod teſtatur Tranquillus:idẽ aſſumpſerat ſibi nomen Alcidæ maioris:cuius factum ut imitaretur nuper in harena proſtrauit leonem:quod olim Nero facere ſtatuerat:feræ magnitudinem admiratur: Et fortitudinem imperatoris laudat poeta. Tantus:ideſt tantus timor. In harena auſonia:in theatro Domitiãi. Per auia maſſyla:ideſt per ſaltus maſſyliæ:partis libyæ:& leuitate equorum & ferarum multitudine nobilis. Pallidus:timens. Sine mente pecus.i. attonitũ. Iura.i.ſupercilium. Nomas picta marmore intelligit hunc leonem ſuperaſſe omnes numidicos leones:nomas enim græce:latine numidia eſt. Picta marmore: pp marmor quod ex numidia afferebatur.Id genus marmoris.M.lepidus collega Catulli in conſulatu primus romæ oſtendit. Nomas picta marmore.i.numidici leones eligerẽt hunc regem:& darent coronam:nam quod de figuramarmorea romæ aiũt:nec cõuenit

nec uerum eſt. ſupra tamen. Eſt locus marmoreis feris diſtinctus Exornant pictæ qua platanona feræ: ſed non conuenit. Lunatæ: tortæ. Stetit: inhorruit. Iubæ: iubati. n. leones generoſiores habebant. Quã decuit: q̃ par fuit. De magna morte: manu imperatoris. A iugis Cybeles: nã currus Cybeles uehit leonibus: quod Virgilius cecinit & Lucretius: Hanc ueteres graiũ docti cecinere poetæ Sedibus ĩ curru biiugos agitare leones. Frater: Titus qui relatus eſt in numerũ deorũ. Vel pater. i. Veſpaſianꝰ. Ab aſtro herculeo. i. a leone ĩterfecto ab Hercule: qui in cælo eſt aſtrum.

O quantũ per colla decus quẽ ſpargit honorem:
Aurea lunatæ cum ſtetit unda iubæ.
Grandia quam decuit latum uenabula pectus:
Quantaque de magna gaudia morte tulit.
Vnde tuis libye tam fœlix gloria ſiluis:
Acybeles nunquid uenerat ille iugis.
An magis herculeo germanice miſit ab aſtro:
Hanc tibi uel frater uel pater ipſe feram.

In Catullam. 53

Formoſiſſima quæ fuere uel ſunt:
Sed uiliſſima quæ fuere uel ſunt.
O quam te fieri catulla uellem:
Formoſam minus: aut magis pudicam.

Ad Flaccum. 54

Temporibus noſtris ætas cum cedat auorum:
Creuerit & maior cum duce roma ſuo.
Ingenium ſacri miraris abeſſe maronis:
Nec quenquam tanta bella ſonare tuba.
Sint mecœnates: non deerunt flacce marones:
Virgiliũque tibi uel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miſeræ uicina cremonæ:
Flebat & abductas tityrus æger oues.
Riſit tuſcus eques: paupertatemque malignam
Reppulit: & celeri iuſſit abire fuga.
Accipe diuitias: & uatum maximus eſto:
Tu licet & noſtrum dixit alexin ames.
Aſtabat domini menſis pulcherrimus ille:
Marmorea fundens nigra phalerna manu.
Et libata dabat roſeis carcheſia labris:
Quæ poterant ipſum ſollicitare iouem.
Excidit attonito pinguis galathea poetæ:

Ormoſiſſima: In Catullam quæ cum ob elegantiam formæ a multis appetere tur: habebatur uiliſſima: optat poeta: ut aut minꝰ formoſa fiat ne a tot appetat: aut magis pudica ne ſit uilis.

Emporibꝰ: Reddit rationem Flacco miranti quare in p̃ſtinã dignitatem Roma reſtituta a Domitiano: non adſint quoq; antiquorũ poetarũ ingenia: quia. ſ. deſunt Mecœnates qui dent mũera. Cedat: uincatur magnificentia. Cũ ſuo duce: Domitiano. Tanta tuba: quanta cecinit Virgilius.

Tityrus: perſona ſumpta ẽ a Theocrito & Virgilio. Id aũt ſignificat hircũ magnũ lingua libyca: ſi Probo credimꝰ: ſed ſtra boni placet tityros fuiſſe Bacchi ſacerdotes: ut Silenos: ſatyros: bacchas: lenas: thiades: minalões: nayades: nymphas. Tityrus autem carmine hoc eſt Virgilius. Miſeræ cremonæ: alludit ad carmen Virgilii: Mã tua ue miſeræ nimium uicina cremonæ. Mecœnas: fuit ordinis equeſtris: & a tuſcis regibus ducebat originem. Alexis. fictum nomẽ: ita enim nõ appellabatur ſed dicebat Alexander: ſed ut carmini conueniret nomen eſt mutilatum: & cum poeta laſciuum carmen ſcribit in hunc appellat ſe Coridonem. Domini: Virgilii. Marmorea: candida in ſpeciẽ marmoris. Pinguis galathea. i. pingue carmen de galathea. Attonito: amore Alexis.

Testylis: nomen mulieris: cuius & Virgilius & Theocritus meminit. Excidit: ex aio discessit. Arma uirūq; alludit ad carmen Virgilii. Qui modo uix culicem opere: quod extat: ubi culicis pastoris mortē deflet. Rudi ore: īpolito carmine. huiꝰ meminit Papi. Ante annos culicis maroniāi. Varros: q; tēporibꝰ Cæsaris habuit quem amaret. Marsus: amauit Melenem.

Agna: Congiariū ter dederat Domitianus: quod ne uideat̄ feciſſe ut alienos populi animos cōciliaret: ea enī ferme de causa cōgiarium dari solebat: poeta ait nō allici populū ad amorem īperatoris mūeribus: sed allici ad amorem munere & dignitate imperatoris qui donat. Non ꝓpter præmia. i. congiarium. Totiēs: te uictor.

Ducum: qui omnes duces uicis. Et uictor tui: ille seipm dicitur superare: nihil agit prætrationem: & appetitū domat. alibi: Ardua res hæc est opibus non tradere mores. An uictor sui ipius Domitianus: quia iā non habet cum quibus contēdat: sed secum certat: & se quotidie superat uirtute: quod & de Crasso scribit Cicero: q quotiens dixit alios supauit eo die seipsum.

Testylis & rubas messibus usta gēnas.
Protinus italiā concepit & arma uirumque:
Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi.
Quid uaros marsosque loquar: dictataq; uatū:
Nomina: magnus erit quos numerare labor.
Ergo ero uirgilius si munera mœcenatis:
Des mihi. uirgilius non ero marsus ero.

Ad Cæsarem Do. 55

Magna licet totiens tribuas maiora daturus:
Dona: ducum uictor: uictor & ipse tui:
Diligeris populo non propter præmia cæsar:
Propter te populus præmia cæsar amat.

De Picente. 56

Tres habuit dentes pariter quos expuit omnes:
Ad tumulum picens dum sedet ipse suum.
Collegitque sinu fragmenta nouissima fracti
Oris: & aggesta contumulauit humo.
Ossa licet quondam defuncti non legat hæres:
Hoc sibi iam picens præstitit officium.

In Artemidorum. 57

Cum tibi tam crasse sint artemidore lacernæ:
Possum te sagarim iure uocare meum.

In Luscum furem. 58

Aspicis hunc uno contentum lumine: cuius
Lippa sub attrita fronte lacuna patet.
Ne contemne caput: nihil est furatius illo:
Non fuit autolyci tam piceata manus.

Res habuit: Picens adeo senex erat: ut cōdito tumulo suo expuerit: tres dentes ceciderūt in sinu. Nouissima fragmenta: idest ultīos dentes. Picens: item apud Iuuenalem: Tum Picens accipe dixit. Laxi oris: eneruati & languentis. Licet: cōcedit̄. Præstitit officiū: quia sepeliuit ipe suos dentes.

Vm tibi: Artemidorꝰ nomē compositum ē: significatq; Dianæ donū: quo noīe erat superbus & elatus: at poeta ait cū crassas habeat lacernas: non mō Artemidorū: sed sagarim posse appellari a sagis: hoc est uestibus uilioribus quas gestabat.

Spicis: In Luscum furacem: quem ad furta duos oculos habere ait. & iocat̄ dū singula eius furta cōmemorat. Lacuna: cōcauitas oculi euulsi. Lippa: stillans & manās. Ne cōtēne caput: quia habebat unum oculum. Autolyci: Autolycꝰ filiꝰ Mercurii furnotissimus: Eleonem oppidum Parnassi ut Homerus & Crates scribunt: tenuit: cum proximo loco furto infestaret. Sextius scribit Autolycum non potuisse tenere Eleonem in parnasso: cum illic non sit Eleo oppidum: sed Neo. Tam piceata: quia capit quicquid attingit: ut pix: tunc cum est conuiua.

Ligula: instrūmentū argenteū est: de qua iñ distichis. Subducere: subfurari. Frau dare uernā lucerna: idest non erubuit eripere lucernā uernæ. Soleas: sensus é si non po test furari aliquid alienum furātur soleas puero suo quas cōmisit custodiendas: nā cœna turi deponebāt soleas. alibi: Deposui soleas afferēt ptinus ingens. Puerꝝ: seruum suum.

Arte dolosa. i. furto.

Vmma: Claudiam tantæ magnitudis eé ait: ut si uoluerit esse par colosso Domitia ni: eam oportet sic esse minorē sexquipede. Tam portentosæ magnitudis fuerūt apud anti quos: Gabara nouē pedum: Pu sio & secundilla nouē pedū cū dimidio. Aequare: par esse.

Hunc tu conuiuam cautus uitare memento:
Tūc furit: atque oculo luscus utroque uidet.
Pocula solliciti perdunt ligulasque ministri:
Et latet in tepido plurima mappa sinu.
Lapsa nec a cubito subducere pallia nescit:
Et tectus lænis sæpe duabus abit:
Nec dormitantem uernam fraudare lucerna
Erubuit fallax: ardeat illa licet.
Si nihil inuasit: puerum tunc arte dolosa:
Circuit: & soleas furripit ipse suas.

In Claudiam.

Summa palatini poteras æquare colossi:
Si fieres breuior claudia sexquipede.

In Carinum:

Liuet carinus: rumpitur: furit: plorat:
Et quærit altos unde pendeat ramos:
Non iam quod orbe cantor & legor toto.
Nec umbilicis quod decorus & cedro:
Spargor per omnes roma quas tenet gentes:
Sed quod sub urbe rus habemus æstiuum:
Vehimurque mulis: non ut ante conductis:
Q uid imprecabor o seuere liuenti:
Hoc opto mulas habeat & suburbanum.

De Picente:

Scrrbit in auersa picens epigrammata charta:
Et dolet: auerso quod facit illa deo.

De Aulo:

Thestylō aulus amat: sed nec minus ardet alexi:

Colossi pal. de statua equestri Domitiani: quæ erat iuxta pallatium: potes & de colosso apollinis itelligēr: qui fuit ere ctus ab Augusto in pte pallatii.

Sexquipede: pede uno cū dimidio: de sexquiliora: sexqpla ga. sexquipede alibi diximus.

Iuet Carinus: In Carinū inuidum: q uirtuti non inuidebat: sed uel exiguis diuitiis nūc rumpebatur Martiale possidente mulū suū & suburbanū: cū ille eét ditissimus: imprecatur poeta tātæ iuidiæ ut ipse possideat mulū & suburbanū: hoc é ad eandē deueniat cōditionē. Carinus contrariū nomē est inuidenti. nā Carinus significat lætū. Liuet: rūpitur inuidia: inuidere liuentis é.

Vnde pendeat: id est undè se suspédat. hic enim exitus est in uidi. Et cedro perunctus: id ē oleo cedrino: nā ut precioſi libri & bona carmīa seruabant.

Rus æstiuum. i. rus ad æstiuandū. Mulis: nō ut ante cō ductis sed meis. & mulum con ductū scribit Horatiꝰ in sermonibus. Opto héat mulos & suburbanum. i. opto admittat diuitias quas habet: & sit nr̄e cōditiōis ac fortunæ: cui iuidet. i. sit pauper.

Cribit: Consules & duces ī charta transuersa scribebant: auctor est Trāquillus. sed scribere hic in charta aduersa: utputo accipiēt ꝓ eo quod é scribere in pagina & ī tergo. Picens tam longa scribebat epigrāmata: ut & tergū impleret: neqꝫ placebat: poeta ait non esse mirandū: si cū in charta aduersa scribat: aduerso quoqꝫ deo faciat uersus: designans loquacitatem Picentis. Aduerso deo: idest nulla gr̄a. nam illi scribunt carmīa deo aduerso: qui non placent. alibī. Carmina quod scribis musis: & Apolline nullo.

Hestylon: Aulus is tantum uatibus blandiebatur: quoꝫ pueros amabat: hoc ꝓdit

Martialis. Thestylon: puer. Voconii. Delitias uatum: qui sunt delitiæ poetarum.

T poscas: Mittebant munera amicis: cum diem natalé celebrabant: Clytus ut frequentiora munera colligeret: noues celebrabat diem suũ natalé in anno: poeta monet nisi destiterit tã multos natales celebrare: se nõ putaturũ eum esse semel natũ: hoc é nõ missurũ uel semel munus. Nasceris: diem natalem celebras. Non natalitias calédas: id est singulis mensibus celebras natalem: exceptis tibus uel quattuor. Tu nobis uideris senex: cum celebraueris totiens natalem. Licebit: quãuis'. Moro caduco: præmaturo: ut supra. Massã: metam. Alligati: coagulati. Cruda innupta. Sit pudor: pudeat te. Modus: finis. Nasci semel: uñũ tm̃ celebrare natalé i anno. Non putabo te natũ semel. i. ne ipo quidem die natali munus mittam.

Ic ubi: Domitianꝰ auctore Tranquillo post uictoriam sarmaticam cum multos arcus cum quadrigis & insignibꝰ triũphorum per regiones urbis erexisset: maximũ sibi poni uolulit: hũc celebrat poeta carmiẽ. Fuit ét cõditum tẽplũ. Fortunæ reducis: quod reducem servasset iperatorem. Fortuna uariis numiñibꝰ tépla hébat: nam erat ædes fortũæ reducis. & ut Plutarchi uerba ex questionibus recitemus: Euelpedis atropeæ, progeniæ uiscatæ: Breuis hæc condita est Seruio tullo. Erat & tẽplum malæ fortunæ in æsquiliis. Fœlix area: locus paratus ad ædificãdũ: Vel fœlix. i. ampla. Vel qa conditũ postea illic tẽplũ. Iubar: radios.

Arcꝰ ouãs: triũphalis. Stat: erectus est. Gemini currus: Nam arcus habebant quadrigas: uel propter duplicem triũphum: quem hactenus reportauerat ex dacis. Ipe aureus. i. statua Domitiani aurea: Non enim passus est poni sibi statuam nisi auream: & argenteam: ut Tranquillus tradit. Suffi cit: par est. Immensis iugis: quadrigis.

Forsitan & nostrum sic iacinthon amat.

I nunc & dubita uates an diligat ipsos:

Delitias uatum cum meus aulus amet.

In Clytum. 63

Vt poscas clyte munus exigasque:
Vno nascéris octies in anno.
Et solas puto tres ue quattuor ue
Non natalitias habes calendas.
Sic uultus tibi lenior licebit:
Tritis littoris aridi lapillis.
Sit moro coma nigrior caduco
Vincas mollicie tremente plumas:
Aut massam modo lactis alligati:
Et talis tumor excitet papillas.
Quales cruda uiro puella seruat:
Tu nobis clyte iam senex uideris:
Tam multos quis enim fuisse credat:
Natales priami ue nestoris ue:
Sit tandem pudor & modus rapinis:
Quod si ludis adhuc: semelque nasci:
Vno iam tibi non sat est in anno:
Natum te clyte nec semel putabo.

Ad Domitianum: 64

Hic ubi fortunæ reducis fulgentia late:
Templa nitent: fœlix area nuper erat.
Hic stetit arctoi formosus puluere belli:
Purpureum fundens cæsar ab ore iubar:
Hic lauro redimita comas & candida uultu:
Roma salutauit uoce manuque ducem.
Grande loci meritum testantur & altera dona:
Stat sacer edomitis gentibus arcus ouans:
Hic gemini currus numerãt elephãta frequẽter:
Sufficit immensis aureus ipse iugis.
Hæc est digna tuis germanice porta triumphis:

Vrbem Martis: dei bellorũ. Hos aditus: ideſt triũphales: ideſt ut imperatores agãt tales triumphales.

Vgũſto: Silius poeta tertiũ cõſulatum accepit a Domitiano: comparat eum poeta conſulem tertiũ cum Pompeio: qui tres conſulatus geſſit: & decus Silli anteponit rebus omnibus quas tribus illis conſulatibus geſſit Pompeius: hac una ratiõe: quoniã Domitianus dederat tertiũ conſulatum longe maior ſenatu & Cæſare: qui dederũt tres conſulatus Pompeio. Augu ſto: Domitiano. Biſſenos fa ſces: conſulatum. Noto cõ ſule. i. ad Siliũ quib⁹ fuerat cõ ſul. Sonare: pulſare. Nobi li uirga: fores a magiſtratibus uirga lictoꝝ pulſabantur. Papi nius de conuentu ad Stellã: Et multa pulſant limina uirga. Li uius in ſexto ab urbe: Forte ac cidit ut lictor Sulpitii cũ is de foro domũ ſe recipet: fores ut mos eſt uirga percuteret. Pli. i .vii. naturalis hiſtoriæ ſcribit Pompeium cõſulem ꝓhibuiſ ſe lictorem pulſare fores Poſſi donii ueneratione tanti uiri.

Purpura fœlix: Põpeii. Ter tiuſq; conſul. i. tertius conſula tus. Quod optet: ideſt ut op tet datum fuiſſe conſulatum a te. Numerare: cõſulat⁹ ſic da tos a Domitiano. Ianus paci ficus: ideſt annus. Quorum pacificus: ter ampliauit: iunge cum inferiorib⁹: ut referas ad conſulatus Silii. Pacificus: ad differentiã pompeianorũ: qui ĩ armis uerſati ſunt: ideſt Silius mauult ſic: ideſt ſine bellis nũe rare ſuos conſulatus frequẽtes hoc eſt ſæpe tales habere: quo rum nomina Ianus pacific⁹ ter ampliauit: nam ter conſul fuerat.

Hos aditus urbem martis habere decet.

De Conſl. Silii. 65

Auguſto pia tura uictimaſque:
Pro noſtro date ſilio camœne.
Biſſenos iube en redire faſces.
Nato conſule nobilique uirga:
Vatis caſtaliam domum ſonare.
Rerum prima ſalus & una cæſar:
Gaudenti ſupereſt adhuc quod optet:
Fœlix purpura tertiuſque conſul.
Pompeio dederit licet ſenatus
Et cæſar genero ſacros honores.
Quorum pacificus ter ampliauit
Ianus nomina: ſiluis frequentes:
Mauult ſic numerare conſulatus.

In Cecilianum. 66

Horas quinque puer nondũ tibi nũciat & tum:
Iam conuiua mihi ceciliane uenis.
Cum modo diſtulerint raucæ uadimõia chartæ:
Et floralicias laſſet harena feras.
Curre age & illotos reuoca caliſte miniſtros:
Sternantur lecti ceciliane ſede.
Caldam poſcis aquam: ſed nondũ frigida uenit:
Alget adhuc nudo clauſa colina foco.

Oras quinq; Cecilianum intempeſtiuum conuiuam accuſat: qui ĩuitatus debebat ad nonã horã uenire: nã tũc cœna parabat: Imperat extructos frangere nona toros ſed ante quintam properauerat: monet ut celeri⁹ ét ueniat: uel ſerius nona: ita enĩ nõ cœ nabit. Puer nunciat: nam pueri nunciabant horam dominis. Raucæ cæræ: ideſt libel li forenſes. Diſtulerint uadimonia: peregerint iudicia: nam tertia hora in foro uerſabã tur. Feras floralitias: feræ ab ædilibus paratæ ad aliquem ludum laſſabantur quarta ho ra uſq; ad quintam ad iugum patritiũ: ubi florales ludi exercebantur: uel quia menſe ap li prætores ludos edebant feris ad megaleſia: quo tempore & floralia fiebant: unde flora litiæ feræ dicuntur: hoc eſt editæ in ſpectaculum eo méſe quo floralia agebãtur. hæc una ſententia mihi placet. Calida. i. cocta utebant in conuiuio. Alget: ideſt eſt ſine igne Nudo foco: carente lignis.

Sero:uel poſt noñam: uel ſero præcedeñtis diei: ñam ita quoq; ñon cœnabis.

Vis corcyræi:Laudat rus Entelli tectū lapidibus ſpecularibus:q̄les hortos habuit.

Tyberius:& ſupra cōmemorauit. Corcyræi regis:alcinoi q regnauit ī iſula corcyra.Vindemia:racemi uuaꝝ. Géma pſpicua.i.lapidib⁹ ſpecularibus. Nec tamé latet:ſed cernitur. Bombicina:ex ueſte bombicina. Mulieres bombicina: uiricœa pellucebāt Lapidibus ſpecularibus:quib⁹ uuæ ſeruabantur. Sterilis hyems:alibi ſterilis. Iubetur ferre autumnum: ideſt fructus autumnales.

Iraris:Vacerra ſignificat ſtipitem ad quem alligatur equi.Vacerra item ſignificat uecordem & inſanum. hic nomen ꝓprium eſt cuiuſdam qui mortuos tantū poetas laudabāt:ait poeta ſe nolle laudari: ideſt nolle mori:ut ob hoc laudetur.Idem uerſus é ſupra: Si poſt fata uenit gloria non ꝓpero. Miraris:laudas. Nō eſt tanti: ideſt non tanti facio perire ut placeam tibi: hoc eſt non tanti facio iſtam laudem: ut morte tibi placere uelim.

Vanta:Neruæ coccei ingenium & carmé laudat: qué præſtātiſſimum ait eſſe poetam ſi uoluiſſet aperte ſe poetā fateri:ſed præ modeſtia ſilet:aut certe tenue carmé ſcribit in quo tamé a Nerone dictus eſt alter Tibullus. Permeſſis:ſiue permeſſus fluuius é:qui ex parnaſſo labitur:unde etiam Olmeus defluit. Verecundam ſitim:ideſt uoluit parum guſtare. Frontem pieriā: ideſt poeticā. Tenui corona: ideſt hederacea:nam poetæ heroici corona querna utebātur ꝓpterea ſi placet ſupra:dū ſcribit ad Collinū:O cui tarpeias liciūt contingere querc⁹:nam ille de poetis erat coronatus a Domitiano:corona autem hederacea elegi & tenuiores poetæ utebant.Properti⁹:Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona:Mi folia ex hedera porrige Bacche tua. Nec dare uela.i.non ſequi famā.Nero ſcribit eſſe alterꝝ Tibullū Neruam.Nero.n.carmina componebat:quod multis negantibus Tranquillus affirmat ex pugilarib⁹: quos uiderat.

Vattuor:Argentū mittebatur in ſaturnalibus:Poſthumianus.x.ante annis ſolebat

Mane ueni potius.nam cur te quinta moretur?
Aut cur non ſero cæciliane uenis?

Ad Entellum. 67

Quis corcyræi uidit pomaria regis:
Rus entelle tuæ præferat ille domus.
Inuida purpureos urat ne bruma racemos:
Et gelidum bachi munera frigus edat.
Condita perſpicua uiuit uindemia gemma:
Et tegitur fœlix nec tamen uua latet.
Fœmineum lucet ſic per bombicina corpus:
Calculus in nitida ſic numeratur aqua.
Quid non ingenio uoluit natura licere:
Autumnum ſterilis ferre iubetur hyems:

In Vacerram. 62

Miraris ueteres uacerra ſolos:
Nec laudas niſi mortuos poetas.
Ignoſcas petimus uacerra.tanti
Non eſt ut placeam tibi:perire.

De Nerua. 69

Quanta quies placidi tāta eſt facundia nerue:
Sed cohibet uires ingeniumque pudor.
Cum ſiccare ſacrum largo permeſſida poſſet:
Ore:uerecundam maluit eſſe ſitim.
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus:famæ nec dare uela ſuæ.
Sed tamen hunc noſtri ſit temporis eſſe tibullū:
Carmina qui docti nota neronis habet.

In Poſthumianum. 70

Quattuor argenti libras mihi tempore brumæ:

mittere Martiali quattuor argenti libras: sed singulis annis tm̃ detraxerat ut iam non habe ret hoc decem anno quod posset detrahere: rogat poeta ut ad quattuor libras reuerta tur. Tempore brumæ: hyemis. i. saturnalibus. Stare: pmanere in eodem numero aut q̃ litate qua solet. Libra septitiana: libra: as: pondus: assipondiũ item erat. nam. xii. uncias ualebat. Secundo autem bello punico: cum res ad penuriam argenti redacta esset: patres persoluturi stipendium militibus libram minorem esse uoluerunt: adeo ut sustẽtario põ dere finiret ex duabus unciis. libra item decem quæ decẽ un cias ualebat. Septitiana: maio ris ponderis q̃ octo unciarum: bes seu des octo uncias signifi cat. Scutula: uasculũ est: qđ mensura par est octo unciis.

Ad scutulam bessalem: idest octo unciarum. Cotila: uascu lũ est: q̃uis nonnulli ĩterpretã tes carmen Homeri đ medico qui cibum cotila poscebat in odyssea: cotilam cõcauitatem manus exponant. capit aũt co tila sex uncias ut supra scutula octo: Cotillus autem collis est idæ ut Demetri⁹: ex quo labun tur Scamander Granic⁹ & Esa pus. Octauo anno misisti ligu lam: instrumentũ argẽteũ. Sex tãte: duab⁹ unciis.

Ondũ: Libellũ alloquitẽ: quem dono dat arcano amico reuertẽti narbonẽ in gal liã. Murice: purpũra. i. narbo ciuitas galliæ. Votieni: pue tæ patris. Annuos fasces: ma gistratus. Quod: reuerti nar bonẽ. Talibus uotis: non mi nore desiderio. Meus: libel lus: ut possem sequi amicum.

Nstanti: notũ argumen tũ: cynthia amica Prop tii uero noĩe Hostia dicebatur. Corinna fictũ erat apud Oui. cũ puellam Cæsareã uellet no minare. duæ aũt fuerunt Co rinnæ thebanæ: quarũ utraq; fuit eruditissima carmine: & p pterea suam puellã appellauit Corinnam Ouidius.

Plomachus. Oplomachi dicebant́ q armati pugna bãt in spẽm iustæ dimicatõnis ὅπλον arma significat: μαχή

Misisti ante annos posthumiane decem.
Speranti plures: nam stare aut crescere debent:
Munera: uenerunt plusue minusue duæ.
Tertius & quartus multo inferiora tulerunt:
Libra fuit quinto septitiana quidem:
Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno:
Post hunc in cotula rasa selibra data est:
Octauus ligulam misit sextante minorem:
Nonus aculeolos in cocleare tulit.
Quod mittat nobis decius iã nõ habet annus:
Quattuor ad libras posthumiane redi:

Ad Librum suum. 72

Nondum murice cultus asperoque:
Morsu pumicis aridi politus.
Artanum properas sequi libelle:
Quem pulcherrima iam redire narbo.
Docti patria narbo uotieni.
Ad leges iubet annuosque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est.
Continget locus ille: & hic amicus:
Quam uellem fieri meus libellus.

Ad Instantium. 73

Instanti quo nec sincerior alter habẽtur:
Pectore nec niuea simplcitate prior.
Si dare uis nostræ uires animosque thaliæ:
Et uictura petis carmina: da quod amem:
Cinthia te uatẽ facit lasciue properti:
Ingenium galli pulchra lycoris erat:
Fama est arguti nemesis formosa tibulli.
Lesbia dictauit docte catulle tibi.
Non me pelignus nec spernet mantua uatem:
Si qua corynna mihi: si quis alexis erit.

In Malum medicum. 74

Hoplomachus nũc es fueras ophthalmicus ãte:

pugna: unde oplomachus: & calicula Proculũ: quẽ ab eximia magnitudine cõlossum appellabat oplomacho obiecit & bis uictorem iussit iugulari. In malũ medicũ est distichon q cum olim oculis mederet hoies necabat ĩperitia nũc fact⁹ oplomach⁹ idẽ faciebat. Op lqtamicus dicit: qui oculis medet.

Vm repetit: Galli sacerdotes Cybelis mortui uidebant posse appellari sectis uirilibus: nuper aũt qui ex gallia uenerat in urbẽ: cũ offensus lapide nocte cecidisset: nõ habuit qui ignoto opitularet: puer qui molẽ corporis nõ poterat tollere. uespiliones prætereũtes rogauit: ut feretro dominũ susciperent: quod illi cadauere depositio fecerũt: quod ĩgallos dicit sacerdotes: inquit poeta in hunc mihi optime ũi detur cõuenire: ut dicamus o Galle mortue. Lingon⁹: lingones populi Galliæ: Dixit ligonum cum alii dixerint lingonẽ

Recens: qui nuper uenerat.

A tecta & flamminia: flammi nia notissima est: tecta itẽ uia. quæ in flamminiam ducit a tecto oppido. idem uerbũ ẽ apud Tib. Macer: seru⁹. Casus: fortuna. Inscripti: uespilões ad id munus electi. Permutat onus: quia susceperũt gallum & reliquerunt cadauer. Galle mortue. i. hic mihi uidet recte dici gallus mortu⁹: nam & gallus erat: & q̃uis uiueret: tamen p mortuo ferebat: cum id gallis sacerdotib⁹ dicat: alludit ex nomine galli.

Ic mihi: Festiue gallico ostẽdit eũ male agere cãs: & male scribẽ: nã ille poscebat ut uerũ diceret: Martialis quid sentiret de se respondet eũ non libenter audire uerum: idest nõ audire se uituperari libenter.

Amabo: obsecro aduerbiũ.

Dic uerũ: uerba Gallici. Sic: respondet Martialis. Verum nõ audis: quasi diceret si uolue ro dicere uerum: non audies me libenter: nam te non laudabo.

Iber: Ad liberum amicum pugilem: ad quem infra est epigrãma: Liber amiclæa frõtem redimite corona. Hunc hortatur ad epicuream animi relaxationem: hocẽ ad rosas ad amomum ad uinum. hoc enim pacto uitam fieri longiorem ostendit: & qui dimidium ætatis ita uixerit: plus temporis uixisse q̃ dii dederint.

Fecisti medicus: quod facis hoplomachus.

De Gallo lingolo. 79

Dum repetit fera conductos nocte penates:
Lingonus a recta flaminiaque recens
Expulit offenso uitiatum pollice talum:
Et iacuit toto corpore fusus humi.
Quid faceret gallus: qua se ratione moueret?
Ingenti domino seruulus unus erat.
Tã macer ut minimã possit uix ferre lucernam.
Succurrit misero casus opemque tulit.
Quattuor inscripti portabant uile cadauer:
Accipit infœlix qualia mille rogus.
Hos comes inualidus submissa uoce precatur:
Vt quocunque uelint corpus inane ferant.
Permutatur onus: stipataque tollitur alte
Grandis in angusta sarcina sandapila.
Hic mihi de multis unus lucane uidetur:
Cui merito dici: mortue galle potest.

In Gallicum. 76

Dic uerum mihi marçe dic amabo:
Nil est quod magis audiam libenter.
Sic & cum recitas tuos libellos:
Et causam quotiens agis clientis.
Oras gallice me: rogalque semper:
Durum est me tibi quod petis negare.
Vero uerius ergo quid sit audi:
Verum gallice non libenter audis.

Ad Liberum amicum. 77

Liber amicorum dulcissima cura tuorum:

Liber:nomẽ proprium. Aeterna rosa:idest in perpetua uoluptate. Splendeat: nite at. Amomo:nã crines spargebantur amomo assyrio. Nigrescat:nam falernum nigre erat. Caleat amore:nullum enim conuiuium aut hic:aut Horatius: aut quicũq; Epicurum sectatur sine amorum delitiis celebrat. Vita est facta lõgior.i.,pducta est uita huic qui tali uoluptate fruitur. Sic:tali uoluptate. Finitus.i.mortuus. Vel medio æuo: sensus est:anni longiores q̃ dii dediderint fieri possunt uoluptatibus:numero enim dierũ non terminat uitam poeta sed uoluptate.

Liber in æterna uiuere digne rosa.
Si sapis:assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat:& cingant florea serta caput.
Candida nigrescant uetulo crystalla falerno:
Et caleat blando mollis amore torus.
Qui sic uel medio finitus uixit in æuo:
Longior huic facta est:quam data uita fuit

De Ludis stellæ.

Quos cuperet phlegræa suos uictoria ludos:
Indica quos cuperet pompa lyeæ tuos.
Fecit hyperborei celebrator stella triumphi:
O pudor o pietas:& putat esse parum.
Non illi satis est turbato sordidus auro.
Hermus:& hesperio qui sonat orbe tagus.
Omnis habet sua dona dies:nec linea diues
Cessat:& in populum multa rapina cadit.
Nunc ueniũt subitis lasciua munimata nimbis.
Nunc dat spectatas tessara larga feras.
Nunc implere sinus securos gaudet:& absens
Sortitur dominos:nec laceratur auis.
Quid nũerẽ currus terdenaq; præmia palmæ:
Quæ dare non semper consul uterque solet;

Lasso clienti. quamdiu salutator
Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto.
Cum scorpus una quindecim graues hora:
Feruentis auri uictor afferat saccos.
Non ego meorum præmium libellorum.
Quid enim merentur? apulos uelim campos:
Non hybla non me spicifer capit nilus:
Nec quæ paludes delicata pontinas.
Ex arce cliui spectat uua setini.
Quid concupiscam quæris ergo? dormire.

De Galla. 74

Milia uiginti quondam me galla poposcit:
Et fateor magni non erat illa nimis.
Annus abit biſquina dabis sestertia dixit:
Poscere plus uisa est: qua prius illa mihi.
Iam duo poscenti post sextum milia mensem:
Mille dabam nummos noluit accipere:
Transierant binæ forsan trinæ ue calendæ:
Aureolos ultro quattuor ipsa petit.
Non dedimus. centū iussit me mittere nūmos:
Sed uisa ē nobis hæc quoque summa grauis.
Sportula nos iunxit quadrantibus arida cētum:
Hanc uoluit puero: diximus esse datā.
Inferius nunquid potuit descendere fecit:
Dat gratis ultro. dat mihi galla nego.

De Meuio. 75

Hoc fortuna tibi uidetur æquum:
Ciuis nos syriæ ue parthiæ ue
Nec de cappadocis eques catastis:
Sed de plebe remi numæque uerna.
Iocundus. probus. innocens. amicus.
Lingua doctus utraque: cuius unum est:
Sed magnum uitium. quod est poeta.

Ilia: locus est in Gallam: quæ annis ī contēptum uenerat: cum olim magno prostraret precio: eadem cum gratis inuitet Martialem: negligitur. Non erat: tunc cum iuuenis erat. Nimis magni: nō admodum indigna uidebatur eo precio. Summa: centum denariorū. Iunxit nos: habuit nos in officio & suitute. Sportula: arida exigua.

Oc fortuna: Notat tempora sua amare: q̄ mulio nes ditissimi fiant: poetæ esuriant. posuit autem icitatum p quocunq̄ auriga. Hui⁹ meminit Trāquillus in Caligula: nā equo dedit marmoream imaginem: præsepe eburneum: purpuræ tegmenta: monile e gemmis: domum familiam supelle &ilem aurigæ: cui etiā consulatum destinauerat. ponit item Meuium pro quocūq̄ poeta. Meuii autem meminit Virgilius: Qui Bauium non odit: amet tua carmina Meui. & Eusebius in temporibus. Non ciuis syriæ: non libertinæ conditionis: idest nō seruus. Nam e syria serui ueniebāt uenales.

Ve parthiæ: notat libertos sui temporis: qui e libertia cōditione fiebant equites. Catastis cappadocis: e cappadocia mittebantur serui. De plebe remi: roman⁹ & natus Romæ.

Cucullo:ueſte ũeneti coloris.Meuius item ut ſcribunt:qui tradiderunt de perſonis horatianis tantæ fuit gulæ ut ingens patrimoniũ abſumpſerit calendis Ianu.dânauerit ĩ capitolio ſe optare quadringenta milia æris alieni:cãm quærenti reſpondit:quoniã octingenta haberet:ſed hic ꝑ poeta accipitur.

Equius:In Carum medicum:qui ĩperitia multos necauerat: nuper aũt mortuꝰ eſt febre.Dolet poeta eũ eſſe extinctũ tam cito:cum fuiſſet diu cruciãdus:qđ poterat fieri ſi ſaltem fuiſſet quartana.

Fecit nephas:qđ eum extinxerit tam cito.

Bis:Aemiliꝰ Macer poeta fuit ueronenſis: q Augusti tꝑibꝰ in aſia mortuꝰ eſt:ut Euſebiꝰ ſcribit eodẽ noĩe Macer tꝑibꝰ Domitiani rexit Hiſpaniã:nũc in dalmatiam mittebaẽ:quẽ abeũtẽ poeta in hiſpaniã reditурꝰ hoc epigrãmate ꝑ ſequitur.alibi de mĩſtrata hiſpãia Nõ ignorat onꝰ q ſcit ſuccedere Macro. Salonæ: op.dalmatæ & emporiũ adlitиꝰ.dalmatæ aũt.l.oppida habuiſſe dicũtur:ex quibꝰ Priamonẽ:Niniã: Sinotiũ:& nonnulla prætera Augu. deleuit: auctores ſunt Strabo & Appia. Littoreas ſalonas.i.ĩ dalmatiã. Ptãs: hocẽ oĩs magiſtratꝰ quo fungeris.

Pauperior laus: hocẽ ex tuis magr̃atibꝰ redis paupior. Terræ auriferæ.i.dalmatiæ ferẽtis auræ:unđ metallũ dalmaticum auræ dicitur.Papi.Robora dalmatico lucent ſatiata metallo. Sinu ua.i.nihil furatũ aut populatũ. Vdo gaudio:lacrhymoſa lætitia. Petemus celtas:& hiberos.i.ibimus bylbilĩ celtiberiæ. Minor Catullo: alludit ad Marcũ ueronẽſem: qui Catullo populari ſuo fauebat.

Sic ſim tibi.i.ſic ego cedã uni Catullo tuo iudicio.

Dlapidẽ:Fabula uulgari uanitatẽ Otacilii paupis

Pullo meuius alget in cucullo:
Cocco mulio fulget incitatus.

De Caro medico. 76

Nequius a caro nihil unquã maxime factũ eſt:
Quam quod febre perit:fecit et ille nefas:
Sæua nocens febris ſaltem quartana fuiſſet.
Seruari medico debuit illa ſuo.

Ad Macrum. 77

Ibis littoreas mater ſalonas
Ibit rara fides amorque recti.
Et ſecum comitem trahet pudorem:
Semper pauperior redit poteſtas.
Fœlix auriferæ colone terræ.
Rectorem uacuo ſinu remittes:
Optabiſque moras:& exeuntem.
Vdo dalmata gaudio ſequeris.
Nos celtas macer & truces iberos:
Cum deſiderio tui petemus.
Sed quæcunque tamen feretur illic:
Piſcoſi calamo tagi notata.
Macrum pagina noſtra nominabit:
Sic inter ueteres legar poetas.
Nec multos mihi præferas priores:
Vno ſed tibi ſim minor catullo

De Torquato & Otacilio. 78

Ad lapidem torquatus habet prætoria quartũ:
Ad quartum breue rus emit otacilius:
Torquatus nitidas uario de marmore thermas:
Extruxit:cucumam fecit otacilius.
Diſpoſuit daphnona ſuo torquatus in agro

contendentis cum Torquato diuite rerũ omnium magnificentia deridet:uaticinaturq; fore ut ita rumpatur Otacilius uolens æquari torquato:quẽadmodum rana dirupta eſt cum uocem bouis uellet emittẽr. Cucumam:appellat cucumam fornaculam exiguam uix cucumam uas excedentem Daphnona.i.nemus laurorum:ut platanona ſupra dixit nemus platanoræ.multa aũt erant lauretain urbe ut ſcribit Pli. omnium nobiliſſimum ĩ Auentino & celeberrimũ in uia flamina ad octauũ lapidem in uilla Cæſaræ:quæ ad gallinas dicebaẽ:ex quo laureto triũphãtes coronabanẽ & ramũ manu geſtabant.

Lorat: In Herotem eodem argumento quo supra scripsit in Mamurrã: cupientem ornatissimam supellectilem emere: cum pecũia careret. supra in septis: Mamurra diu multũq; uagatus: & sub eodem noĩe alios item notat idẽ cupiẽtes. Myrræ maculosæ: maculis distinctæ: nam myrra humor condẽsatus q ducebat in uasa maculis distincta & magni precii: unde myrrina pocula. Citrũ: mensam citriã. Tota septa: quicquid uenditur in septis. alibi in septis: Mamurra diu multũq; uagatus.

Castaneas centum: seuit otacilius
Consul torquatus: uici fuit ille magister:
Nec minor in tanto uisus honore sibi.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim:
Sic puto torquatus rumpet otacilium.

De Heroe. 79

Plorat heros quotiens maculosæ pocula myrræ:
Inspicit: aut pueros nobilius ue citrum.
Et gemitus imo promit de pectore: quod non
Tota miser cœnat: septa feratque domum.
Quã multi faciunt quod heros: sed lumie sicco:
Pars maior lachrymas ridet & itnus habet.

De Phyllide. 80

Cũ duo uenissent ad phyllida mane fututum:
Et nudam cuperet sumere uterque prior.
Promisit pariter se phyllis utrique daturam:
Et dedit: ille pedem sustulit: hic tunicam.

Ad Gallum. 81

Si quid nostra tuis adiicit uexatio rebus:
Mane uel a media nocte togatus ero.
Stridentesque feram flatus aquilonis iniqui:
Et patiar nymbos: excipiamque niues.
Sed si non fias quadrante beatior uno:
Per gemitus nostros ingenuasque cruces.
Parce præcor lasso: uanosque remitte labores:
Qui tibi non prosunt: & mihi galle nocent.

Ad Marinum. 82

Raros colligis hinc & hinc capillos
Et latum nitide marine caluæ
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt iubente uento:
Reddunturque sibi: caputque nudum
Cirris grandibus hinc & inde cingunt:
Inter splendophorum theophorumque:
Cide stare putabis hermerotem.

Vm: Phillis nomẽ lenæ é apud Propertiũ. hic meretricis in quã iocat recenti facto: Nam cũ duo pariter ad eã uẽissent & uter prior futueret discẽptarent, pmisit se daturã utriq; parit & dedit: nã utraq; pte est occupata. ego potius intelligo iocũ esse in uerbo sustulit: nã sustulit significat in altũ tulit: sustulit ité surripuit: alter igit surripuit tunicã: alter potitus est coitu: & ita utriq; dedit alteri coitũ & alteri tunicã. Sustulit pedem. i. eam compssit: alibi de ea quæ futueret: Tollunt q; pedes o medicia grauis.

Quid: Gallum rogat ne exigat a se operã togatã: hoc é ne uelit se comité cũ ea ire magnã faciat iacturã ocii: & Gallus nullã capiat utilitatem.

Cruces ĩgenuas: ad differentiã cruci seruorũ: nã cum ingenui simus: uidemur tolli í crucé: quẽadmodũ crux est supplicii serui: ita hic labor est crux nobiliũ. Vanos: nullã afferentes utilitatẽ. Nocent: quia facio ocii iacturam.

Aros: Eodẽ argumẽto supra scribit in senẽ: qui ad motis tẽporib⁹ capillis medio caluitio: Gerio uidebat: hoc é habere tria capita: Núc notat Marinũ eadẽ accusatõe: q cum oia fecerit: tñ caluitio prodit.

Hinc & hinc: utroq; latere capitũ. Redeũt: ex caluitio. Reddũt sibi: in locũ suũ. Cyris. i. nodis grãdibus. Almyrotem: Almyrotes significat Marinũ locatur igit: aitq; capillis redeuntibus ad tempora Almyrotem: hoc est Marinum uideri sedere inter duos comatos.

Caluitiũ: cõparat Marino ſeni tempora comata Splẽdophoro: & Theophoro pueris comatis & elegãtibus: quorum utriuſq; meminit Martialis. Caluo comato. i. ſene: qui uelit uideri comatus: quum caluus ſit.

Am: Ladon fluuius ẽ ĩ arcadia ut alii ſcribũt ĩ theſſalia paſ Daphnes: ut cecinit Papinius: ut alii filiam Penei ſcribunt: hic nauta ẽ: qui paratis hortis iuxta tyberim nauim merſam appoſuit aduerſus inundationes fluuii: Vnde opẽ tulit ſuo fundo: ea naui merſa quæ anteq̃ mergereſ nihil faciebat lucri: ĩ hoc iocaſ poeta.

Vis tu ſimplicius ſenem fateri:
Vt tandem uidearis unus eſſe
Caluo turpius eſſe nihil comato.

De Ladonte nauta. 23

Iam ſenior ladon tyberinæ nauta carinæ:
Proxima dilectis rura parauit aquis.
Quæ cũ ſæpe uagus premeret torrẽtibus ũdis:
Tybris & hiberno rumperet arua lacu.
Emeritam puppim ripa quæ ſtabat in alta:
Impleuit ſaxis oppoſuitque uadis.
Sic nimias auertit aquas quis credere poſſit:
Auxilium domino merſa carina tulit.

De Lauro. 24

Nemo noua caluit ſic inflammatus amica:
Flagrauit quanto laurus amore pilæ.
Sed qui primus erat luſor dum floruit ætas:
Nunc poſtquam deſit ludere: prima pila eſt:

De Afro. 29

Miraris quare dormitum non eat afer:
Accumbat cum qua ceciliane uides:

De Natali Reſtituti. 26

Octobres age ſentiat calendas
Facundi pia roma reſtituti
Linguis omnibus & fauete uotis.
Natalem colimus: tacete lites
Abſit cæreus aridi clientis:

Carinæ tyberinæ: quæ uelaturã faciebat in tyberi. Vagus: inundãs. Emeritã: quæ iã ceſſabat ĩ ripa. Vadis. i. inundationi fluuii. Auxilium: quia iugera ſeruauit.

Emo: Laurus pila optime luſit dum iuuenis eſſet factus ſenex pauper uidebatur.

Prima pila: lacerata ueſte. primæ pilæ dicebãtur effigies laneæ: quæ ĩ cõpitis ſuſpẽdebãſ ut ſupra dictũ eſt: primæ dictæ ut placet: quoniã ĩ principio & capitibus uiarum pendebant: his addebanſ ueſtes laceratæ.

Caluit: incẽſus fuit. Pilæ: luſoriæ. Prima pila: hoc ẽ uideſ illa prima effigies lanea: quæ appẽdebaſ in cõpitis adeo laceratas habet ueſtes.

Iraris: Afer ob deformitaſ uxoris noctem ducebat inſomnẽ: qđ cũ ob aliã cauſam uideresſ facere: poeta indicat uerã rationẽ. Cũ qua: quaſi diceret cum deformi.

Ctobres: Natalem reſtituti patroni celebrat hoc carmine: ad huñc ſcribit Plinius ĩ epiſtolis. Cũ aũt diẽ natalẽ celebrãti munera mitti ſoleãt: optat Martialis ut ãpliſſima munera mittanſ Reſtituto: nõ parua & exigui precii qualia ĩ ſaturnalibus ei afferebanſ a cliẽtibus tanq̃ patrono: nam clientes munera patronis afferebant: ut Macrobius tradit. Pia: ſtudioſa ſacroꝝ. Calẽdas octobres: quæ ſũt dies natalis reſtituti cauſidici.

Fauete linguis. i. ſilete ut Macrobius interpretaſ ĩ Virgilio. Cærei: mittebanſ i ſaturnalibus non ſatis explorata cauſa monumentis antiquorum. Alii enim ſcribunt miſſos fuiſſe ut ſatiſfieret oracuło: quod iuſſeraſ τα φωτα dari Saturno: φως autem ſignificat lumen & uirum: & alii huius inſtituti originem referunt ad publicum tribunum plebis: q cum patroni grauiora munera exigerent a cliẽtibus: iuſſit ut cærei tantũ mitterentur ditioribus. Aridi: ideſt pauperis.

Triplices tabellæ: quæ habeñt tria folia. Iocos decẽbris: ſaturnalia: nunc caleñdis na talib⁹ Reſtituti. Agrippa: dicit́ quicunq; in pedes naſcit́ quod mali ominis eſt: ut Noni⁹ Plinius Solinus ſcribunt. Hoc nomiñe fuit rex qui tenuit iudæam palæſtiñã ut ex hiſto ria Ioſephi percipi licet. Tumidus negociator: hoc eſt epitheton ſyrorũ: nã ſyri tumidi dicũtur: inde ueni ĩ hanc opinionem: quod ſupra dixit: Iuro per ſyrios tibi tumores ita eſſe intelligendũ: Hoc eſt iuro per ſacra Iſidis ſyriæ: Nã ſanctiſſimũ erat iuſiurandũ per Iſidem: ut ſupra: Nec per Nilia cæ boué iuuécæ: Et per ſiſtrũ Iſidis ille iurat apud Iuue. Cœ natoria: dicebant́ ueſtes: quib⁹ ĩtercœnãdũ utebant́: ꝓptere a ita loquunt́ ĩ diſtichis: Nec fo ra ſunt nobis: nec ſũt uadimo nia nota. Hoc opus é pictis ac cubuiſſe toris. Reus pugnor .i. ebrius q aliquẽ nocturno tẽ pore pulſauerat: Nã ebrii olim Romæ occurrẽtib⁹ pugnos in ferebãt: ut illd Iuuenalis: Aut dic aut accipe calcẽ. Infamata: accuſata adulterii. Senex: alter Euctus.

Et uani triplices breueſque mappæ.
Expectent gelidi iocos decembris.
Certent muneribus beatiores:
Agrippæ tumidus negociator.
Cadmi municipes ferat lacernas
Pugnorum reus ebriæque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.
Infamata uirum puella uicit:
Veros ſardonicas: ſed ipſa tradat.
Mirator ueterum ſenex auorum.
Donet phidiaci thoreuma cæli.
Venator leporem colonus hædum:
Piſcator ferat æquorum rapinas.
Si mittit ſua quiſque: quid poetam
Miſſurum tibi reſtitute credis?

Ad Cottam. 27

Omnes perſequeris prætorum cotta locellos:
Accipis & ceras: officioſus homo es.

De Statua Iunonis. 28

Iuno labor polyclete tuus & gloria fœlix:
Phidiacæ cuperent quam meruiſſe manus.
Ore nitet tanto: quanto ſuperaſſet in ida:
Iudice coniunctas non dubitante deas.
Iunonem polyclete ſuam niſi frater amaret:
Iunonem poterat frater amare tuam.

In Ligellam. 29

Quid uellis uetulum ligella cunnum?
Quid buſti cineres tui laceſſis?
Tales munditiæ decent puellas:
Nam tu iam nec anus potes uideri.
Iſtud crede mihi ligella: belle:
Non mater facit hectoris: ſed uxor:
Erras ſi tibi cunnus hic uidetur
Ad quem mentula pertinere deſit.
Quare ſi pudor eſt: ligella noli:

Mnes: In Cottã furem: q cũ alii alia officia diuitib⁹ præſtarét: ipſe loculos tãtũ uo lebat geſtare: & tales: ſed ut fu raret́ aliquid: Valde ĩquit poe ta officioſus é Cotta: q loculos tãtũ prætorũ uelit geſtare.

Officioſus: irronia: qa ipſi tã tũ tibi ſeruis nõ alteri officium præſtas: & alludit ad officia ip ſa. i. magiſtrat⁹: quorum fiſcũ gerebat.

Vno labor: Laudat effigi em Iunõis ſculptã a Po lycleto: quãuis hanc imaginem non repperiam inter Polycleti antiqui opera cuius duo pueri talis ludẽtes nudi: q aſtragali zõteſ dicebant́ ĩ Titi imperato ris æde erãt: & Hercules Antæ um ſuſpẽdens a tellure: & alia præterea opa: ſed de altero Po lycleto loquit́. Deas: Miner uam & Venerem.

Vid uellis: Expilas. Laceſſis: puocas. Cineres: ita appel lat cũnum. Mater: Heccuba.

Leoni mortuo:a fœtore oris:q̄ui ſimilis eſt cū hno: Vel q̄uod placet puerbium eſt: cū uolumus aliquem excitare:qui moueri non poteſt.

Ari: Diſceſſurus in hiſpaniam cōmēdat rus & domum Mario amico. Atina:oppidum Latii iuxta pontinas paludes eiuſdem nominis in Boetia. Tonantis: Iouis habebat in hortis aram Iouis & Siluani:cui pinus eſt dedicata:& fructus Cybeli. Dominam uirginem:ideſt Dianam. Matrem principem:quoniam calendis martiis ſum natꝰ.

Nemus floræ: omnes nymphæ fugiunt Priapum.

Barbam uellere mortuo leoni.

I prior: Flauius Clemens patruelis fuit Domitiani hic alter Clemens eſt coniunx Ateſtinæ Sabinæ: cui carmīa mittit. Regio helicaonis:dicitur regio patauina. Inepte igit hunc locum deprauarunt & imprudenter ſcripſerunt helicōis pro helicaonis: quod ne facerēt potuerunt admoneri diſticho:ubi lanæ patauinæ ita loquunt:Nos helicaōia de regione ſumꝰ:quare dicta ſit helicaonia illic dicemus. Si tu prior ante me:nam ego cogito illuc: Euggāei populi ſunt dicti a nobilitate:nā nobilioribus Herculis ſociis duxerūt genꝰ q̄ſi euganei:unde Plinius auctor. Picta arua:ideſt uineta patauina.

Suta:tecta. Charta noua:nondum edita. Nec ſordida mēto:ideſt nondum barbata: ut ī diſtichis exponemus & ſupra diximus.

Oñ: Mittit amico poma non nata in agro ſuo nomentano: ſed nata in ſuburra: hoc eſt empta. nam & ſupra dixit. Quicquid alteri ager dat ſibi naſci in media ſuburra. Serpens maſſilus: ideſt heſperidū qui ſeruabat poma aurea heſperidū. Alcynous: rex phæacum habuit pulcherrimū agꝝ. Germinat: producit mihi fructus. Mala plumbea: nullius precii:alludit ad aurea mala.

De Almone. 90

Omnes eunuchos habet almo:nec arrīgit ipſe:
Et queritur:pariat quod ſua polla nihil.

Ad Marium 91

Mari quietæ cultor & comes uitæ:
Q uo ciue priſca gloriatur atina:
Has tibi gemellas barbari decus luci
Commēdo pinus:iliceſque faunorum:
Et ſemidocta uillici manu ſtructas:
Tonantis aras horridique ſiluani:
Q uas tinxit agni ſæpe ſanguis & hædi:
Dominamque ſancti uirginem deam templi.
Et quem ſororis hoſpitem uides caſtæ
Martem mearum principem calendarum.
Et delicatæ laureum nemus floræ:
In quot priapo perſequente confugit.
Hoc omne agelli mite paruuli numen
Seu tu cruore ſiue ture placabis:
Vbicunque noſter martialis eſt dices.
Hæc ecce mecum dextera litat uobis:
Abſens ſacerdos:uos putate præſentem:
Et date duobus:quicquid alter optarit.

Ad Clementem. 92

Si prior euganeas clemens helyconis in oras:
Pictaque pampineis uideris arua iugis.
Perfer ateſtinæ nondum uulgata ſabinæ:
Carmina purpurea ſed modo ſuta toga.
Vt roſa delectat metitur quæ pollice primo:
Sic noua nec mento ſordida charta iuuat:

Munuſculum Pomorum. 93

Non mea maſſilus ſeruat pomaria ſerpens:
Regius alcinoi nec mihi ſeruit ager.
Sed nomentana ſecurus germinat hortus:
Arbore:nec furem plumbea mala timent
Hæc igitur:media quæ ſunt mihi nata ſuburra:

Nfantem: Ludens ostendit Gallam esse fellatricē: Quod supra dixit: Non fellat tā ti Galla: Quid ergo? tacet. natū enī infantem & maritus negauit esse suū: & adulter ait poeta cū maritus & adulter negent filiū natū suū esse: aperte negant se futuisse. q.d. Irrumarunt te se llantem. Futuisse: sed irrumasse.

Aepe: Laudat ociū patriæ suæ ubi poterit uiuere puo precio: quo Romæ non põt stultū igitur est colere diuites: cū locus possit tibi suppeditare id quod ipsi nō dant. Auitus mirabat quare uellet reuerti in patriā cum fuerit Romæ xxxiiii. Sitia: hispaniæ locus ē Ptolemeꝰ scribit iuxta Alauonam. Beatum: me uideri diuitem. Luxuriantur: possunt afferre luxum. Pascitur ager: ut supra: Pascimus iugera. Pascitur: substentatur. Maligno: quia emuntur ligna. Conturbator: ut dixit conturbator ap qui multa requirit: & sollicitudinem & curam. Quattuor autūnis. i. quattuor annis.

Vm: locus est in fœlicitatem suam: q̄ scriptus hæres a moriente: cuius funus curabatur: causam conualescēdi dederit: nam ille liberatus est a morbo. Papyrus adhibebat rogo mortuoꝝ: ut arderet facilīꝰ q̄d docuerunt ægyptii: q̄ papyro ad ignē utūtur: ut scribunt Pli. & Strabo. odores item spargebātur: ut myrrha: & casia: & alia. Papiniꝰ: Sed quid ego exequias & prodiga flammis Dona loquar: mœstoque ardentia funera luxu. Quid cilicū flores quid munera graminis indi? Polinctores: dicebantur q̄ curabāt funus: ut Nonius ex Varronis & Plauti testimonio docet. & Cassius in annalibus polincere dixit procurare funus: Numa inquit cōstituit ut pisces qui squammosi nō essēt ni polincerent: patrimonia ad cōuentus publicos: & collegia facilius emerentur: Polinctore: uespillione. Vespillio tamē dicitur qui effert cadauer.

Mittimus autumni cærea poma mei.

Ad Gallam. 94

Infantem tibi uir tibi galla remisit adulter
Hic puto non dubie se futuisse neget.

Ad Auitum. 95

Sæpe loquar nimiū gentes quod auite remotas
Miraris latia factus in urbe senex.
Auriferumque tagum sitiam: patriūque salonē:
Et repetam saturæ sordida rura casæ:
Illa placet tellus: in qua res parua beatum:
Me facit: & tenues luxuriantur opes.
Pascitur hic ibi pascit ager. tepet igne maligno:
Hic focus: ingenti lumine lucet ibi.
Hic preciosa fames conturbatorque macellus:
Mensa ibi diuitiis ruris operta sui.
Quattuor hic æstate togæ pluresue teruntur:
Autumnis ibi me quattuor una tegit.
I cole nunc reges: quicquid nō præstat amicus:
Cum præstare tibi possit auite locus.

De Numa. 96

Dum leuis arsura struitur libitina papyro:
Dum myrrham & casiā flebilis uxor emit:
Iam scrobe: iam lecto: iam polinctore parato:
Hæredem scripsit me numa cōualuit.

In Publium. 97

Addat cum mihi cecubum minister
Ideo resolutior cinædo:
Quo nec filia cultior: nec uxor
Nec mater tua: nec soror recumbit:
Vis spectem potius tuas lacernas
Et citrum uetus indicosque dentes.

Ddat: Publius ægre ferebat ministros pulchros inspici a Mart. conuiua: quade re supra conquestus est in afrun: hi inquit ministri non conueniunt tuis moribus: nā uolueris eos adesse: necesse est inspiciantur. Vetus citrum: idest mensam citriam.

Præſta: fac adeſſe. Hircoſi: male olentis. Dolor: quo afficeris dū ſpectāt miniſtri. I romana: In imaginē Socratis: cuius grauitatē ſi os romanū eſſet: nō græcū: ſimilē eſſe dicit ſeueritati: q̄ Iulius ruffus ī ſatyra ſcribēda utit̄. Laus ē igit̄ Iulii Ruffi: q̄ tā q̄ alter Socrates uitia carpat: cuius meminit Plinius ī epiſtolis. Romana .i. ſi romanus fuiſſet Socrates.

Vid: Noto argumento conqueritur quēdam poetam inſerere carmina ſua uerſib⁹ ineptis quos componebat: de quo ſupra eſt conqueſtus in Fidentinum: ſed tamen eum nō magis poſſe eſſe bonum poetā ait: q̄ poſſet currere ſi alterum pedem ligneum haberet: alterū Ladæ uelociſſimi curſoris.

Quid tibi eſt? quid habes. Litigante: quia meum carmē nō conuenit tuis uerſibus. Lada: curſor Alexandri: qui pendentibus ueſtigiis uix harenam ſignabat. huius meminit Solin⁹ & Catullus ueronenſis.

Lyſio: laudat Capitolinū ſcurrā: quē Galbæ anteponit qui cæſarianis temporib⁹ floruit notus carmine Iuuēa. Si potes illa pati quæ nec ſarmētus iniquas Cæſaris ad mē ſas: nec uilis Galba tuliſſet.

Suo Cæſare: Auguſto: quod placet. q̄uis nonnulli de Tiberio ſentiant.

Va: locus eſt in Philenū & Gaditanum quorum alter adulterio uxoris habebat filios: alter alieno carmine ſibi uendicato uolebat uideri poeta. Sit factus pater: id eſt habeat filios.

Vnicipes: Reuerſurus: in patriam alloquitur populares ſuos & quærit: an poſt xxxiiii. quos in urbe conſūpſerat uelint ſi in urbem accipere: & an humanitatem didicerint qua cum carerēt ipē romā uenit. Municipes: populares. Tenui: uerſanti in lyriro carmine. Ruſtica: id eſt cdum agitis uitā ruſticanam.

Suſpectus tibi me tamen recumbam
Præſta de grege ſordidaque uilla
Tonſos: horridulos: rudes puſilos
Hircoſi mihi filios ſubulci.
Perdet te pudor hic: habere publi
Mores non potes hos: & hos miniſtros:

De Figura Socratis. 98

Si romana forent hæc ſocratis ora fuiſſent:
Iulius in ſatyris qualia ruffus habet.

In Commiſcentem uerſus operi. M: 99

Quid ſtulte noſtris uerſibus tuos miſces?
Cum litigante quid tibi miſer libro?
Quid congregare cum leonibus uulpes
Aquiliſque ſimiles facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pede ladæ:
Inepte fuſtra crure ligneo curres.

De Capitolino. 100

Elyſio redeat ſi forte remiſſus ab agro:
Ille ſuo fœlix cæſare galba uetus.
Qui capitolinum pariter galbamque iocantēs:
Audierit dicet ruſtico galba tace.

De Phileno. 101

Qua factus ratione ſit requiris
Qui nunquam futuit pater philenus:
Gaditanus auite dicat iſtud
Qui ſcribit nihil: & tamen poeta eſt:

Ad Bilbilatonos agros. 102

Municipes auguſta mihi quos bilbilis agri:
Monte creat rapidis quos ſalo cingit aquis
Ecquid læta iuuat ueſtri uos gloria uatis?
Nam decus & nomē famaque ueſtra ſumus.
Nec ſua plus debet tenui uerona catullo:
Meque uelit dici non minus illa ſuum:
Quattuor acceſſit trigeſima meſſibus æſtas:
Vt ſine me cereri ruſtica liba datis.

Mœnia dū colimus dominæ pulcherrima romæ:
Mutauere meas itala regna comas.
Excipitis reducem placida si mente uenimus:
Aspera si geritis corda:redire licet.

Ad Librum:

I nostro comes:i libelle flauo
Longum per mare sed fauentis undæ:
Et cursu facili tuisque uentis.
Hispanæ pete taraconis arces.
Illinc te rota tollet:& citatus
Altam bilbilin & tuum salonem
Quinto forsitan essedo uidebis:
Quid mandem tibi quæris:ut sodales
Paucos & ueteres:et ante brumas
Triginta mihi quattuorque uisas
Ipsa protinus a uia salutes.
Et nostrum admoneas subinde flauum
Iucundos mihi nec laborioſos
Secessus spatio paret salubri:
Qui pigrum faciant tuumparentem
Hæc sunt iam tumidus uocat magister
Castigatque moras:et aura portum
Laxauit melior:uale libelle
Nauem:scis puto:non moratur unus.

Epigrammaton Val.Martialis Liber:xi.

Vo tu quo liber
ocioſe tendis
Cultus syndonē non
quottidiana:
Nunquid parthenium
uidere tentas?
Vadas & redeas
irreuolutus:
Libros non legit ille sed libellos.
Nec musis uacat:aut suis uacaret.
Et qui te satis extimas beatum
Contingunt tibi si manus minores.
Vicini pete porticum quirini:
Turbam non habet ocioſiorem

Nostro:Dat libellū Flauo amico eunti ī patriā: & mādat ut ueteres sodales salutet:& sibi agrū paret ad ociū

Taraconis: Taraco nobile oppidum sine portu:& nobile uino. Quinto essedo.i.quinta mānsione. Tuum parentē: idest me qui te edidi. Iam timidus:similis locꝰ est apud Iuuenalem. Vmbritii:dum a mulione uocaretᵉ. Laxauit:aperuit emissis multis nauibus. Nō moratᵉ unus.i.oēs adsunt præter te. Vel non moratur unꝰ.i. uniꝰ expectatio non solet retinere nauim:quin discedat.

Vo quo liber ocioſe tendis: Exiturū undecimū librū alloquitᵉ:quasi pperātē in palatia:quo uiuo Domitiano solebat mitti: præfecto cubiculi Parthenio: qui poetæ carmina īperatori reddebat:eūq; monet ut potiꝰ ad turbam ocioſam se cōferat occupato Parthenio supplicū libellis. Ocioſe: ocii īdigens.

Syndōe nō quottidiana: sed festa. Irreuolutꝰ:nō lectꝰ:Nō enī legeris. Vacat:īpartitᵉ ociū. Parthenius enim doctus erat: ut supra:Nā quis ab aonio largius amne bibit? Manus minores.i.satis sit tibi si legeris a minoribus Parthenio. Porticus quirini:habebat enī iuxta porticū quirini: Quod supra dixit: Vicinoſq; tibi sancte quirine lares: Eo loco conuēiebāt homines negociorum componendorum causa:& nonnunq; agebantur illic sponsalia. Vt Iuuenalis indicat: officium cras primo sole mihi peragendum in ualle quirini tamen sequitᵉ: Nubit amicus.

Pompeius: porticus pompeiana: porticus europæ: & portic⁹ argonautaꝝ in cãpo martio. ſupra: Hinc ſi receſſit porticũ terit tẽpli: An ſpatia carpit lentus argonautaꝝ An delicatæ ſole rurſus europæ. Puella agenoris: porticus europæ. Dominus p̀mæ carinæ. i. Iaſon. Leuis: alludit ad argo: quæ dicta eſt a celeritate. Spõſio: ſpõſionẽ appellat depoſitionẽ pugnoꝝ. Vter eſſet futurus uictor: An incitat⁹: an Scorpi⁹: nã hi duo aurigæ oĩum ſermone celebrant⁹: ſunt qui hoc ad ſponſalia referant: ſed non placet.

Riſte: Dimittit oẽm frõtis ſeueritatẽ: cãtatur⁹ carmen ſaturnalitiũ ueteri licẽtia: principe Nerua. Dux: Catõis ſtoici. O filia. i. o cẽſura. O faſtus pſonati. i. o uos qui erigiti ſupercilium & frontem tanq̃ perſonam: & laruam ſeueram ſumitis. quum alia frons leuis & mollis ſubſit.

Ectores: Santra poeta fuit: qui grauitate cẽſoria carmen ſcripſit: duris numeris lepore nullo complex⁹ philoſophoꝝ dogmata: quorũ etiã imagines coluit. Ediſcite: mãdate memoriæ. Nihil mihi uobiſcum eſt: nolo uos lectores.

On: Auaritiam ſuorum temporum notat: ait n. ſe poſſe ſcribere grande carmẽ ſi fata dediſſent alterũ Mecœnatem: quẽadmodũ Neruã alteꝝ Auguſtũ cõceſſerunt. Pypleis: dicit⁹ muſa: nam pyeria: olympus: lebetrũ pypla: loca Thratiæ ſunt: quoꝝ ĩcolæ migrarunt in Parnaſſum: & hiſdẽ noĩbus loca dicarunt. auctor ẽ Strabo: Eadẽ dicit⁹ pyplea. Papinius Licet enthea uates exuperet pyplea ſitim. Vrbana ocia: ideſt homines urbani in ocio. Terit⁹: uſu & lectõne cõſumit⁹. Geticis pruinis: nã illic ĩ expeditione erat Traian⁹. Britannia albiũ dicebatur ab albis mõtibus: hoc nomẽ ſibi uſurpauit: cũ reliquæ ĩſulæ uicinæ britãniæ dicerent⁹: ut Plinius tradit formæ triãgularis ex dimẽſiõe Diodo. Domitorẽ non ſenſerunt: nec Bacchũ: nec Herculem: neq̃ ullũ ante Cæſarẽ. Neſcit iſta: quia nihil pecuniæ mittunt. Auguſtũ: ideſt Neruam alterum Auguſtum.

Acra: Optat fœlicitatem Neruæ & perpetuum ĩperium una cum ſenatu: primum rogat Veſtam: cuius ſacra ex Troia allata fuerunt ab Aenea: unde ignis ueſtalis dicit⁹ troicus a Papinio. Silius: Et uos uirginea lucentes ſemper in ara: Laomedonteæ troiana altaria flammæ. Heros Troiæ: ideſt Aeneas.

Pompeius: uel agenoris puella:
Vel primæ dominus leuis carinæ.
Sunt illic duo treſue: qui reuoluant
Noſtrarum tineas ineptiarum.
Sed cum ſponſio fabulæque laſſæ
De ſcorpo fuerint & incitato.

Ad Lectores. 1

Triſte ſupercilium durique ſeuera catonis
Frons & aratoris filia fabritii:
Et perſonati faſtus & regula morum
Quicquid & ĩ tenebris non ſumus ite foras.
Clamant ecce mei io ſaturnalia uerſus:
Et licet & ſub te præſide nerua licet.

Ad Lectores. 2

Lectores tetrici ſalebroſum ediſcite ſanctram:
Nil mihi uobiſcum eſt: iſte liber meus eſt.

De ſuis libellis. 3

Non urbana mea tantum pipleide gaudent
Ocia: nec uacuis auribus iſta damus.
Sed meus in geticis ad martia ſigna pruinis:
A rigido teritur centurione liber.
Dicitur & noſtros cantare britãnia uerſus:
Quid prodeſt: neſcit ſacculus iſta meus.
At quam uicturas poteramus pangere chartas:
Quantaque pieria prælia flare tuba.
Cũ pia reddiderint auguſtum numina terris:
Et mœcenatem ſi mihi roma daret.

Precatur Deos pro Nerua traiano. 4

Sacra lareſque phrygũ quos troiæ maluit hæres:

Auro æterño.i.æterna auri imagine. Soror:O Iuno. Filia:o Minerua. Tota:quia ex ſolo capite eius nata eſt. Tertia nomina faſtis purpureis:uel quia tribus annis regnauerit:quod non placet: Vel ad tria nomina Iani alludit:qui Ianus Patultius:& Cluſius dicebatur:ut Ouidius oſtendit magis placet diſtinguas:ut de conſulatibus Neruæ intelligas:qui tertium iam gerebat conſulatum:quéadmodum Domitianus ſeptimũ conſulatum geſſit.

Quam rapere arſuras laomedontis opes.
Scriptus es æterno nunc primum iuppiter auro:
Et ſoror & ſummi filia tota patris.
Et qui purpureis iam tertia nomina faſtis:
Iane refers :neruæ uos precor ore pio.
Hunc oẽs ſeruate ducem:ſeruate ſenatum:
Moribus hic uiuat principis ille ſuis.

In Laudem Neruæ traiani.

Tanta tibi eſt recti reuerentia cæſar et æqui:
Quãta numæ fuerat:ſed numa pauper erat:
Ardua res hæc eſt:opibus non tradere mores:
Et cum tot creſos uiceris eſſe numam.
Si redeant ueteres:ingentia nomina: patres:
Elyſium liceat ſi uacuare nemus.
Te uolet inuictus pro libertate camillus:
Aurum fabricius te tribuente uolet.
Te duce gaudebit brutus tibi ſylla cruentus
Imperium tradet cum poſiturus eris.
Et te priuato cum cæſare magnus amabit:
Donabit totas & tibi craſſus opes.
Ipſe quoque infernis reuocatus ditis ab umbris
Si cato reddatur:cæſarianus erit.

Ad Romam & Dindimum.

Vnctis falciferi ſenis diebus
Regnator quibus imperat fritillus
Verſu ludere non laborioſo
Permittis:puto pilleata roma
Riſiſti:licet ergo nec uetamur

Anta. Neruã ãtiquis nominibus morũ ſanctimonia anteponit. O Cæſar: Neruа. Sed Numa pauper erat: propterea minꝰ ĩ eo mirãdũ é ꝙ coluerit rectum. Non tradere.i.magnæ continẽtiæ eſt inter diuitias. Cręſos:diuites. Numam.i.eé cõditionis Numæ & animi. Ingẽtia numina .i.qui ſunt in magna admiratione. Vacuare.i.educere umbras ab elyſiis. Camillus qui urbem defendit a gallis ab exilio reuocatus quo fuerat miſſus:ꝺprehẽſis duabꝰ portis æneis ut ſcribit Plutar. eiꝰ domi ex præda ueiẽtana:nĩi exilium illud aſcribũt prædæ malæ diuiſæ. Is ſecundus Romulus é appellatus:ꝙ ut ille cõdiderit:ita hic ſeruauerit urbem. Fabritius:miſſum aurũ a Pyrrho repudiauit:ĩmortali aĩ continentia. Brutus:qui reges eiecit.

Gaudebit:patiet̃ te eſſe imperatorẽ:quod nõ paſſus eſt ſub Tarquinio. Sylla cruẽtꝰ: nã ĩ bello ſupra.c.milia hominum deleuit auctore Appião: nonaginta ſenatores.xv. cõſules: equeſtris dignitatis .ii.milia & ſexcẽtos dictaturam depoſuit ſpõte quæ ĩ eo erat imperium: Corn.Iſaurico & Claudio pulchro conſ. ſeceſſitꝙ Puteolos ad ocium. Craſſus qui iuit in parthos ut cõueniat cum Cæſare & Pompeio. Cato perpetuus hoſtis Cæſaris: Cato uticenſis:ut Cæſar ſcribit in commentariis. Erit Cæſarianꝰ:id eſt cæſaris noſtri ſtudioſus:ut Iulium Cæſarem odio habuit.

Nãtis.Saturnalitium.potum exercet:Iuſſurus laſciuum carmen. O Roma pileata: nam ſerui in ſaturnalibus pilea ſumebant libertatem agentes quinq; diebus. Pileata:libera. Verſu non laborioſo:ſed facili & laſciuo. Diebꝰ unctis:rettulit ad commeſſatiões & ebrietatẽ eoꝝ dieꝝ. Senis falciferi:ſaturni q habet falcẽ. Fritillꝰ:ludꝰ alcæ. Regnator:qa ĩpune exercet̃. Fritillꝰ:alueus: ſimũ idẽ ſignificat:ut Porphirio ĩterp̃tat.

Pallentes procul hinc abite curæ
Quicquid uenerit obuium loquamur.
Morosa sine cogitatione
Misce dimidios puer trientes.
Quales pythagoras dabat neroni
Misce dindime: sed frequentiores.
Possum nil ego sobrius: bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ.
Da nunc basia: sed catulliana:
Quæ si tot fuerint: quod ille dixit:
Donabo tibi passerem catulli.

In Paulam. 7

Iam certe stupido non dices paula marito:
Ad mœcum quotiens longius ire uoles.
Cæsar in albanum iussit me mane uenire:
Cæsar circeos: iam stropha talis abit.
Penolope licet esse tibi sub principe nerua:
Sed prohibet scabies ingeniumque uetus.
Infœlix quid ages: ægram simulabis amicam:
Hærebit dominæ uir comes ipse suæ.
Ibit & ad fratrem tecum matréque patremque:
Quas igitur fraudes ingeniosa paras?
Dicet & hictericam se forsitan altera mœcha:
In sinuesano uelle sedere lacu.
Quanto tu melius: quotiens placet ire fututũ:
Quam uerum mauis dicere paula uiro.

De Basiis sui pueri. 8

Lassa quod externi spirant opobalsama drauci:

Curæ pallétes: quibus hoies pallẽt. Moro'a: difficili. Nolumus cogitare: an sit ben dict'úq. imidios: quia q nolebãt iocari nõ poscebãt plenos triẽtes: sed dimidios: ut diuti us eẽnt ĩ iocis. Pythagoras marit9 fuit Neronis: nã ei ex grege cõtaminatorũ nupsit Ne ro: ut Tacitus scripsit: iusto ritu nuptiaꝝ celebrato. cũdẽ Tranqullius appellat Doripho rũ. Polyclet9 sicyoni9 Doriphoꝝ ære expressit uirilit pueꝝ. Doriphori aũt dicebant' q ha stas gestabãt. Xv. poetæ. i. multa poemata cũ caluero mero. Catulliana: multa quod po poscit Catullus: Da mihi basia mille: deinde. C. deinde. iiii. al- tera: da secũda cẽtum. Dona bo passerẽ. i. scribã carmẽ ĩ lau dẽ tuã quale scripsit Catullus: q̃d passer ĩscribit' ĩ amicæ cõso lationẽ quæ passerẽ amiserat: tãto est maior passere Catulli: q̃to etiam opus Stellæ de colũ ba Violãtillæ amicæ: quod co lumba inscribit'.

Am certe: In Paulã mœ- cham: de qua supra: Co- mœdi tres sunt: Sed amat tua Paula luperce Quattuor. hæc tẽporibus Domitiani maritũ fallebat excusatione specioſa quotiens ad adulterium se con ferebat: nam modo dicebat se uelle ire in albanũ iussu Cæsa ris: qui illic quinq̃tria celebra- bat: modo circeios nunc mor tuo Domitiãо & sublata oĩ ex cusatione simplicit' uiro fate- bat' se uelle ire ad adulterium.

Stupido: hebeti ĩprudenti.

Iam stropha: talis abit stropha significat dolosam excusatio- nẽ. supra: Nihil stropharũ esse iam salariũ dandum est. Pli. hic ego aliquã stropham inueniã.

Abit: sublata est. Licet tibi esse penelope. i. debes seruare pudicitiã. Scabies: prurit9 tuæ libidinis. Ingenium uetus. i. ĩ ueterata natura: ergo tuo inge nio es mœcha & non iussu' im peratoris. Ingeniosa: quæ solebat uti stropha. Hictericam: Hictericus morbus est quem Celsus arcuatum uocat siue regium. Regium autem ut ipse interpretatur: quoniã luxurioso cubiculi apparatu: & regiæ magnificentiæ aspectu curatur. Lacu sinuessa- no: Sinuessana balnea: quibus Narcissus libertus Claudii morbo leuatus ẽ: ut scribit Ta citus. multis morbis medebantur: ut auctor est Strabo.

Assa: Odorem basiorum pueri odoramentis omnib9 anteponit. Balsamum iudeæ peculiare est: omniũq̃ unguentorum odorem superat. Opobalsamum succus bal sami eximiæ suauitatis: qui tam tenui gutta colligit': ut Alex. illic res gerẽte toto die uix concha impleretur. Opobalsama: unguenta suauissima. Externi: nã mitylenæi pueri

& ex toto orieñte petiti iñ precio erañt: & ipſa unguenta fuerùnt exterña Exoticaq; dicebañt: ut e Iulii Cæſaris & Licinii craſſi edicto apparet: qui unguenta exotica uendi ꝓhibuerunt. Laſſa: uel attritu: nã unguenta attritu fragrant: qđ placet: uel lapſa ꝓ labẽtia nam opobalſama labuntur. Crocus: ad coricum omnia ſuperat: ſecundũ cilicum: tertiũ centuripinum ſiciliæ: quartum phlegræum. Capſa hyberna: quæ hyeme aſſeruantur. Præla: ioculi erant quibus compreſſæ ueſtes continebãtur: ſupra eodem uerbo uſus é:

VItima coricio quæ cadit aura croco
Poma quod hyberna matureſcentia capſa:
Arbore quod uerna luxurioſus ager:
De palatinis dominæ quod ſerica prælis:
Succina uirginea quod regelata manu.
Amphora quod nigri: ſed longe fracta falerni:
Quod qui ſicanias detinet hortus apes:
Quod coſmi redolent alabaſtra focique deorũ:
Quod modo diuitibus lapſa corona comis.
Singula quid dicam: non ſunt ſatis oia miſce:
Hoc fragrant pueri baſia mane mei.
Scire cupis nomen: nil præter baſia dicam
Iuro tibi nimium ſcire ſabine cupis.

De Statua Memoris.

Clarus fronde iouis romani fama cothurni
Spirat apellea redditus arte memor.

De Turno.

Contulit ad ſatyras ingentia pectora turnus:
Cur non ad memoris carmina? frater erat.

Ad Puerum ſuum.

Tolle puer calices: tepidique toreumata nili:
Et mihi ſecura pocula trade manu.
Trita patrum labris & tonſo pura miniſtro
Antiquus menſis reſtituatur honor.
Te potare decet gemma. qui mentora frangis

In numeris pellucent præla lacernis. Serica: ueſtes ſericeæ: nã ſericeis utebañt mulieres: quæ naſcebañt in arboribus ſerũ. Regelata: cõcalefacta: nã fragrãt. ſupra: Quã nec peſtis regelare: & Columella eodem utit uerbo. Opes ſicanias. i. mella hyblea. Alabaſtra: pixides unguentariæ. Alabaſtrites gen⁹ marmoris plucidi: ut Pli. ſcribit: Alabaſtrũ ampulla unguentariæ: quẽadmodũ onyx dures marmor & onyx: ampulla marmorea. Comis diuitib⁹ unguentatis. Oĩa miſce: quæ odoré mittunt: nõ ſolum ſingula ſuperat odor baſioꝝ: ſed etiam omnia ſimul ſi ꝓpter baſia uis ſcire nomen. Nimium: alludit ad illud: quoniam non tantũ uis ſcire: ut baſia carpas ſed etiã ut abutaris.

Larus: Memor & Turn⁹ poetæ fuerunt & fratres quoꝝ: meminit Sydonius: alt ſcripſit tragœdiã uel qđ magis placet heroicum carmen: alter ſatyram. laudantur ergo imagines utriuſq; pictæ in eadem tabella. Appellæa arte: excellẽtiſſimi pictoris. Frõde Iouis corona querna: q̃ coronabãt poetæ heroici. Romãi cothurni. i. tragœdiæ qđ nõ placet: uel fama romani cothurni. i. carmĩs heroici: qđ carmẽ ſurgit ĩ magnificẽtiã tragicam. Vnde Ilias Homeri tragœdia dicta eſt ut Euſtachius ſcribit: ob magnitudinem & cædes. Frater erat: laudatur pietas Turni: qui uoluit ſcribere ſatyram & abſtinere carmine heroico: cũ poſſet eo eſſe clarus: ne ſcilicet fratri Memori æmulus uideretur: qui carmen heroicum ſcribebat: ut legas per interrogatõnem & reſpondeas. Frat erat. i. ne æmulus uideret frĩ.

Olle. Sardanapallum non ſine felle deridet: qui ex gemmatis & aureis poculis ſcaphium urinarum conflauerat amicæ: dignus inquit eſt qui bibat gẽmis. In ſcaphio gemmato: nam potabit lotium. Tepidi nili. i. uaſa chryſtallina: quæ ex ægypto afferebantur. infra: Cum tibi niliacus portet cryſtalla cataplus. Toreumata: uaſa. Secura manu: quia non timebis ne fragrantur. Labris maioꝝ. i. uſu. Antiqu⁹ honor: fictiliũ uaſoꝝ. Dignus es: potare illo uaſe: quia potabis lotium.

Vs: In obſcuros natales zoili ſeruilis conditionis olim ius trium nato⁊ petebat: cũ ipſius parentes eſſent ignoti.

Viſquis: Epitaphium eſt Paridis pantomimi: qui in aula Domitiani gratioſus erat: eius amore captam Domitiã uxorẽ Domitianus repudiauit eiuſque diſcipulũ quoniã perſimilis magiſtro uidebatur necauit. Terris flãminiã: ideſt quiſquis ambulas per flãminiã uiã. Ioci nili: ideſt ægyptii. Decus: dum uixit. Dolor: mortuus.

Aeredes: In breuem colonum male colẽtem agrũ: monet hæredes ne eum mortuum ſepeliant: quoniam cum terra ſepulta ſit optanda leuis ipi grauis eſt. quippe cuius cultum omnino aſpernat⁹ é. Grauis: moleſta: non poteſt ferre terram.

Vnt: Cantaturus ſaturnalitium carmen ꝓfitet ſe ceciniſſe: quæ poſſint legi a pudicis: ſed poſt hac luſurum licentia ſaturnalitia: monet tñ Apollinarem cenſorem: ne putet eoſdem mores ĩeſſe poetæ: qui uidebuntur in carminibus cum fateatur nullos ĩeſſe mores carmini ſuo. Sunt mihi chartæ i. iam edidi carmina.

Coſmiano: unguẽto. Illam parentem: matrem mẽtulam.

Saturnalitios: datos ſaturnalibus.

Vi grauis: Eodem argumẽto monet lectorem grauem: ut nunc diſcedat. Quo libet: quocunq; uis. Togæ urbanæ: leuiorib⁹ perſonis: nã togati ſequebant̃ diuites. Lãpſatio: lampſacus olim Pithiuſa dicebatur: non procula priapi oppido: cuius regionem cõſuetudo Aduaſtiã appellauit: & eodem nomine Homerus: In eo tractu erant uites magna fertilitate: qua de cauſa illic colebãtur a comitibus Bacchi ſacra: & Priapus. Item Horneus ſuum illic cultũ habebat. Vñ uerſus lampſatius dicit̃ qualit̃ Priapus colitur: dicimus & lãpſacenum. Tarteſſiaca: hiſpana: Nam hiſpana laſciuia ſonorum & tympanis reliquas antecellebat. ſupra.

In ſchaphium mœchæ ſardanapallæ tuæ.

In Zoilum. 12

Vs tibi natorum uel ſeptem zoile detur:
Dum matrem nemo det tibi: nemo patrem.

Epi. Paridis: 13

Q uiſquis flammineam teris uiator:
Noli nobile præterire marmor
Vrbis delitiæ ſaleſque nili.
Ars & gratia: luſus & uoluptas
Romani decus & dolor theatri:
Atque omnes ueneres cupidineſque
Hoc ſunt condita quo paris ſepulchro.

De Colono. 14

Hæredes nolite breuem ſepelire colonum:
Nam terra eſt illi quantulacunque grauis:

De libro ſuo. 15

Sunt chartæ mihi quas catonis uxor:
Et quas horribiles legant ſabinæ
Hic totus uolo rideat libellus.
Et ſit nequior omnibus libellis.
Q ui uino madeat: nec erubeſcat:
Pingui ſordidus eſſe coſmiano:
Ludat cum pueris: amet puellas.
Nec per circuitus loquatur illam
Ex qua naſcimur omnium parentem
Q uam ſanctus numa mentulam uocabat:
Verſus hoc tamen eſſe tu memento.
Saturnalitios apollinaris:
Mores non habet meus libellus.

Ad Lectores. 16

Q ui grauis es nimiũ potes hinc iã lector abirẽ:
Q uo libet: urbanæ ſcripſimus iſta togæ
Nam mea lampſacio laſciuit pagina uerſu:
Et tarteſiaca concrepat æra manu.

Elere laſciuos ab bætica cruſmata geſtus. Licet ſis patauina: licet ſis pudica: quales fuerunt patauinæ: quarum pudorem teſtatur Pli. in epiſtola: cũ ſcribit de muliere pudica: eã patauinis quoq; mulieribus frugalitatis exemplũ eſſe poſſe. Lucretia: pudica puella.

O quotiens rigida pullabis pallia uena:
Sis grauior curio fabricioque licet.
Tu quoque nequitias noſtri luſuſque libelli
Vda puella leges: ſis patauina licet.
Erubuit poſuitque meum lucretia librum
Sed coram bruto: brute recede: leget.

Ad Sabinum. 17

Non omnis noſtri nocturna eſt pagina libri:
Inuenies et quod mane ſabine legas.

In Lupum. 18

Donaſti lupe rus ſub urbe nobis:
Sed rus eſt mihi maius in feneſtra:
Rus hoc dicere rus potes uocare?
In quo ruta facit nemus dianæ
Argutæ tegit ala quod cicadæ:
Quod formica die comedit uno:
Clauſæ cui folium roſæ corona eſt:
In quo non magis inuenitur herba
Quam coſti folium: piper ue crudum:
In quo nec cucumis iacere rectus
Nec ſerpens habitare tota poſſit.
Erucam male paſcit hortus unam.
Conſumpto moritur culex ſalicto.
Et talpa eſt mihi foſſor atque arator:
Non boletus hiare non mariſcæ
Ridere: aut uiolæ patere poſſunt.
Fines mus populatur & colono
Tanquam ſus calidonius timetur:
Et ſublata uolantis ungue prognes
In nido ſeges eſt hirundinino:
Et cum ſtet ſine falce mentulaque
Non eſt dimido locus priapo.
Vix implet cocleam peracta meſſis:
Et muſtum nuce condimus picata:
Erraſti lupe littera ſed una.
Nam quo tempore prædium dediſti:
Mallem tu mihi prandium dediſſes.

Ad Lectorem grauem. 19

Cæſaris auguſti laſciuos liuide uerſus

On: Dicit ſe ediſſe carmina: non mõ quæ legẽda ſint noctu: ſed etiam die. ſupra: Tunc admitte iocos greſſu metire licẽti: Ad matutinũ noſtra thalia Iouem.

Onaſti: locatur cũ Lupo amico: qui exiguum prædium donauerat: a quo mallet accepiſſe prandium. Maius ĩ feneſtra: ñã plebs urbana in feneſtris hortulos hẽbat: qđ Pli. his uerbis teſtatur. Iam quoq; in feneſtris ſuis plebs urbana imaginem hortoꝝ quotidiana oculis rura præbebãt. Coſti: quod naſcitur in India. nam coſtũ radix ẽ eximii odoris: foditurq; in petale inſula Gangeti.

Piper crudum acre: Vel piper crudũ. i. pẽdẽs de ipa arbore & nõdũ torrefactũ: primũ appellat longũ: alteꝝ albũ: tertiũ nigrũ. Eruca: qua caules eduntẽ.

Culex: qui alitẽ ſalicetis. Talpa: fodit hortos: & facit cuniculũ. Eſt tota: collocatur: & conſumitur in nido. Coclea: genus menſuræ exiguæ quæ tota uix opobalſamo implebatur: ut ſcribit Plinius indicans eſſe menſurã. Nuce picata: alludit ad uas picatum: Nã Cato docuit eſſe uaſa picanda.

Aeſaris Auguſti: Totũ eſt idem epigramma: ſed duo tantum primi uerſus: & duo ultimi ſunt Martialis: ſex inſerti Octauii Auguſti. Auguſtus libellum epigrammatõ edidit: quæ balnei tẽpore meditabatur: ex eo hoc recitatur epigramma a Martiale: ut oſtẽdat laſciuiam carminis imperatori quoq;. Auguſto placuiſſe in epigrammate. Poſt primam ſimultatem cum Antonio cũ utriuſq; milites poſcerent: ut neceſſitudĩe. aliqua cõiũgerẽt

actum est ut Augustus duceret Claudiam filiam Fuluiæ uxoris Antonii: quam susceperat ex. P. Clodio priore uiro: eam ītactam reliquit: orta simultate inter ipsum & Fuluiam socrum: Simultatis causa non exponitūr a Tranquillo: docet Augustus hoc epigramma te: ait enī Fuluiam socrum popoſciſſe ab eo coitum in ultionē Antonii coniugis: q mimmam cytheridem amabat: sed se id recusasse quoniā anus erat. Latina: nuda & aperta.

Glaphyram. i. mimmam cytheridem. Nam Glaphyrus nomen est cytharœdi apd Iuuenalem. de quo: Cytharœdus echion: aut Glaphyr⁹ fiat pat̄: & apud Mart. Plaudere nec cano plaudere nec Glaphyro. apte igit̄ mimmam cytheridē appellat Glaphyrā quā Antoniū perdite amasse Plutarch⁹ & Plinius testant̄ & Ci. adeo ut iunctis currui leonibus eā per Italiā circūtulerit: fecit demum diuortiū nihilq; ut Cice. scribit egit honestius in uita Antoni⁹ q̄ q; cū mimma fecit diuortiū.

Fuluia: socrus mea. Signa canāt. i. pugnemus. Absoluis uersus. M. uerba sunt ī uersus Augusti.

Sex lege: qui tristis uerba latina legis.
Quod futuit glaphyrā antōius: hāc mihi pœnā
Fuluia constituit: se quoque uri futuam.
Fuluiam ego ut futuam: quid si me manius oret:
Pædicem: faciam? non puto si sapiam.
Aut futue aut pugnēus ait: qd quod mihi uita:
Carior est ipsa mentula: signa canant.
Absoluis lepidos nimirum auguste libellos:
Qui scis: romana simplicitate loqui.

In Gallam. 20

Quæris cur nolim te ducere gallā? diserta es:
Sæpe solœcismum mentula nostra facit.

In Lydiam. 21

Lydia tam laxa est equitis quam culus aheni:
Quam celer arguto qui sonat ære trochus.
Quam rota transmisso: totiēs impacta petauro
Quam uetus a crassa calceus udus aqua.
Quam quæ rara uagos expectant retia turdos:
Quam pompeiano uela negata noto.
Quā quæ delphitico lapsa est armilla cinædo:
Culcitra leuconio quam uiduata suo.
Quā ueteres bracchæ britonis pauperis: & quā

Væris: Notant̄ mulieres a Iuuenale: q; litteraꝝ cēsura usq; eo processerint: ut ēt doctissimos rhetoras in contētionem uocaret: ut Iuue. Celso dictare paratæ. Galla eo genere erat quam poeta deridet: ait enī se eam nolle ducere uxorē: quoniā eius mentula faciat sæpe solœcismum: quē ipsa diserta castigaret: hoc est non legitime semper coit: alludit ad litteras & ad coitū illegitimum.

Ydia: Lassi homines fessi dicuntur: lassæ item res dicunt̄ attritæ: in Lydiam ē epigrāma: cuius lassitatē & deridet & detestatur ea offensus, pximo coitu. Equitis aheni: alii referunt ad militem armatum quod non placet: alii quod sentio ad instrumentū illud quo uas in igne sustentat̄. Nam eques non modo apd̄ antiquos sessorē sed & equū significabat: cuius uice fungi uidet̄ tripos: cum sustineat ahenū. Lydia. i. femur lydiæ.

Trochus: significat rotā in cuius similitudinem factū ferrum nunc admittit pilas ligneas. de ea rota loquit̄. Celer: quia celeritate uertit̄: ut in disticho: Iste troch⁹ pueris at mihi cantus erit. Petaurus: dicebat̄ qui corp⁹ emittebat p circulos. Idem petauriſta appellat̄ a petane quod significat uolo: auctor est & Marcellus: Firmus ī astronomico. Petauro transmisso. i. dum petaurus trāsmittit corpus. Crassa aqua: cenosa. Noto pōpeiano: nō dicas quæ amplius non sunt utilia theatro pōpeiano: q; uelis tegebat̄: nā uela dicunt̄ negata uētis: quādo nō surgentia in altū eos excipiunt sed iacēt̄: quēadmodum tegentia theatrū. eodem epitheto usus est supra: Et rapiant celeres uela negata noti. Armilla: siniſtrarum ornamentum. Delphitico: quales delphi mittunt. Leuconicum: genus lanæ: quo culcitræ farciebātur. Braccha: erat genus uestis: q̄ Britanni utebātur: auctor ē

Turpe rauennatis guttur onocrotali.
Hanc in piſcina dicor futuiſſe marina:
Neſcio: piſcinam me futuiſſe puto.

In Pædiconem maſturbantem: 22

Mollia quod niuei duro teris ore galeſi
Baſia: quod nudo cum ganymede iaces:
Quis negat hoc nimiũ: ſed ſit ſatis: iguina ſaltẽ
Parce fututrici ſollicitare manu.
Leuibus in pueris plus hæc: quã mẽtula peccat:
Et faciunt digiti præcipitantque uirum.
Inde tragus celereſque pili mirandaque matri
Barba: nec in clara balnea luce placent:
Diuiſit natura mares: pars una puellis:
Vna uiris genita eſt: utere parte tua.

In Syllam. 23

Nubere ſylla mihi nulla non lege parata eſt:
Sed ſyllam nulla ducere lege uolo.
Cum tamen inſtaret: decies mihi dotis i auro:
Sponſa dabis dixi. quid minus eſſe poteſt?
Nec futuam quamuis prima te nocte maritus:
Communis tecũ nec mihi lectus erit.
Coplectarque meam: nec tu prohibebis amicã:
Ancillam mittes ſed mihi iuſſa tuam.
Te ſpectante dabis nobis laſciua miniſter
Baſia: ſiue meus ſiue erit ille tuus.
Ad cœnam uenies: ſed ſic diuiſa recumbes:
Vt non tangantur pallia noſtra tuis.
Oſcula rara dabis nobis: & non dabis ultro:
Nec quaſi nupta dabis ſed quaſi mater anus.
Si potes iſta pati ſi nil perferre recuſas:
Inuenies qui te ducere ſylla uelit.

Ad Labullum. 24

Dum te proſequor & domum reduco:
Aurem dum tibi præſto garrienti:
Et quicquid loqueris faciſque laudo.
Quot uerſus poterant labulle naſci.
Hoc damnum tibi non uidetur eſſe
Si quod roma legit: requirit hoſpes
Non deridet eques: tenet ſenator.
Laudat cauſidicus: poeta carpit.
Propter te perit: hoc labulle uerum eſt

Diodorus. Onocrotall⁹: auis ſimillima cygno: a quo non diſtingueretur: niſi eis faucibus i eſſet alterius uentris ſimilitudo. quicquid enim comedit in fauces congerit: diuque continet: cum tamẽ ſint miræ capacitatis: ut auctor eſt Plinius.

Ollia: Conqueritur q̃ q̃dam non modo pædicet puerum: ſed etiam eius inguina tractet inter op⁹: quib⁹ ſollicitãdis efficit: ut cito pueri uiri fiant. Galeſi: pueri. Duro ore: barbato mento. Præcipitant: ante tẽpus. Inde: ex hoc. Placet: quia non audet prodire in lucem. Vna puellis: anterior uiris poſterior. Tua parte: poſteriore tibi conceſſa.

Vbere: Syllam prouocantem poetam ad nuptias aſpernatur: quoniam non ſperet ſe habiturũ uxorem quæ poſſit pferre mores ſuos: quos exponit. Nulla non lege: omni conditione. Inſtaret: prouocaret: ut ſe acciperem in uxorem. Mihi: non alteri. Siue erit tu⁹: ideſt eunuchus & ſpado.

Vm: Noto arguméto rogat Labullum: ne operã togatam a ſe exigat: cũ magnã faciat ocii & carminis iacturã: & poema amittat ſequens cœnam. Naſci: ideſt componi a me. Perſequor: dum ſequor te. Præſto: accommodo.

Damnum: quod carmina nõ ſcribam. Poeta carpit: notat mores poetarum: qui aliẽa carmina carpunt: quibus quoniã bona inuident. placet magis ut carpit exponas frequenter carpit: & ſuffuratur.

te:c: hoc pacto dum ꝓsequor
Si& capto cœnam.

Mihi: Thelesphorũ pue
rum nil præter amplexũ
permittentem alloquitur ĩter
brachia. O blãda cũ.o amor.

Vda falerno:idest basia sine
cura.

Lla: Vaticinatur Linũ cũ
fuerit salacissimus futu-
tor fore cunnilingum: quoniã
desiit arrigere. Sagax:luxurio
sa. Caue lingua:quia erit cun-
nilingus: & te inseret femori-
bus.

Erre⁹: Flaccum ancillam
& paruo prostrãtem pre
cio amantem deridet: fieri enĩ
non posse putat ut quæ paruũ
exigit precium sit iocundi coi
tus. Orat:ꝓ coitu. Garum li
quamen:ex garo pisce. Cibiũ
significat cõcisam pelamidem:
ut Plinius de genere thynni.

Botrione: botrion liquamis
genus salsi:inde botellus gen⁹
farcimis. Gaudens: tanq̃ pu-
tet rẽ magnã Perfricuit:dicũ-
tur perfricuisse frõtem qui de
posuere pudorem. Plinius ĩ ꝓ
œmio naturalis historiæ: Per-
fricui frontem: & nihil ꝓfeci.

Foliatum:dicebatur unguen
tum quod item dicebat nardi
num: & erat magni precii. De
tusco uico: nam in uico tusco
uestium bombicinarum textu
ra commendabatur.

Anguida: Philix nutrix
fuit Domitiani:eadẽ an⁹
lena: sub quo nomine nũc de-
ridet mulier quæ deformis &
anus ĩguina poetæ sollicitabat
cũ excitari non possent: docet
quo pacto possit arrigere. Iu-
gulor.i.pollice:quia cadit men
tula. Vix.x.horis:adeo cadit
mens.

S.In zoilum fellatorem:
quẽ sæpe supra noĩauit
hoc noĩe:ut supra:Nec te uin-
dicare possumus:fellat: hic cõ

Hoc quisquam ferat: ut tibi tuorum
Sit maior numerus togulatorum.
Librorum mihi sit minor meorum.
Triginta prope iam diebus una est
Nobis pagina uix peracta. sic est
Cum cœnare domi non uult poeta.

Ad Thelesphorum. 29

O mihi grata quies o blãda thelesphorẽ cura:
Quaiis in amplexu non fuit ante meo.
Basia da nobis uetulo puer uda falerno:
Pocula da labris facta minora tuis:
Addideris super hæc ueneris si gaudia uera
Esse negem melius cum ganymede ioui:

In Linum. 26

Illa salax nimiumnec paucis nota puellis:
Stare lino desit mentula lingua caue.

Ad Flaccum. 27

Ferreus es si stare potest tibi mentulla flacce:
Cum te sex cyathos rogat amica dari.
Vel duo frusta rogat cybili:tenuem ue lacertũ:
Nec dignam toto se botryone putat.
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra:
Alecem:sed quam protinus illa uoret.
Aut cũ perfricuit frontẽ:posuitque pudorem:
Succida palliolo uellera quinque petit.
At mea me libram foliati poscat amica:
Aut uirides gemmas:sardonycas ue pares:
Nec nisi prima uelit de tusco serica uico:
Aut centum aureolos:sic uelut æra:roget.
Nunc tu uelle putas hæc me dare dona puellæ:
Nolo:sed his ut sit digna puella uolo.

Ad Phyllidem. 28

Languida cum uetula tractare uirilia dextra
Cœpisti:iugulor pollice phylli tuo.
Nã cũ me uitã cum me tua lumina dicis.
Horis me refici uix puto posse decem.
Blanditias nescis:dabo dic tibi milia centum:
Et dabo setini iugera culta soli.
Accipe uina domũ:pueros:chrysendeta mẽsas:
Nil opus est digitis:sic mihi phylli frica.

In Zoilum. 28

Os male causidicis:& dicis olere poetis:

querebatur os cauſidicoꝝ & poetaꝝ male olere: cū referret hoc ut puto ad male dicta. Rñdet poeta peiꝰ olere fellatori notās hoīs turpitudiné: q̄ſi male oleř alit ipe accepiſſet.

Nuaſit: locat ambiguitate uerbi præcido: nam & īcidere ſignificat & frangere podicem. alterū tractum é a cædo: alterum a præciſo inteſtino: medicus inquit phreneticus inuaſit Hilā ſicca & eum præcidit: cū uideat dicere uulnerauit: intelligit pædicauit ꝓpterea ſubdit: medicus non phreneticꝰ ſed ſanus qui tā bonum cepit conſilium. Sicca: gladius eſt latronis: unde ſiccarii dicti ſunt: ſicca ité numerat inter ferramenta chirurgica.

Treus: Cecilium derider: qui amicos accipiebat uarietate ciborum: qui oés confecti erant ex cucurbita & cum uarias epulas uideatur apoſuiſſe: ſolam dedit cucurbitam. Cecilius atreus: tanquā alter Attreus qui Tantalum Thieſtæ fratri filium epulandum appoſuit: Atreus laniator cucurbitarum. Edes: guſtabis: guſtare eſt leui cibo lenire ſtomachum intra ſatietatē.

Cœna: ideſt prima & ſecunda cœna. Epidipnidas: dapes epidipnides dicunt quæ poſt dipnon. i. cœnam opponūtur.

Hinc: ex hac cucurbita. Farreas: ex farre: nam placétæ farreæ in maiore erant precio.

Multiplices tabellas: Nam tabellæ dicūtur duplices & triplices a numero foliorum: & tabellæ mittebantur in ſaturnalibus. Cariotides: & cariotæ dicunt fructus: hæ inauratæ mittebantur amicis. Papini. Et latente palma prægrandes cariotides cadebāt. Notas theatris: qa ī theatris ſpgunt.

Minutal: piſcé marinū ſignificat: quē ita cōdit Apitiꝰ: ut addat liquamen oleū uinū coctū & reliq̄. Minutal ité genus cibi cōfecti ex uariis leguminibꝰ.

Sed fellatori zoile peius olet.

De Phrenetico medico. 29

Inuaſit medicus ſicca phreneticus eucli:
Et præcidit hilam. hic puto ſanus erat.

In Cecilium. 30

Atreus cecilius cucurbitarum
Sic illos quaſi filios thyeſtæ
In partes lacerat ſecatque mille.
Guſtu protinus has ædes in ipſo:
Has prima feret alteraue cœna.
Has cœna tibi tertia reponet.
Hinc ſeras epidipnidas parabit
Hinc piſtor farreas facit placentas:
Hinc & multiplices ſtruit tabellas.
Et notas cariotidas theatris.
Hinc exit uarium coco minutal.
Vt lentem poſitam fabamque credas.
Boletos imitatur & botellos.
Et caudam cybili: breueſque mænas.
Hinc cellarius experitur artes.
Vt condat uario uafer ſapore
In rure folium capilliana.
Sic implet gabatas paropſideſque:
Et leues ſcutulas cauaſque lances
Hoc lautum uocat: hoc putat uenuſtum:
Vnum ponere ferculis tot aſſem

In Neſtorem. 31

Nec toga: nec focus eſt: nec tritus cimice lectus:
Nec tibi de bibula ſarta palude teges:

Variū: ex uariis rebus confectū. Hinc: ex cucurbita. Botellꝰ: genꝰ farciminis ut Feſtꝰ ſcribit. Menæ: piſces ſunt q̄ coloré mutāt: ut Pli. tradit: nā hyeme cādidæ ſūt: æſtate nigriores: eoꝝ maria ſtrumis medét. Libres: põdꝰ libræ trahétes: ut bilibres dicimꝰ duaꝝ libraꝝ. Capilliana: ruta a capillaméti herbaꝝ & folioꝝ. Gabatas: hæ ſupra dicunt gabatæ. i. lāces cōcauæ

Ec toga: In Neſtoré eodé arguméto: quo ſupra dixit: quédā uelle uideri pauperé & eé. Is. n. cū nihil héret uolebat dici pauꝑ q̄ſi ſpōte id genꝰ uitæ delegiſſet: at īqt poeta eū nō poſſe pauperé appellari cū nihil habeat: & hoc pacto nouā hominis oſtétationé eludit. Teges: é pauperis domciliū. Palude bibula: ex herba paluſtri.

Affectas: refertur ad quandam ostentationem Vano: non profuturo. Non est paupertas: sed mendicitas.

Aepius: Laudatur victoria Prasini aurigæ: qui cū téporibus Neronis uinceret multos habebat fautores: nō deerant tamen qui dicerent eum reportare victoriâ: quoniam multi fauerent ob Neronem a quo diligebatur: nunc mortuo Nerone uicit ut tota victoria ipsi debeatur. Cessisse Neroni: idest fauisse Prasino ob Neronem.

Edes: In Aprum pauperem: & alienas sectātem cœnas: qui casam humilem: & nigram emit: iuxta hortos Maronis pulcherrimos: ut illic sæpe cœnaret: de hoc nō tanquā de puero ut nonnulli putarūt: sed de paupere: & alienam mēsam sectante illud distichon factum uideri potest: Nō cœnat sine apro noster Tite cecilian⁹ quo uersu cum uideatur dicere Cecilianum omnibus mensis habere aprum animal: deceptum lectorem in sequēti uersu frustratur & ait bellum conuiuium Cecilianus habet: quo intelligit aprum pauperē illi esse conuiuam. Bellum autem ironice: hoc est illepidum. Cœnabit belle: in hortis Maronis.

Nec puer: aut senior: nulla est ancilla: nec infans:
Nec sera: nec clauis: nec canis atque calix.
Tu tamen affectas nestor dici atque uideri:
Pauper: & in populo quæris habere locum?
Mentiris: uanoque tibi blandiris honore:
Non est paupertas nestor habere nihil.

De Prasino. 32

Sæpius ad palmam prasinus post fata neronis:
Peruenit: & victor præmia plura refert.
I nunc liuor edax dic te cessisse neroni:
Vicit nimirum: non nero: sed prasinus.

De Apro. 33

Aedes emit aper: sed quas: nec noctua uellet
Esse suas: adeo nigra uetusque casa est.
Vicinos illi nitidus maro possidet hortos:
Cœnabit belle non habitabit aper.

Ad Fabullum. 34

Ignotos mihi cum uoce trecentos
Quare non ueniā uocatus a te
Miraris: quereris que: litigasque.
Solus cœno fabulle non libenter.

De Caio proculo. 35

Caius hanc lucem gemma mihi iulius alba:
Signat: io uotis redditus ecce meis.
Desperasse iuuat: ueluti iam rupta sororum
Fila: minus gaudent: qui timuere nihil:
Hypne quid expectas piger: immortale falernū
Funde: senem poscunt talia uota cadum.
Quincūces & sex cyathos bessenque bibamus.
Caius ut fiat iulius & proculus.

In Zoilum. 36

Zoile quid tota gemmam præcingere libra

Gnotos: Respondet Fabullo ignotos homines inuitanti quare ad cœnam nō eat etiam ipse inuitatus: quoniam scilicet cum inter ignotos cœnaret: uideret solus cœnare. Festiue se solum appellauit inter ignotos.

Aius: Soteria: hoc est uota ob Caium Iuliū Proculū: qui conualuerat: celebrat soluto potu poscens cyathos numeros parem litteris noium amici. Signat: idest facit hanc lucem fœlicem. Desperasse: quod desperauerim. Minus gaudet: ego tāto magis gaudeo salute quo plus desperaui & timui. Hypne: hypnos græce latine significat somnum. Cō uenit ergo nomeñ puero ministrāti Bacchum somni ducem: & auctorem. Bessem. uas octo mensurarum.

Oile: In zoilum qui ex seruo ad equestres annulos pūenerat: ūt supra exposuimus: has cū gemina compede dedicat cathéas Saturne tibi zoilus ānulos pores. Hic tāti

ponderis annulum huñc geſtabat: ut aptius oli potuerit eé cathena eius pedibus: q̃ nũc annulus digito. Nonnulli auctore Pli. auri pondus in annulis oſtentabant: Alii leues bracteas inſerebant gemmaꝝ preciũ oſtentantes. Eam bracteam appellauit aurũ æſtiuum. Iuuenalis tangens hoc annuloꝝ genus: Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurũ: Nec ſufferre queat maioris pondera gẽmæ. Perdere: occultat: quia non eſt in tãto precio gẽma cũ additur nimiũ auri. Tuis cruribus: p compede: Erat enĩ ſeruus fugitiuus.

Te iuuat: & miſerum perdere ſardonica.
Annulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus:
Non eadem digitis pondera conueniunt.

In Charidemum. 37

Cunarum fueras motor carideme mearum:
Et pueri cuſtos: aſſiduuſque comes.
Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba:
Et queritur labris puncta puella meis:
Sed tibi non creuit. te noſter uillicus horret:
Te diſpenſator: te domus ipſa pauet.
Ludere nec nobis: nec tu permittis amare:
Nil mihi uis & uis cuncta licere tibi:
Corripis: obſeruas: quereris: ſuſpiria ducis:
Et uix a ferulis abſtinet ira manum:
Si tyrios ſumpſi cultus: unxiue capillos:
Exclamas nunquam fecerat iſta pater:
Et numeras noſtros aſtricta fronte trientes:
Tanquam de cella ſit cadus ille tua:
Deſine: non poſſum libertum ferre catonem:
Eſſe uirum iam me dicet amica tibi.

De Luperco. 38

Formoſam glyceram amat lupercus:
Et ſolus tenet: imperatque ſolus:
Quam toto ſibi menſe non fututam
Cum triſtis quereretur: & roganti
Cauſam reddere uellet ſeliano:
Reſpondit glycere dolere dentes

De Mulione ſurdo. 39

Mulio uiginti uenit modo milibus aulæ:
Miraris precium tam graue: ſurdus erat.

De Amynta. 40

Indulget pecori nimium dum paſtor amyntas:

Vnarum: Charidemum pædagogum ſuum & libertũ: a quo obiurgatur: cum iam ſit uir. Mearũ cunaꝝ monitor: qui me ĩfantem monuiſti: uel monitor: qa mouiſti cunas mihi ĩfanti. placet ꝑ ſcriptura. Sudaria: uerbũ Catulli. Pannos lineos: qui excipiunt cadentem barbam a tonſore.

Sed tibi non creui. i. nondum putas me ſatis adoleuiſſe. Catoné: qui utatur cẽſura Catõis.

Ormoſam: Lupercum captum amore Glyceræ irrumatorem eſſe oſtẽdit: & Glycerã fellatricé urbano ioco: dũ ait Lupercũ nuper dixiſſe ſe iã menſe toto non futuiſſe amicam: quia dentes doleret: nã ſi dentes & os ægrum ĩpedimento erat quo minꝰ illa coiret: ſati aptum é indiciũ eſſe irrũatoré.

Vlio: Vẽditum mulioné ſupra uiginti milibꝰ nũmum conqueritur: & quaſi miranti magnitudinem precii: iuſtam tam grauis uenditõis cauſam uellet afferre: ſubdit eũ fuiſſe ſurdũ ob hoc cũ minoris debuerit uendi: ipſe idem commemorat: quaſi fuerit iuſta cã tam grãdis precii. Surdꝰ erat: eludit auctum.

Ndulget: Lygdũ formoſum paſtoré ſuum per caſum monet recentem: ne uelit conſcendere arbores capitis piculo ad glandes decutiendas: Nam amyntas paſtor: dum ſaginandis ſuibus ĩcumbit: ex arbore glandifera quã conſcẽdit: cecidit: eiuſq; paꝰ ſiluæ ligna ſuccidi iuſſit ad rogum filii. Amyntas: nomen paſtorale eſt: ſumptum a Theocrito & uſurpatum a Virgilio.

Et gaudet fama luxuriaque gregis:.
Cedentes oneri ramos: siluamque fluentem
Vicit: concussas ipse sequutus opes.
Tristæ nemus diræ uetuit superesse rapinæ:
Damnauitque rogis noxia ligna pater.
Pingues lygde sues habeat uicinus iollas:
Te satis est nobis annumerare pecus.

In Cecilianum. 41

Viuida cũ poscas epigrammata: mortua ponis
Lemmata: quid fieri ceciliane potest?
Mella iubes hyblæa tibi uel hymettia nasci:
Et thyma cecropiæ corsica ponis api.

In Vxorem. 42

Deprensum in puero tetricis me uocibus uxor
Corripis: & culum te quoque habere refers.
Dixit idem quotiens lasciuo iuno tonanti:
Ille tamen gracili cum ganymede iacet.
Incuruabat hylam posito tyrinthius arcu:
Tu megeram credis non habuisse nates?
Torquebat phœbum daphne fugitiua: sed illas
Oebalius flammas iussit abire puer.
Briseis uultum quamuis auersa iaceret:
Aeacidæ propior leuis amicus erat.
Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus:

Cedentes: honustos gladibus'. Opes Cassas. i. glandes deiectas. Nemus triste: cuius casu perierat filius. Diræ rapinæ: filii. Damnauit rogis ligna. i. rogis dedicauit. Ligna noxia: e quibus cecidit Amyntas. Annumerare. i. reddere numerũ.

Iuida: Cecilianum auarum accusat: qui poetæ epigrammata dixerat nõ esse uiuida: Hoc enĩ fieri dicit Martialis eius causa qui nihil donat: Nam uita carminis ex argumento ducitur: referatur hoc quod magis placet quod parum uiuidum esset: quia de Amynta mortuo é scriptum: Ex hoc iocans poeta dicit: non mirandum esse si nõ est uiuidum: cũ de mortuo sit compositum: & eius culpa hoc accidisse: qui ad argumentum proposuerit.

Lemmata mortua. i. argumẽta de mortuo. Thymum: florem significat gratissimũ apibus: quod circa solstitia nascit: cum large floresçit: protendit mellis prouẽtum: ex attica trãslatum est: adeoq; promiscue nascit: ut in Narbonensi agro lapidoso maxima copia puẽiat. auctor est Pli. Thymum tamẽ atticum principatum tenuit: & æternum epitheton inde sortitum é. Virg. Cecropiũq; Thymum in insula Corcyræ ĩ amaritudinem pungit. unde corsica mella eundẽ seruãt soporẽ.

Eprensum: Imprudentiã uxoris accusat: quæ ipm deprehenderat dũ pædicaret: obiurganq; se pueri ptes posse præstare affirmabat. Posito arcu: nam ipe arcũ gestabat: Hylas pharetrã: ut Apollonio longo carmine scribit. Megara: Creontis filia fuit Herculis uxor. Megarã dici non Megerã carmen Homericum testat in Manium euocatiõe Homerus & Megarã Creontis magnanimi filiã: quã habuit Amphytrionis filius roboris ĩdomiti. Fugitiua: dũ cõuersa est ĩ laurũ. Oebalius puer: Hiacynthus Lacedæmonius: quem dilectũ disco Phœbus interemit per imprudẽtiã: uersus aũt est in florem sui nominis. In eundẽ floré Aiax conuersus est: cum iudicio armorum superatus sibi mortem consciuit. Inde idem flos dicit' flos œbalius: ab Aiace. Columella: Et male damnati' mœsto de sanguine surgũt Aiacis flores. Briseis: patronymicum est: proprio noĩe dicebatur Hippodamia: ut scribit Eustachius dilecta est ab Achille. Leuis amicus: Patroclus: nam Achilles Patroclum amauit: qui e patria opũtia iussus est exulare: cum affinẽ œanthem per imprudentiam necasset: unde œanthium sacellũ: & fons œãthi[9] in siluis. Erat idẽ necessitudĩe cõiũct[9] cũ Achille ut colligit Eustachius: cũ quo é educatus post exilium. promiserat aũt Menœtio patri Patrocli Achilles se post expeditionem troianam eum domum reducturum. Dare mascula. i. noli existimare tibi aliquid masculum esse.

Rbus es: Imprudentiã orborũ oĩum & diuitũ accuſat: q̃ captatores putaṅt ſibi eſſe amicos. Natus cõſule Brutos. i. es decrepitæ ætatis. Nouus: nuper fact⁹ amic⁹: nã is captator eſt: & ſpe obuenturæ hæreditatis tibi blanditur.

Ntraſti: In Cãtharũ irrumatoré: quem eo uitio laborare ex coniectura oſtendit. nã ſiue mulieré adiret: ſiue puerũ non patiebaṫ: uel minimã rimã hiare: adeo ut uelox foramĩa acu facta obſtruéda curaret: nemo inquit poeta: qui uel pædicat: uel legitimum init coitũ mulieris tã anxio pudor̃ afficiẽ: ſed irrũator. Cellæ fornicis meretricis: noĩbus ĩhabitantiũ inſcribebatur. Iuuenalis: Titulum mentita lyciſcæ.

Velo: quo circũdãtur cẽtões.

Terebranṫ: perforanṫ. Laſciuia: laſciuenti & paſſim pungẽte. Solliciti: anxii. Qui pædicat: aut futuit ſed q̃ irrumat.

Am niſi. Memiũ monet uẽ cũ arrigere non poſſit fiat irrumator: nã ſupra dixit: Nemo eſt Galla ſenex ad irrumandũ. Verpi: dicunṫ iudæi circuncuſi: eodẽ habitu eſt mẽtula. Pãnucea: a pãno fit pannuceus. a. um. dĩminutiuũ pannicula: auctor eſt Pompei⁹: uel a pãno: quod placet uena eminẽtiore: cuius dĩminutiuũ eſt pãnicula: nã & mulier̃ mãmæ & membra ſenilia iuuenili humore exhauſta pãnucea fiunt: hoc eſt uenoſa. ſupra: Aut tibi pannoſæ dependent pectore mammæ. Laceſſis: iſequeris.

Sũma petas. i. os: & fias irrũator. alibi: Nemo eſt thai ſenex ad irrumandum.

Mnia. Blataram derider̃ qui cum omnem mulierũ turbã deuitaret: & lingeret cunnos: cauſa inquit ẽ ne cogatur futuere. Vmbra pompeiana. i. porticu Pompeii. alibi: Sic ueterem ingrati Pompeii quærimus umbram. Limina inachidos. i. porticũ Europæ filiæ Inachi. alibi: Aut ubi ſidonio taurus amore calet. Lacedæmoniũ: dicit̃ ceroma: quoniã palæſtram lacedæmonii in uenerũt: & eo ceromate ſe ũgebãt. Virgĩe. i. aqs gelidis uirgĩs: nã martia aq̃: ut Pli. ſcribit natatu: uirgo tactu p̃ſtabat. Ilius. Sili⁹ poeta prædiũ Virgilii ĩ neapolitão habuit: ut ſcribit Pli. in epiſtola. habuit

Teque puta cunnos uxor habere duos.

Ad Senem orbum. 43

Orbus es: & locuples: & bruto conſule natus:
Eſſe tibi ueras credis amicitias.
Sunt ueræ: ſed quas iuuẽis quas paup habebas:
Qui nouus eſt: mortem diligit ille tuam.

In Cantharum. 44

Intraſti quotiens inſcriptæ limina cellæ
Seu puer arriſit ſiue puella tibi.
Contentus non es foribus uelloque ſeraque:
Secretumq; iubes grandius eſſe tibi.
Oblinitur minimæ ſi qua eſt ſuſpitio rimæ:
Punctaque laſciua quæ terebratur acu.
Nemo eſt tam teneri: tam ſollicitique pudoris:
Qui uel pædicat canthare: uel futuit.

In Meuium. 49

Iam niſi per ſomnum non arrigis: & tibi meui
Incipit: in medios meiere uerpa pedes.
Truditur: et digitis pannucea mentula laſſis:
Nec leuat extinctum ſollicitata caput.
Quid miſeros fruſtra cunnos culoſque laceſſis?
Summa petas: illic mentula uiuit anus.

In Blataram. 46

Omnia fœmineis quare dilecta cateruis
Balnea deuitat blatara: ne futuat.
Cur nec pompeia lentus ſpatiatur in umbra:
Nec petit inachidos limina? ne futuat.
Cur lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida uirgine? ne futuat.
Cum ſic fœminei generis contagia uitet
Cur lingit cunnum blatara? ne futuat.

De Silio. 47

Silius hæc magni celebrat monumenta maronis

item uillam Ciceronis littoralem: quæ occurrebat a Lucrino Baias uenientibus. ibi Tullius olim instaurauit monumentum: & locum appellauit academiam: academiæ athenié sis æmulatione: eo mortuo, pruperunt illic fontes calidi: qui oculis medebantur. Posse dit eundem locum Vetus Antistius. fontes celebrati sunt carmine liberti Cicerõis: cui⁹ hi duo sũt postremi: Vt quòniã totum legit᷑ sine fine per orbem: Sint oculis plures quæ medeant᷑ aquæ. Vtrunq; autem prædium uoluit habere Silius: quõiam & Ciceronem olim fuerat imitatus in causis agendis: & postea ĩ carmine punico Virgilium: hoc igitur ĩ laudem Silii dicitur. Celebrat: nam coluit diligẽtissime tumulum Virgilii: ut ait Pli. Tumulũ: ad Virgiliũ. Lares: ad Tullium refertur.

Vlla est. Philĩ multa quotidie ab eo poscentem monet: ut cum ei quæcũq; petiit donauerit & ipa det fellatõné.

Nulla est hora. i. nulla hora labit᷑. Relicto attrito: res relictæ cõsumptæ dicunt᷑ imitatõne græcorum qui apolebméa dicũt. Lapis: de crotalo siue de eleuco: quod placet. Possunt: dicuntur posse Lucri fieri: uili pcio emi. Sicc⁹ onyx ficcũ diapasma: nam cõstat ex siccis odoribus: ut Pli. tradit.

Proferẽt: ante oculos ferẽt meos ut emam. Cariosa: multorum ãnorum. Expiet: purget somnos de te aduersos. Indixit cœnam: te uelle cœnare tecum apud Ciceronem est eadẽ significatiõe: condicere cœnã. Condicere aũt ẽ prisca lingua denunciare. Nil mihi galla nega. i. patere te irrumari: nam nil negare apud poetam id significat ut ante exposuimus. Id aũt perfacere te hoc loco dixit. Nã aliđ uidet᷑ dicer̃: cũ tñ hoc dicat

Iugera facundi qui ciceronis habet.
Hæredem dominumque sui tumulique laresque
Non alium mallet: nec maro: nec cicero.

In Phyllida. 48

Nulla est hora tibi qua non me phylli furentem
Despolies: tanta calliditate rapis.
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto
Gemma uel a digito: uel cadit aure lapis.
Nunc furtiua lucri fieri bombycina possunt:
Profertur cosmi nunc mihi siccus onyx.
Amphora nunc petitur nigri cariosa falerni:
Expiet ut somnos garrula saga tuos.
Nũc ut emam grandẽ lupum: mulũ ue bilibrem
Indixit cœnam diues amica tibi.
Sit pudor & tandem ueri respectus & æqui:
Nil tibi phylli nego: nil mihi phylli nega.

De Silio. 49

Iam prope desertos cineres & sancta maronis
Nomina: qui coleret pauper & unus erat.
Silius arpino tandem sucurrit agello
Silius: & uatem non minus ipse tulit:

De Titio. 50

Tanta est quæ titio columna pendet:
Quantam lampsaciæ colunt puellæ.
Hic nullo comitante nec molesto
Thermis grandibus & suis lauatur
Anguste titius tamen lauatur.

Am ppe: Laudat᷑ Sili⁹ q̃ emerit prædiũ uirgilianũ: cũ aũt sibi nõ min⁹ uẽdicauerit Virg. quẽ carmĩe exp̃sit imitãdo. Desertos cineres: quoniam tumulus erat ĩ agro Tulit: accepit & assecutus est.

Anta. In fabulosa ẽ historia Titi⁹ Iouis: & Helaræ fili⁹: dict⁹ fili⁹ terræ: qñ mr̃ natũ ifantẽ specu occultauit: ex q̃ cũ adult⁹ pdierit: fabulã dedit q̃ ex tr̃æ uiscerib⁹ nat⁹ eẽt: eã secut⁹ Virg. tr̃æ oĩpotẽtis alũnũ dixit. Vñ spec⁹ helaritia dicit᷑ nõ pcul a patria Aepei qui ligneũ equũ struxit: hic alt᷑ est Titi⁹ qué masturbatoré fuisse ostẽdit poeta elocutõne. ait .n. lauari hũc suis thermis: quæ q̃is grãdes sint: ãguste lauant mẽtulã Titii: eodem elocutionis genere supra est usus: Secretusq; tua cunne lauaris aqua. Et columnam: etiam in priapo dicunt poetæ. Lauatur anguste: quia masturbatur.

Oeñabis belle. Inuitat Iulium Cerealẽ his ferme appoſitis ferculis: quæ ſupra promiſit amicis: Nunciat octauiam phariæ ſua turba iuuencæ: & hoc amplius: q̃ nihil recitatuꝝ, pmittit: ſed auditurum bellum giganteum: quod amic⁹ conſcripſerat. Bello: feſtiue cum relaxatiõe animi. Conditõ melior: ſi nõ habebis meliorẽ cœnam. Octauã: nã e1 hora lauabaꝫ Martialis. Stephani: memĩt Trãquillus ĩ Domitiãо: is balnea ſtruxit. Porrum: duo genera habet ſectile: & capitatum. Sectile diciꝫ fila habeẽ: quæ Pli. appellat inciſuras: & in diſtichis: Fila tarentini grauiter redolẽtia porri Ediſti: quotiens oſcula clanſa dato. Nero omnibus æſtatis menſibus porro ueſcebatur uocis gratia. Mella equeſtris ordis: cum a Tyberio pncipe damnatus accreſceret: ſuc cum porri ad trium denariorũ argenteoꝝ põdus hauſit: quo expirauit. Si ſupra id pondus ſumatur: diciꝫ non eſſe noxi⁹. Cordyla. i. fetus thynni. Lacertuſ: gen⁹ piſcis. Rutæ: ut ſupra rutatos dixit lacertos. Maſſica: potes ad maſſam lactis referre: hoc eſt caſeum: nã caſeus eſt fumo uelabrenſi commendabatur ex uelabro regione urbis. unde caſeus uelabrenſis in diſtichis eſt. Poteſt referri quod magis placet ad uinũ. Igne enim & fumo condire uina docuit Maſſylia galliæ.

Oliuæ picenæ: cibis accõmodatæ in guſtu: nã dabatur quicquid ante cibariorũ lãces propter guſtũ dabatur: quod ſupra uerbo græco dixit propinin guſtare. Aues cortiles. i. gallinas. Aeterno: immortali. Proxima: uicina laude.

Laudia. Claudiã britãnã utraq; lingua eruditam laudat: ſimul & ipſi & marito optat fœlicitatẽ. Pectora: mores. Cærulei: dicuntur inſulani: Vnde & ipſa Circe uitrea dicta eſt q̃ coleret circeios inſulã: Vitreæ iuga perfida Circes:

Ad Iulium cerealem. §1

Cœnabis belle iuli cerealis apud me
Conditio melior ſi tibi nulla: ueni.
Octauam poteris ſeruare: laudabimur una:
Scis qua ſint ſtephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo
Vtilis: et porris fila reſecta ſuis.
Mox uetus: et tenui maior cordila lacerto:
Sed quam cum rutæ frondibuſ oua tegant.
Altera non deerunt tenui uerſata fauilla
Et uelabrenſi maſſa recocta foco.
Et quæ picenum ſenſerunt frigus oliuæ:
Hæc ſatis in guſtu: cætera noſſe cupis?
Mentiar ut uenias: piſces conchilia ſumen
Et cortis ſaturas atque paludis aues:
Q uæ nec ſtella ſolet rara niſi ponere cœna:
Plus ego polliceor: nil recitabo tibi.
Ipſe tuos nobis relegas licet uſque gigantes
Rara uel æterno proxima uirgilio.

De Claudia rufina. §2

Claudia ceruleis cum ſit rufina britannis
Edita cur latiæ pectora plebis habet:
Q uale decus formæ: romanam credere matres
Italides poſſunt: atthides eſſe ſuam.
Dii bene quod ſancto peperit fecunda marito:
Q uot ſperat generos: quotq; puella murus.
Sic placeat ſuperis coniuge gaudeat uno
Et ſemper uatis gaudeat illa tribus.

In Zoilum. §3

Vnguenta et caſias et olentem funera myrrham

Papinius. Nurus: ex filiis. Tribus natis: priuilegio trium natoꝝ. Ius etiã quattuor natorum dabatur mulieribus: trium uiris. Optat aũt poeta non ut tantũ tris natos habeat: ſed ut tot habeat liberos ut triũ liberorũ priuilegio ſuo iure utatur: nã qui aut nullum filium: aut tantum duos haberet non utebaꝫ iure triũ filiorum: de quo ſatis multa ante dicta ſunt.

Nguẽta. In zolũ furẽ quẽ & furti accuſat: cũ nup odoramẽta ad fun⁹pata ſubripuerit

& ſeruum fugitiuũ eſſe indicat: quod bis iam teſtatus ẽ ſuperiore carmine. Turpi: infami & furaci. Lecto ſtygio. i. capulo: nã capulus lectus ſtygius eſt. A pedibus: nã olim cum ſeruus eſſes fugiſti: & fuiſti in compedibus.

Ortatur. Lupus nouã artẽ captandi dicebat: & blãdiẽs hortabat Vrbicũ orbũ & diui tẽ: ut quæreret liberos: cũ tamẽ id minime uellet. Poeta in hũc iocat: hortatq; Vrbicũ ut moriat: tanq̃ ſuſcepiſſet liberos: hoc ẽ nihil relinquat. Lupo nã ſi morietur tanq̃ pater uidetur uſus conſilio Lupi

Fieri patrẽ: te quærere uxorẽ
ex qua filios ſuſcipias. Quod m'n⁹: qm̃ ipſe uellet eẽ hæres:
Videri uelle quod nolis: id qđ
ĩ dãnũ tuũ ſit. Vt facias: ut accipias uxorẽ. Sic: ita cõdito teſtamento.

Turaque de medio ſemicremata rogo.
Et quæ de ſtygio rapuiſti cinnama lecto
Improbe de turpi zoile redde ſinu.
A pedibus didicere manus peccare proteruæ:
Non miror furem qui fugitiuus erat.

Ad Vrbicum. § 4

Hortatur fieri quod te lupus urbice patrem
Nec credas: nihil eſt quod minus ille uelit.
Ars eſt captandi quod nolis: uelle uideri:
Ne facias optat: quod rogat ut facias.
Dicat prægnantem tua ſe coſconia tantum.
Pallidior fiet iam pariente lupus.
At tu conſilio uidearis ut uſus amici:
Sic morere: ut factum te putet eſſe patrem.

Vod nimiũ. In Cheremonẽ q mortẽ laudabat: ĩ quo uolebat uideri ſectari ſapiẽtiã ſtoicos: q mortẽ cõtẽnũt: & de cõtẽnẽda morte præcipiũt cũ id ageret deſperatõe & ex rei domeſticæ difficultate: nulla inq̃t laus ẽ Cheremõ ſi ĩiſta miſeria mortẽ optas: maior laus fortitudinis fuerit ei q ĩopiam magno aĩo ferre poteſt. Stoice: q ſtoicus uis uideri. Tegetes: hẽbãt paupes. Nudi: ſine culcitra & nullo appatu. Magnus hõ: ironice loq̃t. Agedũ eſto hortãtis ẽ. Roſeo: iuueni li. Perdere nihil. i. ſẽp aĩum relaxare. Eſt facile: nulli⁹ laudis ẽ
In rebus anguſtis. i. inopia.
Qui miſer. i. qui inopiam nõ moleſte fert.

In Cheremontem. § 5

Q uod nimium laudas cheremon ſtoice mortẽ:
Vis animum mirer: ſuſpiciamque tuum.
Hanc tibi uirtutem fracta facit urceus anſa:
Et triſtis nullo qui tepet igne focus.
Et teges atque cimex: & nudi ſponda grabati:
Et breuis atque eadem nocte dieque toga.
O q̃ magnus homo es: qui fece rubentis aceti:
Et ſtipula: & nigro pane carere potes.
Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra lanis:
Conſtringatque tuos purpura texta toros:
Dormiat & tecum quicũ modo cecuba miſcet
Conuiuas roſeo torſerat ore puer.
O quam tu cupias ter uiuere neſtoris annos:
Et nihil ex ulla perdere luce uoles.
Rebus in anguſtis facile eſt contemnere uitam:
Fortiter ille facit: qui miſer eſſe poteſt.

Iraris docto. Inuitat Seuerũ ad cœnã miſſo carmĩe: Seuerus & doct⁹ erat: ut uerſu nõ indigeret: & diues ut nõ deſideraret alienã cœnã: duabus ĩqt de cauſis potes mirari o Seuere: & quod mitto tibi carmina docto: & quod te uocẽ ad cœnã diuitẽ: at dii cũ ãbroſia ſatic̃t: accipiũt ét uinũ noſtrũ: q; ſi cœnã & carmĩa quæ habes: nõ amas & accipis: qd poterim⁹ dare. q. dicat ſi tantum ea daremus q bus indiges: nihil poſſemus dare: cum omnia habeas.

Ad Seuerum. § 6

Miraris docto quod carmina mitto ſeuero:
Ad cœnam quod te docte ſeuere uocem.
Iuppiter ambroſia ſatur eſt: & nectare uiuit:
Nos tamen exta ioui tura merũque damus.

Vim me. Iñ Theleſphorũ qui in media palæſtra cum iñcitatũ poetã uideret: grãdem ſtipem poſcebat: conquerit hoc fieri q; ſi tonſor iminẽte nouacula libertate & diuitias rogaret: Mart. ꝓmitteret: ſed tõſus nõ mõ nil daret: ſed & iã uerberaret. Idẽ nõ faciet Theleſphoro: ſed ne quid poſcat ei os obſtruet: quia eũ irrumabit. Permittũt ĩ me: quia magnam licentiam habent. Theca: repoſitoriũ nouaculæ. Nil faciam: non uerbe rabo te. Lota lana: pectinis ſcilicet ne aliquid poſſis poſtulare dicet λειχαζειν. i. irrumationẽ. Cupidæ auaritiæ. i. tibi cupido & auaro. eo uerbo græco uſus eſt Ariſtophanes. uel dicet ῥᾳ̃ον. i. bñ uale: & dimittet ſine premio quod te auarũ cruciabit. Mentula lota lana: ideſt cũ pacto ope abſterſa fuerit mẽtula. Lucili⁹: Mutoni lachrymas a leua abſterſit amica.

Enos Carinus. Dactylotheca ſignificat repoſitoriũ cõplurium gemmarũ. ꝑm⁹ Scaurus priuignus Syllæ id romæ oſtendit: Pompei⁹ mithridatico triũpho attulit: qđ Varro prælatũ ſcribit fuiſſe dactylothecæ Scauri. Cæſar ei⁹ gñis ſex dicauit ĩ ædes gñis genitricis. Dactylothecæ nom̃ ductũ eſt ab annulis reponẽdis: tñ ut dixi cõpluriũ gemmarũ ẽ repoſitoriũ: quæ ꝑ arbitrio dñi ĩ annulis concludi poterant. Carinus ſex annulos hẽbat conductos: quos die noctuque geſtabat. id cũ alii luxui & magnificẽtiæ aſcriberent: poeta ait eũ id agere: qm̃ plures nõ hẽbat: nec dactylothecã. Videt ſignificare eũ non habere repoſitoriũ annulorũ: cũ intelligat non habere plures gẽmas: ſed eas conductas: ex aliena dactylotheca: ut illud Iuue. Educta paulus agebat Sardonyce.

It Phlogis. Vtrunq; nomen fictum eſt. Phlogis ab ardore: nã phlox ſignificat flammam. Chione frigus a χιὼν quod niuẽ ſignificat. Alutã languentẽ: mentulam. Nõ ſinat: non poſſit excitare. Peliam: Iaſonis patrem. Critoñ: medici nomen eſt maſculi & mentulã habenti. Hygea: filia Aeſculapii medica. Euſtachius quidẽ in Homero & Diodor⁹ & noſtri duos tantũ filios Aeſculapio dedere: Machaonẽ & Podaliriũ. At ĩterpres Lyophoronis uſus teſtimonio Appollodori & Pli. In pictura Hygeã: Elgen: panen: Calaſum Aeſculapii filias eſſe teſtat: quas Socratẽ pinxiſſe cũ patre Aeſculapio Pli. affirmat. Hygea aũt nomen conuenit medicæ: Hygia. n. græce latine ſignificat rectã ualitudinem opponit aũt Critonem: & Hygeam ut oſtẽdat illam indigere uiro maſculo: non fœmĩa.

Omnia cum tibi ſint dono conceſſa deorum:
Si quod habes non uis: ergo quid accipies?

In Teleſphorum. 57

Cum mẽ uelle uides tecũque theleſphore ſẽtis
Magna rogas: puto me uelle negare: licet?
Et niſi iuratus dixi dabo: ſubtrahis illas
Permittunt in me quæ tibi multa nates.
Quid ſi me tonſor cũ ſtricta nouacula ſupereſt:
Tunc libertatem diuitiaſque roget:
Promittam: nec enim rogat illo tempore tonſor:
Latro rogat: res eſt imperioſa timor.
Sed fuerit curua cum tuta nouacula theca
Frangam tonſori crura manuſque ſimul.
At tibi nil faciam: ſed lota mentula lana
Leicazin cupidæ dicet auaritiæ.

De Carino. 58

Senos carinus omnibus digitis gerit
Nec nocte ponit annulos.
Nec cum lauatur: cauſa quæ ſit queritis:
Dactilothecam non habet.

De Chione & Phlogide. 59

Sit phlogis achione ueneri magis apta requiris:
Pulchrior ẽ chione: ſed phlogis ulcus habet.
Vlcus habet priami: quod tendere poſſit alutã:
Quodque ſenem pylium nõ ſinat eſſe ſenẽ.
Vlcus habet quod habere ſuã uult quiſq; puellã
Quod ſonare criton: nõ quod hygia poteſt.
At chione non ſentit opus: nec uocibus ullis:

Marmoream: cum non moueretur.

Ingua. In Maneium lingentem femur: cuius supra meminit. Vrbane autē ait eius linguam dū nuper muliebri īguini hæreret: menstrui profluuio obturpuisse adeo ut posthac nō sit futura uteris ueteri libidini. Mœchus ore: dū fellat. Maritus lingua: dum hæret femori mulieris. uel remotis arbitris quod placet. Summemianis: meretricibus. Nudū: uel inopem deducitur. Per tubos: tubi dicuntur cannæ plūbeæ quib⁹ aqua Tubos: appellat inguina muliebria. Consci a: quasi rem ueram sciret. Morbus īdecēs: sanguis mēstrualis. purus dicit nō cōtaminat⁹ aliq̄ labe: ad corpus refert. Pur⁹ itē cū de aīo dicit: est nō cōtaminatus ullo uitio: hic uerborum ābiguitate utit poeta. Nō mirandū: nā ut scribit Pli. tā male fici humoris ē ut iactæ segetes eo marcescant: apes īmoriant aspectu mulieris eo laborātis: speculū hebetet. Purus: nō potest eē cōtaminatus. s. eo menstruo: nec īpur⁹: qm̄ id sceleris nō poterit āpli⁹ cōmittere.

Adiuuat: absentem marmoreāque putes.

Esbia. Agere grati aliquis dicit: qui opē p̄ciū nō exigit: gratis itē agit q̄ nihil soluit hāc ācipiti uerbor̄ significatione Lesbiā poeta deridet: quæ iurabit se nunq̄ gratis fuisse fututā intelligēs se nō feciss e copiam sui nisi magno p̄cio: poeta ex altera uerbi significatōne ait uer̄ esse quod Lesbia dicit: nunq̄ enī fuit fututa grati: qm̄ oportuit eam soluere precium his quos uolebat fututores.

Exorare dei si uos tam magna liceret
Et bona uelletis tam preciosa dare:
Hoc quod habet chiōe corpus faceretis haberet
Vt phlogis & chionē q̄ phlogis ulcus habet.

De Maneio. 60

Lingua maritus mœchus ore maneius
Suminianis inquinatior buccis:
Q uem cum fenestra uidit a suburana
Obscena nudum lena fornicem clausit.
Mediumque mauult basiare q̄ summum:
Modo qui per omnes uiscerum tubos ibat
Et uoce certa consciaque dicebat
Puer an puella matris esset in uentre
Gaudete cunni: uestra nanque res acta est:
Arrigere linguam non potest fututricem.
Nam dum tumenti mersus hæret in uulua
Et uagientes intus audit infantes
Partem gulosam soluit indecens morbus
Nec purus esse nunc potest: nec impurus.

De Lesbia. 61

Lesbia se iurat nunquam gratis esse fututam
Verum est: cum futui uult: numerare solet.

Pectas nos. Philomusū mutoniatos pueros ī balneis spectantem & interrogantem magna cura q̄re eos Martialis habeat puros: cinædū esse ostendit. Pædicāt curiosos festiue eum cinædum eē ostēdit: cum sit tam curiosus ī mutoniatis inspiciendis. Curiosus enim dicitur qui magna cura aliquid perquirit.

In Philomusum. 62

Spectat nos philomuse cum lauamur
Et quare mihi tam mutoniati
Sint leues pueri subinde quæris.
Dicam simpliciter tibi roganti
Pædicant philomuse curiosi.

In Faustum. 63

Nescio tam multis quid scribas fauste puellis.

Escio. Faustus cū haberet cōmercium cum adolescentibus: ñolitq; id palam fieri dabat litteras ad puellas: ut cum his commune aliquid habere uideretur: eum urbaniter redarguit poeta inquiens nescio quid scribas puellis: sed rem illā scio: q̄ puellæ non scribunt tibi: hoc est turpitudinem tuam inter pueros.

Hoc scio.i.cõmercium tuum. Ipse enim abutebatur pueris: & pueri eo.

Excenti. Iustinus solitus Martialem inuitare ad diem natalem: eum nunc prætermittere rat. dc. inuitatis: pmittens datur cœnam in sequenti die: cũ poeta munus mittere soleret ueteri instituto natalem celebranti: & ipse præteritus a Iustino mun⁹ differt in dié crastinum: mittant inquit sexcenti inuitati munera tibi hodie: cras ego mittam: quoniá cras me inuitasti. Iustinus crastinam cœnam ꝓmittebat insequentis diei. Poeta crastinum munus pollicet quod nunq̃ est futurũ: ut supra: Dic mihi: cras istud posthume quãdo uenit: cum uideat pollicerí crastinum munus.i. insequentis diei. Ad officium lucis: ad celebrandum dié natalem. Postera.i. cœnam sequentis diei. Sexcentis hodie.i. dc. mittant hodie munus: quos inuitasti.

Hoc scio: quod scribit nulla puella tibi.

In Iustinum. 64

Sexcenti cœnant: a te iustine uocati
Lucis ad officium quæ tibi prima fuit.
Inter quos memini non ultimus esse solebam:
Nec locus hic nobis inuidiosus erat.
Postera sed festæ reddis solennia mensæ:
Sexcentis hodie: cras mihi natus eris.

In Vacerram. 65

Et delator es: & calumniator
Et fraudator es: & negociator
Et fellator es: & lanista miror
Quare non habeas uacerra nummos.

In Maronem. 66

Nil mihi das uiuus dicis post fata daturum:
Si non es stultus: scis maro quid cupiam.

Ad Mathonem. 67

Parua rogas magnos sed nõ dant hæc quoq; magni
Vt pudeat leuius te matho: magna roga.

Epi. Canis lydiæ. 68

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix: filius aspera blanda domi
Lydia dicebat domino fidissima dextra
Qui non erygones mallet habere canem.
Nec qui dictea cephalum de gente secutus
Luciferæ pariter uenit ad astra deæ.
Non me longa dies: nec inutilis abstulit ætas:

T Delator es. uacerra cõquerebatur q̃ nummos non haberet: poeta tẽpora sua notans mirat quare pecuniam non hẽat: cum tam malas exerceat artes: quibus solis pecũia querebat. Calumniator: falsas accusationes repperis. Lanistæ: dicebantur qui emebãt pueros nutriẽdos ad gladiaturam. Mangones: ad uendẽdũ dicti a manu & ago: hoc est expoliendis pueris ut maiore ueniant. Inde mãgonizare tractũ é: quod significat expolire ad sallendum emptorẽ: agrosque mangonizatos legimus: & mãgonizata balnea apud Pliniũ: & Varronem.

Arua rogas. Mathonem agendis causis nihil iã lucrátem: & ne minimã quidem stipem consequentem a diuiti b⁹ deridet: simul monet ut pudorem suæ repulsæ leniat magnarum rerum petitione: nam nimis ignominiæ fuerit si in magnis tulerit repulsam de Mathone luuena. Sic Pedo conturbat: Matho deficit: idest pauper fit.

Mphitheatrales. Epitaphiũ Lydiæ canis: quæ discerpta fuerat ab apro in uenatiõe theatri. Nutrita: loquitur canis. Magistros: qui præsunt theatris. Erigõe: mortuũ patrem Icca⁊ repperit cane duce: cui Imera erat nomẽ. hæc dolore obit⁹ paterni sibi mortẽ cõsciuit: Imera item dominæ mortuæ spũ parentauit: ut alii scribũt coniecit se in puteum: quem anigrum appellant: hoc est sine humore. nemo enim post canis fabulâ ei⁹ aquis usus est numinum miseratiõe. eius effigies in cælum relata est. Cephalum: canis datus est custos Europæ a Ioue: quẽ laborantem procris sanauit: Inde canem meruit dono. ex creta igit́ Cephalus coniunx Procri mortua uxore duxit Thebas. Ibi erat fera in

ſuperabilis canibus: ut Ouidius cecinit. Vt autem ex teſtimonio Iſtrii ſcribit Igini⁹ erat uulpes inſuperabilis canibus: Cephalus: Ielapa ita enim appellabatur canis emiſit in uulpem. Cum autem & numine Iouis canis eſſet inſuperabilis & Themidis uulpes utrunq; in marmur conuertit Iuppiter: ut alii ſcripſerunt canis in cælum eſt relatus. Cani: Dulichio: ideſt itacenſi cani Vlyxis. Canes Vlyxis apud Eumeum ſubulcum redeuntem dominum poſt. xx. annos agnouit: ut ſcribit Homerus: qui eoſdem blandientes Thelemacho introduxit. Ille appellabatur Argus. hunc in ſimo reppe rit Vlyxes reuerſus plenum pediculis. Longum extat Homeri carmen in odyſſea. mortuus eſt extrema ætate confectus.

Erimãthe: quẽ interemit Hercules. Calidon: quem Meleager. Tertius aperí Lydia ubi periit Athis filí⁹ Crœſi: ut ſcribit Herodotus.

Endere. Tuccam accuſat qui teneros emebat pueros: eoſdem exoletos uendebat. Dominos: pueros olim amatos a te: ut dominam amicam dicimus. Rudes: pueriles. Luxuria in eadem ſignificatione eſt ſupra. Non amo iam dices: hæc quoque luxuria eſt. nam luxuriam appellat non modo nimium rerum appetitum: & luxum: ſed etiam í modicum contẽptum earum rerum quibus uti debes.

Ictericam. Ioc⁹ eſt in Lædam fallentem maritum noua arte: ait enim ſe eé hictericam: neq; ulla arte poſſe ſanari niſi futuatur. Tanti: ideſt ſe tanti facere ſalutem. Tollun tur: í uenerem. ut ſupra: Suſtu lit ille pedes: ſuſtulit hic tunicam.

Rauci. In natam blandam & exiguo uerbo appellantem mentulam exoleti ſui pipi nam. nam pipere eſt minorum pullorum uocem emittere. Vnde pipillo frequentatiuum quod paſſeri dedit Catullus: Ad ſolam dominam uſq; pipillabat. Poeta ait tantæ magnitudinis eſſe: ut ſi Priapus conferat: poſſit Gallus uideri: hoc eſt caſtratus. nonnulli codices habent bipennem: hoc eſt duplicem pennem: ſed placet prior ſententia: licet ſyllaba mutata ſit.

Qualia dulichio fata fuere cani:
Fulmineo ſpumantis apri ſum dente perempta:
Quantus erat calydon aut erymãthe tuus.
Nec queror ifernas q̃uis cito rapta ſub umbras:
Non potui fato nobiliore mori.

In Tuccam. 69

Vendere tucca potes centenis milibus emptos
Plorantes dominos uendere tucca potes.
Nec te blanditiæ: nec uerba rudeſque querelæ:
Nec te dente tuo ſaucia colla mouent:
Ah facinus tunica patet iguen utrũque leuata:
Inſpiciturque tua mentula facta manu.
Si te delectat numerata pecunia uende
Argentum: menſas: myrrina rura domum.
Vende ſenes ſeruos: agros & uende paternos:
Ne pueros uendas: omnia uende miſer.
Luxuria é emere hos: qs enĩ dubitat ue negat ue
Sed multo maior uendere luxuria eſt.

De Læda. 70

Hictericam uetulo ſe dixerat eſſe marito:
Et queritur futui læda neceſſe ſibi.
Sed flens atque gemens tanti negat eſſe ſalutẽ:
Seque refert potius propoſuiſſe mori.
Vir rogat ut uiuat uirides nec deſerat annos:
Et fieri quod iam non facit: ipſe ſinit.
Protinus accedunt medici medicæque recedunt
Tollunturque pedes: o medicina grauis.

De nata. 71

Drauci nata ſui uocat pipinam
Collatus cui gallus eſt priapus.

Enturum. Cõqueritur se decipi sæpenumero a Lygdo puero: cui imprecatur: ut pileo tegat mẽtulam. Vmbella: indumentum capitis erat: quo Solis radii arcebantur: huius erit distichon. obscena metaphora abusus est: nã per dominam luscã & si aliud uidet intelligere mẽtulã significat. Tegas umbella. i. tegas natibus mẽtulam: uel ore: tãquã umbella: nã erat fellator: ut alibi: At quondã mihi Lygde nil negabas. i. fellabas. Vrãdum. Medico rituali. i. qui eundem amat quẽipse. Gallus: iocus est i Gallo. & græco: & significat sacerdoté Cybelis.

Heca tectus. Eodẽ argumento supra scripsit in Lecãiam: Inguina succintus tibi nigra seruus aluta Stat quotiés calidis tota foueris aquis. Nam & hæc Celia lauabatur ĩter uiros nudos inguinibus solum seruum uidebat sibi astare fibulatum: quod cũ alia de causa facere uideretur: poeta ĩdicat eam ita egisse: ut seruum ad coitum recentem haberet: nam fibula non modo uelãdis inguinibus: sed etiam coercendo impetu libidinis utebãtur.

Aena nigra: nã ex aluta nigra erat fibula: ut supra: Nigra seruus aluta. Vt quid facias: nã citharœd⁹ & coraules & comœdus ad uocé seruandam fibula utitur: quoniã nimio coitu raucescit. Ne uidearis inuidere: uolentibus. s. uti magno pene serui tui. Remitte: cõcede ut non utaé fibula.

Oluere: Quæ mutuaueras. Bucco: dispensator. Non mea: sed Bucconis.

N omnibus. In Vacerrã qui ut cœnam captaret: omnes inibat cœnatõnes: & in ꝓxĩo loco simulabat se demittere aluum: ut aliqua permanédi cã esse uideret: & parata cœna inuitaret a domino. Cõclaue: locus ad cœnandum: ut est apud Ciceronem. Cœnaturit: cupit cœnare.

Tere. Cõsulit amico ducturo uxorẽ: qui hactẽ⁹ nullũ cũ fœminis habuerat cõmerciũ: ut ante nuptias discat muliebré palæstram a perita meretrice: quoniam a sponsa uirgine & rudi eam discere nõ poterit. huc spectat epigrãma ut derideat eum qui cogitat de ducenda uxore. Flamea: indumenta capitis: quib⁹ in nuptiis matronæ utebantur ad

In Lygdum.

Venturum iuras semper mihi lygde roganti:
Constituisque horam: constituisque locum.
Cum frustra iacui longa prurigine tentus:
Succurrit pro te sæpe sinistra mihi.
Quid precor o fallax meritis & moribus istis
Vmbellam luscæ lygde feras dominæ.

De Bacchara.

Curandum penem commisit bacchara græcus
Riuali medico: bacchara gallus erit.

In Celiam.

Theca tectus ænea lauatur
Tecum celia seruus: ut quid oro
Non sit cum citharœdus aut coraules?
Non uis ut puto mentulam uidere:
Quare cum populo lauaris ergo:
Omnes an tibi iam sumus spadones?
Ergo ne uidearis inuidere:
Serue celia fibulam remitte.

Ad Pætum.

Soluere pæte decem: tibi me sesteria cogis:
Perdiderat quoniam bucco ducenta tibi:
Ne noceant oro mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere: perde decem.

In Vacerram.

In omnibus uacerra quod conclauibus
Consumit horas: & die tota sedet.
Cœnaturit uacerra: non cacaturit.

Ad Victorem.

Vtere fœmineis complexibus utere uictor:
Ignotumque sibi mentula discat opus.
Flamea texuntur sponsæ iam uirgo parata est

uelandū pudorem. Lucanus: Flamea ſollicitū præuelatura pudorem. Tondebit: faciet tonſos tuos cinædos: ne tibi placeât. Peregrina. i. ſi neſciueris uti cunno: ut ſit tibi ignota. Suburranæ meretrici: nam in ſuburra erant meretrices: ut ante. Faciet te uirum: docebit officium uirile.

D primum. Pætus malos miſerat mulos poetæ: quem ad p̄mum lapidem inuitauerat: ut uix decima hora eo peruenerit: cū pigritia accuſaret a Pæto: ait culpam illi⁹ eſſe: qui tam pigros mulos rhedarios miſerit: qualib⁹ ſcilicet Pætus ip̄e utebat: ita eum deridet.

Ittus. Iocatur cum Flacco qui petierat ut uillam baianam uerſibus laudaret: ait enī ſe male indulgeſſe Genio: q̄ uerſibus baianis: pluris enim ſe facit q̄ baias: quas Flaccus uerbis magnificis aureum litt⁹ appellabat. Baias: totiens inculcatū eſt ī contéptum Flacci. Vtrū q̄: indulgere Baiis & mihi. Detur: ut faciam hoc. Quid: o quantum Martialis & Baiæ. i. ut ego mihi indulgeam: & tam̄ Baias laudem: & ī ea uerſuum cura uoluptatem capiam.

Vm ſene. Egles uicē dolet: quæ & ſpadoni nupſerat: & adulterum ſenem habebat: ut neuter uiri officium præſtare poſſet: optat miſera alterum ſpadonem fieri uirū: alterum ſenem fieri iuuenem.

Sicca: carēs officio uiri. Opi: uenereo. Anus: ꝓpter ætatē.

Vterq; labor: uterq; laborās.

Citherea: Venus: quæ geniali toro præes.

On Mẽſa acerna. Menſa ex acere arbore cõfecta p̃ximã citreæ dignitatẽ obtinebat: & cũ citreũ deſideraret ſuccedebant tabulæ acernæ. Mẽſa igit acerna loquẽs ait ſe nõ mĩn⁹ lautis epulis onerari: q̃ citrea ſoleat. Nõ ſũt criſpa: id é nõ ſũ citrea criſpis uenis p̃cioſa: nã citreæ quæ ĩ uena erãt criſpæ magnæ erãt taxatiõis: & tigrĩæ dicebãt. auctor Pli. Filia: ñ ſũ nata. Siluæ mauræ. i. citri atlãtici: nã Atlas mauritaniæ eſt mons.

Randia: Dentes eburnei. Inualeſcente luxu excogitatũ é pedes elephãtinos mẽſis citreis ſupponere: quod ſupra repetito carmine poeta ſæpe oſtẽdit: & ita expoſuim⁹ locũ illũ ĩ iactabũdo q̃ ĩ ſeptis uolebat oĩa coemere: q̃ popoſcerit ebur alte expoſitũ. i. dentes elephãtinos. Pli. hũc luxũ deteſtatur ĩ. xii. naturalis hiſtoriæ nõdũ ĩquit natũ erat ius ex eodẽ ebore: ut deorũ ſimulacra ſpectarẽtur: & pedes mẽſarum. nunc igitur pedes eburnei ex dentibus elephantorum confecti habent hoc diſtichon. Portant. ſubſtinent Taurorum: quia tauri iactantur in theatro ab elephantis. Tabes libycas. i. menſas citreas.

Vncta. Quincupedal a mẽſura quinque pedũ nomẽ habet. hoc utebãtur ad parietes ædificatos dimetiẽdos tãto artificio: ut etiã ſi redẽptor: hoc é qui ſuſceperat parietẽ ædificandũ male ex ædificaſſet: hoc inſtrumẽto deprehẽderet. Ilex: pertica exilice. Pũcta notis. i. diſtincta ſignis menſurarũ. Clauſa acuta cuſpide: cõpacta. Clauſa: mũita. Prodere: deprehendere. Notis: menſura. Furta: ſi minus ædificauit.

On. pocula archetypa nota ſũt uel hui⁹ poetæ carĩe: nã ſæpe hoc uerbo uſ⁹ é: & nos dicim⁹ ea eẽ pocula archetypa: q̃ ãtiq̃ſſiorũ opificũ manib⁹ elaborata ferebãt: undẽ alia ad exẽplũ effigerẽt. Mẽtor ãt nobilis monumẽtis ãtiquorũ ſũmã laudẽ adept⁹ é argenteis poculis elaborãdis. Nõ é gloria nr̃i cæli. i. nõ é gloria artificii nr̃orũ tẽporũ: nã cælũ ſculptoris ĩſtrumẽtũ é. q.d. hæc pocula nõ ſũt elaborata ad alienũ exẽplũ: ſed ipſa Mẽtoris artificio elaborata aliis exẽplo ſtãt: ſũt. n. archetypa: & hæc forma primũ ĩ iis a Mẽtore edita é.

Guſtatorium.

Fœmineam nobis cherſon: ſi credis ineſſe:
Deciperis: pelagi maſcula præda ſumus.

Menſa citrea.

Accipe fœlices atlantica munera ſiluas:
Aurea qui dederit dona minora dabit.

Menſa acerna.

Non ſum cripſa quidem: nec ſiluæ filia mauræ:
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

Dentes eborei.

Grandia taurorum portant qui corpora: quæris:
An libycas poſſint ſuſtinuiſſe trabes.

Quinque peda.

Puncta notis ilex: & acuta cuſpide clauſa:
Sæpe redemptoris prodere furta ſolet:

Pocula archetypa.

Non eſt iſta recens nec noſtri gloria cæli:
Primus in his mentor dum facit illa: bibit.

On ſunt.Calices audaces. Calices audaces uitrei erañt exiguì precii ad circũ maximum expoſiti ſuis officinis:de his ſupra extat carmẽ.Audaces dicti q uaſa chryſtallina falſa ſpecie imitarentur:nunc negant ſe appellandos eſſe audaces:cũ plebei ſint & uitrei:& gemmas non habeant quæ aquis calidis ſolent uitiari in aliis poculis. ſupra: Et nimiũ calidis non uiciant aquis. Vitri:cũ ſumus uitrei. Plebeia toreũata:uaſa tornata plebeia. Feritur aqua ardenti.i.uiciatur aqua calida:ut alia pocula.

Calices.

Non ſumus audacis plebeia toreumata uitri.
Noſtra nec ardenti gemma feritur aqua.

Phiala aurea cælata.

Q uamuis callaico rubeam generoſa metallo
Glorior arte magis:nam meus iſte labor.

Calices Vatini.

Vilia ſutoris calicem monumenta uatini
Accipe:ſed naſus longior ille fuit.

Lances Chryſendetæ.

Grandia ne uiola paruo chryſendeta mulſo:
Vt minimum:libras debet habere duas:

Vaſa aretina.

Aretina nimis ne ſpernas uaſa monemus:
Lautus erat tuſcis porſena fictilibus.

Baſcauda.

Barbara de pictis ueni baſcauda britannis:
Sed me iam mauult dicere roma ſuam.

Vamuis.Phiala aurea cælata cum aliis uaſis cælaturæ fiant gemmis: aut cruſtatiõe aliqua inſerta:phialæ cælabantur ex ſua tantum materia erãt aureæ: adeo duaꝫ unciarũ phiala a Phithea ſculpta ĩcredibili æſtimatione uenit: erant autẽ in emblemate Vlyxes & Diomedes palladiũ ſubripientes.nunc phiala ſe anteponit aliis uaſis hac una laudꝫ nihil habeat inſertum aut alienum:ſed totũ emblema ex eius conſtet materia. Magis glorior arte:id eſt maiorem habeam gloriam ex emblemate. Iſte labor:emblema. Eſt meus:ex me.

Ilia:Calices Vatinii. Vatinius beneuẽtanus calices cõficiebat prominentibus naſis:modo ſingulis modo binis:modo quaternis. Iuue. Et beneuentani ſutoris nomẽ habentem Siccabis calicem naſorum quattuor. Vilia quidem erant uaſa: ſed Vatinii opificio cõmendabantur:ex hoc extat diſtichon. Sutoris:magiſtri. Naſus: illa prudentia & ars Vatinii:alludit ad naſum:nam Vatinius ſutrinæ alumnus diſtorti corporis erat tẽporibus Neronis:ut ex hiſtoria Cornelii Taciti propagatum eſt:q̃uis uilia hæc ſint:tñ a p̃cio opifice cõfecta ſũt. Longior naſus:calicis.erat enim naſutus Vatinius & perit⁹.

Randia. Lances chryſendetæ patinæ erant latiores aureæ:quibus piſces ĩ primis geſtabantur:ſed precioſiores quales erant multi. Ne uiola:ne affice ignominia.

Vt minimum:ad minimum.

Rentina: Vaſa arentina uaſa fictilia:ex terra arẽtina fiebant magna laude:ut Plinius tradit:Rudis antiquitas fictilibus utebantur:quod Numa inſtituiſſe & docuiſſe dicitur.Agathocles ſiciliæ rex cum ex humili conditione in regiam perueniſſet dignitatem:prioris fortunæ non oblitus:fictilibus perpetuo uſus eſt. Nunc ait poeta Porſenam uſum eſſe arretinis:duo deſignans & temporibus Porſenæ hæc ĩ uſu fuiſſe magna æſtimatione:& arretinos illi paruiſſe.erat enim rex cluſinorum in ætruria. Tuſcis: arretinis.

Arbara.Baſcauda uas erat peregrinum:nam britãnia hoc dedit ſeruato patriæ nomine.Iuuenalis: Addas & baſcaudes:& mille eſcalia. Eſcalia:id eſt eſcis apta. picti dicuntur britanni:quoniam glaſtica eſt herba ſimilis plantagini ſucco tingebant:ut horribiliores in bello eſſent:nam eo nigreſcebãt in ſpeciem æthiopum:eorumq; uxores eodem medicamento utebantur in quibuſdam ſacris Plutonis. Barbara:uaſa peregrina.

Pictis:glaſto. Suam:quia dicit me romanam.

INon:Panaca.Menda eſt apud Ptholomeũ ꝑ pañacis populis rhetiæ pañari ſcriptum eſt:indemittebãtur uaſa uinaria de nomine patuæ panaca dicta.Rhetiãr populi in italiam uſque ſupra Veronã & Comum extendũtur:habétque uina iudicio.Virgilii falerno tantum cedentia:Strabonis ſententia certantia cum omnibus:grata Auguſto: ut ſcribit Trãquillus.Rhetti a Rhetoduce. Si non eſt ignota:id eſt ſi aliquando fuiſti Veronæ. Potaſti uina thetica:panaca. Mea teſta:me panaco uaſe.

Vm mihi boleti.Boletaria uaſa cõdédis boletis cõparata ex forma:ſed tñ deſtinabãtur coliculis:q inter cibaria gaudeata numerãtur ſñia Apitii:q id docuit tꝑibus Tiberii:conquerũtur ꝙ cũ nomen héant a boletis coliculis ſuiãt. Proto tomis coliculis.i.teneris & quiꝑmi ſuccidunt. Nomẽ tã nobile:qa dicor boletaria:nã boleti nobilliſſimi erãt.alibi: Boletos mittere difficile.

Ccipe:Calices ſurrẽtini. Surrẽti ĩ campania æqua æſtimatione terra erat:ex qua uaſa confecta cũ arẽtinis certabãt:ſed præſtabãt leuitate: nã leuigabant. Non uili:nõ ignobili. Leue:politum rota.

Etinos: Colũ niuarium. Niues ſuatæ ĩ penu uina refrigerabant hoc pacto: nã cola hoc é ſacci niuibꝰ ĩplebãt: ꝑ quas effuſa uina colabãt gratiſſimo frigore:hoc é qđ ſupra dixit uina tranſmiſſa ſacco ſollicito:cola aũt lautioribꝰ ſuiebãt.hébãturqꝫ maioris ꝑcii:nã expolitis uiminibꝰ:aut certe páno craſſiore cõſtabãt: eadẽ uuis exꝑmũdis erãt apta. Virg. Tu ſpiſſo uimĩe qualos: Colaqꝫ ꝑlorꝫ fumoſis deripe tectis:cõficiebãtur itẽ ſacci ad eundẽ uſũ lintei:ſed minore ꝑcio.Cola aũt dicta ſunt a colãdo:nã inde uina colabãtur Pli.Hi niues:illi glacié potãt: pœnaſqꝫ montiũ ĩ uoluptatem uertunt.ſeruatur algor æſtibꝰ:excogitaturqꝫ ut alienis menſíbus nix algeat. Frange trientos ſetinos:cola uina ſetina:hoc eſt præſtantiſſimũ. Non inferiora noſtra niue.i. per noſtrã niuẽ. Lina:hoc eſt unum uilius potes colare per ſaccos linteos.

Ttenuare. Saccus niuariꝰ ait ſe ñ ĩferiorẽ eſſe colo:q̃do niuibꝰ ſuis colatũ uinũ ñ ſit minꝰ recés q̃ mãet ex colo niuario. Nra lítea:páni lítei.tuo colo.ſ.niuario. Salit:exit. Rigida.Vrceoli miniſtratorii dicebãt qbꝰ frigida & aqua calida miniſtrabat méſæ cũ utraqꝫ uiciſſim miſcebat.monẽt potatuꝫ ne nimis moroſã tẽpatõnẽ & mixturã diſqrat. Ludere:laſciuire. Siti moroſa:difficili:& quæ nulla manſura contenta ſit.

Ic tibi donatur.Vrceus fictilis hoc loco commendatur ab opificio:quo uel ſeueriſſimum conuiuam ad ſitim aquæ gelidæ quæ luxuriantibus tantum datur allicere poſſet. Fronto:in hiſtoria eſt Cornelii Taciti de quo non loquitur hoc loco:eſt item in epiſtola Pli.Secũdi laudatus ab arte dicendi.Fronto tertius ſtoicus:cuius meminit poeta:quoniã iã recétioꝫ tẽporũ erat. Panſa anſa.lata anſa & diſcreta:ut panſi boues habẽs cornua in diuerſum tendentia. Stoicus:q̃uis ſtoicus eſſet.

Panaca.

Si non ignota eſt docti tibi terra catulli:
Potaſti teſta retica uina mea.

Boletaria.

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen:
Prototomis:pudet heu:ſeruio colliculis.

Calices Surrentini.

Accipe non uili calices de puluere natos:
Sed ſurrentinæ læue toreuma rotæ.

Colum niuarium.

Setinos moneo noſtra niue frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

Saccus niuarius.

Attenuare niues norunt & lintea noſtra:
Frigidior colo non ſalit unda tuo.

Vrceoli Miniſtratorii.

Frigida non deſit:non deerit calda petenti:
Sed tu moroſa ludere parce ſiti.

Vrceus Fictilis.

Hic tibi donatur panda ruber urceus anſa:
Stoicus hoc gelidam fronte petebat aquam.

Os ſatyrus: Calathi. Calathi baccanalibus celebrâdis dicati erât calices uinarii. Virgilius: Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar. horum uſu nunc gloriat. Satyrus: Comes Bacchi. Bacchus: cuius ſacra peragimus. Tygris ebria: quæ uino delectat. Væ. Calices ſaguntini. Saguntũ mittebat terrâ uaſis fictilibus aptã: Vnde lagœna ſagũtina a luuenale dicit ſaguntinis calicibus cõſerta pugna. nũc cõmẽdant: q; cũ alia pocula tractent: & cuſtodiantur magna ſollicitudine: ĩ his nulla cura opus ſit. ſũt enĩ uaſa uilia: & ſi franguntur aut nullã aut certe paruam afferunt iacturã. alibi: Ficta ſagũtino cymbia malo luto. alibi: Septenaria ſyntheſis ſagũti. Papi. Vnã mittere ſyntheſin: Quid horres alborum calicũ: atque cacabos

Calethi.

Nos ſatyrus: nos bacchus amat: nos ebria tigris
Perfuſos domini lambere docta pedes.

Calices ſaguntini.

Quæ nõ ſollicitus teneat: ſeruetque miniſter:
Sume ſaguntino pocula ficta luto.

Calices gemmati.

Gemmatum ſcythicis ut luceat ignibus aurum:
Aſpice quot digitos exuit iſte calix.

Ampulla potoria ſeu parcaria.

Hac licet in gemma quæ ſeruat nomina coſmi
Luxurioſe bibas: ſi foliata ſitis.

Cryſtallina.

Frangere dum metuis frangis cryſtallina: peccãt
Securæ nimium ſollicitæque manus.

Nimbus uitreus.

A ioue qui ueniet: miſcenda ad pocula largas
Fundet nimbus aquas: hic tibi uina dabit.

Patella cumana.

Hanc tibi cumano rubicundam puluere teſtam
Municipem miſit caſta ſibylla ſuam.

Emmatum. Calices gemmati. Calicibus iſerebant gemmæ ſmaragdi i primis qui ſcythici dicunt: quoniã illic aduecti cæteris præſtant: auctor eſt. Pli. eo uſque procedẽte luxu: ut Multi gẽmas digitis detractas populis inſererẽt. Iuuena. Nã uiro ut multi gemmas ad pocula trãſfert a digitis. Ignibus ſcythicis .i. ſmaragdis ſcythicis perlucidis. Aurum: id eſt poculum aureum.

Ac licet. Ampulla potoria unguentis. tantum dicata erat: ſed in bibendi uſũ uſurpata: potoriæ cognomen ſibi adoptauit. Ex hoc iocatur poeta: aitque aliquẽ poſſe uti ampulla: ſi quidem uult potare unguenta. Foliata: unguenta quæ nardina dicebantur. Coſmi: unguentarii. Si ſitis foliata. i. ſi unguentum foliatum optas bibere.

Ryſtallina. Ex gelu concreta precioſiſſima uaſa erant: hæc mittebat oriens. Indica cæteris præſtabant: naſcebantur præterea in aſia ad alabandam & droſiam: Xenocrates: auctor eſt uas chryſtallinum ſextariorum quattuor ex india fuiſſe allatum: mittũtur nunc monente poeta quo pacto ſeruari poſſint: ne frangantur: ut. ſ. ſeruus qui ea tractabit: nec nimium negligat: nec nimium ſit ſollicitus: nam & non curanti temeſ excidũt & a timente ſubſtineri non poſſunt labantibus manibus. Peccant: ſinunt excidere.

Ioue. Nimbus uitrens uas erat: cuius in primo meminimus: uitreum quo ſpargebatur in theatris crocum uino dulci mixtum. ſupra: Et cylices nimbis hic maduere ſuis. nomen datum eſt a nimbo cæleſti: cuius inſtar odoramenta illa fundebat. Nimbꝰ: cæleſtis. Hic Nimbus: cæleſtis. Hic nimbus: hoc uas. Vina mixta. ſ. croco.

Anc: Patina cumana. De patina cumana hoc ſcribi exiſtimo: nam cum patinarum luxuriam multis uerſibus redarguiſſet. Pli. addidit rhegium & cumas his nobilitari: hoc eſt rhginas & cumanas eſſe in precio. erat autem hæc fictilis. Caſta: uirginitate nobilis.

Municipem: e municipio ſuo cumano.

Spicis. Calices uitrei ex ægypto aduehebant elaborari magno opificio: pereuntesq; sæpe in medio opere: dū opifex plus industriæ adhibet ut faciat ornatiores. Ingenium nili: calices ingeniose factos ab ægyptiis. Plura: ex artificio. Perdidit opus. i. fregit

Calidū. Myrrhīa. Vasa myrrhīa cōstabāt ex quodā humore sub terra cōcreto in uarias maculas. Parthia: & carmania pīsertim hæc uasa suspperditabat. Myrrhīa itē genus uini erat cōditi myrrhæ odore: ut Plautus īpsa fabula docet: & ī pseudulo: dū dulcia uina recēset hæc ait: Ecqd habeāt roga: myrrhinā: passū: defrutū: mella. nūc de uasis loquitur: a quorū colorē locās ait posse his fieri calidū uinū: nā eorū maculæ ex purpurea & lactis colore ignescūt. odor ēt in his commēdat auctor Pli. Myrrha: uas myrrhinū. eodē uerbo utit Papi ī Carío. Myrrhasq; graues. i. uasa myrrhīa. Fit melior: qa odor ī myrrhinis cōmēdatur.

Poletina. Lagœna niuaria aqua ex niuibus expressa magni hēbat precii. apte igit monet lagœna niuaria: ne aut spoletīo: aut peligno uino hoc aquæ genus misceret: sed tātū falerno & aliis quorū pcio cōuenit. loqtur aūt d aqua decocta: quæ niuibus refrigerat: qlis est apud Iuue. Frigidior geticis petit decocta pruinis: & Plini. Seruat algor æstibus: excogitatumq; ut alienis mēsibus algeat nix: decoquūt alias quas mox & alias hyemāt. Cellis marsis: pelignis. Quo tibi. i. ī quē usū erit tibi. Spoletina: pessima. s. uina bibis: ī quē igitur usum poscis aquā niueā: quæ prætātissimo tātū uino solet īfūdi.

Calices uitrei.

Aspicis ingenium nili: quibus addere plura
Dum cupit: ah quotiēs perdidit auctor opus.

.anihrryM

Si calidum potas ardenti myrrha falerno:
Conuenit: & melior fit sapor inde mero:
Lagœna niuaria.

Spoletina bibis uel marsis condita celis:
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ.
Niues.

Non potare niuem: sed aquā potare rigentem:
De niue commenta est ingeniosa sitis.
Idem

Massiliæ fumos miscere niualibus undis:
Parce puer: constet ne tibi pluris aqua.
Matella fictilis.

Dum poscor crepitu digitorū & uerna moratur:
O qnotiens pellex culcitra facta mea est.
Ligula argentea.

Quāuis me ligulam dicant equitesq; patresq;:
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Nobile frigus aquæ decoctæ. i. aqua hæc nō est ī tuum usum: si aut pelignū: aut spoletinum bibis: quæ pessima sunt uina: sed bonis adhibenda est.

On. Eadē lagœna. Est cōmēta: iuēit. i. excogitauit aquā decoctam. De niue: refrigeratā ex niue.

Assiliæ. Idē argumētū. Vndis niualibus: aqua refrigerata ex niue.

Pluris cōstet: q̄ tale uinū. q. d. isto uino est hæc aqua preciosior.

Vm. Matella fictillis uas urinarū: quod a domino percebatur pcussu digitorum. supra: digiti crepātis signa nouit eunuchus Et delicatæ suscitator urinæ. Pellex: ab uxore dicit meretrix uiri. Culcitra pellex: fit matellæ cū in eius locū perfundit. Mea pellex: perfussa est loco meo: quum ego deberem.

Vāuis. Ligula argētea. Ligula instrm argenteū tractandis aromatis aptū: quod īsaturnalibus mittebat. c itē uīculi genus quo calcei alligabant: ut Festus scribit & Pollux apud græcos. līgula uero glandius erat a similitudine linguæ dictus: auctor Gel. cum aūt & illud instrm argenteū linguæ specie haberet: lingula dicebat a grāmaticis cōtendētibus primitiui rationē seruādam esse. & cū a līgua līgula diceret lingulā ee accipiēdū: sed ciuili quadā usurpatione ligula dicebat indoctis grāmaticis: uolētib⁹ analogiā seruare. q. d. in usu est ligula in ratione: de qua sunt solliciti grammatici. Lingula: sed indocte faciunt: q̄ lingulam usui aduersantes me appellant.

Vm. Cochlearia a cochlearum similitudine dicta sunt: nunc interrogat quare dicant cochlearia: cum nõ minus aliis cibis seruiant: q̃ cochleis: sed appellata sunt a specie cochlearum non ab alicuius cibi usu. Oua autem & cochleæ mensarum initio apponebãtur. supra: Et cochleas tibi habe: perdere nolo famem.

Nte: Annuli in usu equitũ erant. Equites autem ante legẽ Othonis a Domitiano renouatã cõplures erãt multis infra cẽsum equestrem dignitatẽ occupantibus: sed post legẽ illã rari facti sunt: nã pauci poterãt se equites cõstare: nã & a cõsessu in. xiiii. theatri arcebãtur: & nusq̃ ꝑ equitibus habebãtur: qui infra censum erant. supra: Rarius nunc adhibet eques. Eqtes dicebãtur: q̃ faciebãt stipendiũ equo: hi erãt alieni: nã in militiam cõducebãtur aliena stipe: ad quorum differentiam qui censu & dignitate erant equites: dicebãtur equites nõ alieni: sed sua tãtum dignitate & cẽsu equites. Ita locus ille exponatur: ut supra: Aut quem pro sequit non alienus eques: id est eques diuitiis & censu non cõductus militia: qui alieni dicebant ex historia: Itaque renouatæ legis a Domitiano annuli mittuntur hoc distícho. Ante. s. quã renouata esset Othonis lex. Frequẽs. i. multi qui se dicebant equites. Vt posset dño. i. Cæsari plaudeꝛe iustus eques. Nunc. i. post renouatam legem. Rarus. i. pauci. Nam pauci sunt qui habeãt censum equestrem: & annulos mittere possint tanquã equites. Fœlix: ille potest uideri: cui eques nõ alienus comes é: Nam equites comites erant imperatorum: ut supra: ac si diceret adeo pauci nunc sunt equites: ut plane fœlix sit: qui habet equitẽ comitem magnæ nunc dignitatis.

Aepe: Dactylotheca. Dactylotecha nomen non habet latinum. significat autẽ plures gemmas eodẽ repositorio collocatas: & repositoriũ ipsum. Id Scaurus Syllæ: puignus primus inuenit. Pompeius dactylothecam mitridaticam in capitolio dicauit. nunc loquitur & usum sui laudat. Elabitur: effluit. Grauis: põderosus. Mea fide: mea custodia: quia seruabo gemma id est annulum.

Omanos: Toga. Versus est uirgilianus: sed ut puto aliter acceptus a poeta quã scripserit Virgilius: Nã ille ĩtelligit ꝑ gẽtẽ togatã romanũ populũ: cũ toga olim romãorum tantũ uestis esset nulla ĩter eos discretione. postea in usũ uenit tantũ eorũ qui diuites sequebant: unde togati sæpenumero dicti sũt a poeta anteãbulones. Gẽtẽ igit togatã ipse ĩtelligit comites togatos: ut dicat Domitianũ qui patrẽ cælo cõsecrauit facere ut romani sint domini rerũ & habeant togatos. Magno patri. i. Vespasiano. Astra. i. cælum Gentem togatam. i. comites togatos. uel arma dedit magno patri: quoniam Domntianus adhuc puer capitolium defendit cum Sabino patruo. Tacitus & Suetonius auctores. Dedit arma: suppeditauit præsidium. Magno patri: id est Ioui.

I. Idem est argumentum: quo indicatur usus togæ: quæ sumebatur ab his qui diuites salutabant: & eorum comites errabant per urbem. Multa sportula ueniet: id est dabitur tibi. Si facile est tibi: id est si facile potes mane surgere. Alibi de salutatione: Discursus uarios uagumque mane. Iuuenalis: Sollicitus ne tota salutatrix iam turba peregerit orbem.

Cochlearia.

Sum cochleis habilis: sed nec minus utilis ouis:
Nunquid scis potius cur cochleare uocer.

Annuli.

Ante frequẽs sed nunc rarus nos donat amicus:
Fœlix cui comes est non alienus eques.

Dactylotheca.

Sæpe grauis digitis elabitur annulus unctis:
Tuta mea fiet: sed tua gemma fide.

Toga.

Romanos rerum dominos gentẽq; togatam
Ille facit: magno qui dedit astra patri.

Idem.

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos
Attrita ueniet sportula sæpe toga.

Auperis. Endromis ueſtis uilloſa: q̃ũæ in gymnaſiis ſumebaṫ ab his q̃ũi ſe excerce
bãt ĩ palæſtra: mittebaṫ e gallia q̃uis nomẽ eſſet lacedæmoniũ. ſupra: Quæ lacedæ
moniũ barbara nomẽ habet. Iuue. Endromidas tyrias & fœmininũ ceroma. Exigui erat
precii: licet a diuitibus tãtũ uſurpareṫ: nam ſoli diuites in gymnaſiis exerceri ſolebant.
Pauperis ẽ: munus: pauperes mittũt. Nõ eſt uſus pauperis: Nã ſoli diuites ĩ gymnaſio
exercenṫ: unde alibi gymnaſii labores modo uanos: modo ſtultos appellat.

Aec tibi: Cauſinæ fuſcæ.
Lanæ cauſinæ: nullo medica-
méto ſuo tm̃ uelerĩ rutilæ erãt:
quas erithras appellabãt: lmi-
tabanṫ igiṫ colorem mulſi: ſed
cũ erant fuſcæ: ſpeciẽ mulſi mi
xti præſe ferebant: nunc mit-
tuntur fuſcæ quæ hac una re
poſſunt cõmẽdare: q̃ diu eun-
dem retinebũt colorem nec ci
to uidebunṫ attritæ. Simili-
ma mulſo turbato: id ẽ mixto
& cõfuſo: ita enim ſubruffum
uidebatur. Non fiet anus: id
eſt non uidebitur attrita.

Allia. Bardocucullus ue
ſtis gallica erat: cuius ſu-
pra meminit. Hæc cum & ui
lis eſſet: & noua quadã forma
conſuta: uidebatur penula cer
cophitecoꝝ. cercophiteci aũt
ſimiæ caudatæ ſunt. Santo
nes: populi galliæ. Penula: ue
ſtis.

Oma. Cauſinæ ruffæ ſuo:
ut dixmus uellerĩ rubebãt:
ſed ex his fuſcæ tantum place
bant romanis: Ruffæ aũt gal-
lis pueris & militibus. Fuſcis
togis: canuſinis fuſcis.

Endromis.

Pauperis eſt munus: ſed non eſt pauperis uſus:
Hanc tibi pro togula mittimus endromida.

Canuſinæ fuſcæ.

Hæc tibi turbato canuſina ſimillima mulſo
Munus erit: gaude: non cito fiet anus.

Bardocucullus.

Gallia ſantonico ueſtit te bardocucullo:
Cercopithecorum penula nuper erat.

Canuſinæ Ruffæ.

Roma magis fuſcis ueſtitur gallia ruffis:
Et placet hic pueris militibuſque color.

Penula ſcortea.

Ingrediare uiam cælo licet uſque ſereno:
Ad ſubitas nuſquam ſcortea deſit aquas.

Lacernæ coccineæ.

Si ueneto praſino ne faues: qui coccina ſumis:
Ne fias iſta tranſſuga ſorte uide.

Pileus.

Si poſſem totas cupĝrem miſiſſe lacernas:
Non tantum capiti munera mitto tuo.

Ngrediare: Penula ſcortea pellibus conſuta dicebaṫ: nam ſcorta apud antiquos pel-
les ſignificabãt: unde impudicæ mulieres nomẽ dixerunt. Vetus eſt ædilitiũ edictũ
ne quid ſcorteũ hoc eſt ex pellibꝰ tẽplis inferaṫ. Nefas. n. erat aliquid morticiniũ adeſſe:
ut ſcribit Varro. hec aũt arcẽdis pluuiis ſumebanṫ. Ad ſubitas: id eſt ſi ſubito & repẽ
te plueret. Nunquã deſit: quin tecum afferas.

I ueneto: Lacernæ coccinæ: De cocco ſatis ĩ ſuperioribus libris dictũ eſt: cuius co
lor notus eſt. nũc cũ mittanṫ lacernæ coccinæ: iocaṫ poeta amicũ monẽs: ut ſi aut
praſſinæ aut uenetæ factionis eſt: nam Praſſinus & Venetus agitatores ſuas habebant
factiones: quẽadmodũ alii aurigæ habent. auctores ſunt Feſtus & Tranquillus: Non in
duatur ueſte coccinea: hoc autẽ ait iocans ex colore: nam Praſſinus agitatoris nomẽ: quã
uis propriũ ſit. tamẽ in latinũ conuerſum ſignificat uiridẽ: & uenetus color ſubobſcurus
erat. Qui igitur induit coccineas: a Praſſino & a Veneto diſcedit. Ne fias tranſſuga: ne
relĩquas factiones. Hac forte munere ueſtis ãplius enim nec Veneti nec Praſſini: quo
rum neutrius colorem habebis.

I Poſſem. Pileũ libertatis ĩdiciũ in ſaturnalibꝰ: ĩ quibꝰ cũ lacernæ ẽt ſumerẽtur cauſã
affert pauper quare eas nõ miſerit cũ pileo. Munera capiti: pileum.

On ẽ.Lacernæ bæticæ.Lana bætica auctor Pli. rutila erat ut canusina.lacernæ ex ea cõfectæ nũc gloriant: ꝙ nullo medicaméto sint coloratæ: sed sua tm̃ natura: in quo præferri uolũt tyriis. quæ aheno purpuræ tinguntˊ. Lana médax: tincta. Sic placeãt.i. esto ꝙ placeãt & sint gratæ tyriæ suo medicamine. Ouis: quia ita eram colorata: ut nunc sum in oue. Tinxit: nam in oue ita nata sum.

Ascia.Fascia pectoralis cõpescendis papillis dabatˊ ne nimiũ tumescentes deforme pectus redderent. Nostra manus: id est ut papillæ stent ĩtra gratam mensurã.i. ut manib⁹ comprehendi possint: nam ita sunt gratiores.

Mphitheatrales: Lacernæ albæ. prodibant ĩ spectaculũ ĩperatores comite senatu & equestri ordine gestantib⁹ omnib⁹ lacernas albas nõnũquã. supra: Sãcto cũ duce cã didus sederet. hunc usum districho profitentˊ lacernæ albæ.

Vsus amphitheatrales: usus spectaculorum.

Ec uestis cœnatoria quæ intra domũ sumebatˊ ad mẽsam suũ ꝓfitetˊ usũ. Numero tamẽ multitudinis & genere neutro supra dixit: Cœnatoria mittat aduocato: & hoc loco. Nec fora: hoc dicit ꝓpter uestẽ quæ forẽsis dicebatˊ a foro: ut Cicero scribit: ubi tantũ gestabatur cœnatoria uoluit p̃ ferri forẽsibus: quia ipsa sunt ad qetem & ocium. Nobis fora: ut uesti forẽsi. Hoc opus est: hoc agimus: nos. Pictis toris: pauoninis & cultris triclinĩis.

I recitaturus. Focale capitis tegmentũ erat ad aures promissum: quo recitaturi oratores utebanˊ: ut inter strepitus obaudirent actioni intenti a faucibus dictũ. Fabi⁹ Quintilianus hoc delicatis tantum oratoribus & ualitudinariis permittit: ut eo districho expositum est: Quid recitaturus circundas uellera collo? Cõueniunt nostris auribus ista magis. Ex hoc distichi existit argumentũ: ut ostẽdat focale non cõuenire oratoribus: sed audientibus: ne obtundãtˊ: inanem & delicatum nimis usum focalis designãs. Asserat: uindicet a strepitu. Libellum: meum.

Empora. Lena uestis hyemalis apud græcos chlena dicta uillos grãdiores habebat: & supinduebatˊ palliis. sola igitˊ nõ poterat frigus arcere: sed pallia supincta crassitudine uillo⁹ calefaciebat. Lenia.i. uestes lenæ. Mei uilli: pallia uestra quæ subsunt.

Obilius. Mantile: Mappa uillior erat: q̃uis abusione uirgiliana alicuius uideatur auctoritatis: qui mantilia pro mappis dixit: Tonsisq; ferũt mantila uillis: mappæ autem uillosæ citris mensis ob nobilitatem erant delegatæ. mantile nullum mensæ genus repudiabat: erat enim uile. Lintea: panni ex lino qcunq; sint. lintea ité peculiari significatione in usu thermarum erant corporibus abstergendis: ea dicebantur lintea teritorta: quod sordes tererẽt e corporibus. Nũc lintea uillosa mappam significat: quæ uillorum subtilitate erant in precio.

Lacernæ Bæticæ

Non est lana mihi mendax nec mutor aheno:
Si placeant tyriæ: me mea tinxit ouis.

Fascia pectoralis.

Fascia crescentes dominæ cõpesce papillas:
Vt sit quod capiat nostra tegatq; manus.

Lacernæ.

Amphiteatrales nos commendamur ad usus:
Cum tegit albentes nostra lucerna togas.

Cœnatoria.

Nec fora sunt nobis: nec sunt uadimonia nota:
Hic opus est pictis accubuisse toris.

Focale.

Si recitaturus dedero tibi forte libellum.
Hoc focale tuas asserat auriculas:

Læna.

Tempore brumali non multum læuia prosunt:
Calfaciunt uilli pallia uestra mei.

Gausapa uillosa uel mantile.

Nobilius uillosa tegant tibi lintea citrum.

Orbibus in noſtris: hocē in mēſis rotundis quas tegimus: q̄d dixit propter mēſas citereas quæ rotūdæ erāt: & orbes libyci appellatæ ſūt a Mart. Circulis: panis erat mixta farina caſeo & aqua: qué qui īcōdite faciebāt lixulæ & ſemilixulæ dicebant. hic aūt accipit circulū ꝓ omnis generis rotunditate ex quouis ligno: cū mantile dicat circulum etiam ſibi ſatis eſſe qué tegat adeo a citereis orbibus abeſt.

Vngere. Liburnica. liburnicæ lanæ ſimiliores erāt pilis q̄ uellerib⁹ īutiles pexis ueſtibus textoꝝ tātū arte cōmēdatæ. unde togæ textæ tīctæ ruffo colore paꝝ eū retinebāt inficiētes ſupindutā lacernā. accuſat igit ille q̄ liburnicis ſupinduat albas lucernas: nā ruffo colore īficiunt. Iūgere: ſupinduere. Callaicas: rutilas. uel ab auro callaico: qd rutilū eſt: uel a lanis callaicis: q̄ rutilæ ſt.

On nos. Vdones cilicei. Cilicia dicūtur īdumenta ex caprīs pilis cōtexta a cilicib⁹ q̄ ea ꝑmi īſtituerūt. Vdones uerbo peregrino calciaméta ſunt: nūc mittūt: īdicātq; ex quo genere lanæ cōſtét. Mariti olentis: hirci. Plāta: pes. Sinu cinyphio: pilis hircinis: nā hirci cinyphii ſunt dicti a cinyphæ aphricæ flu. ad quem ſunt magna copia.

Vm. ſyntheſis ueſtis ſaturnalitia nota a ſuperioribꝰ libris ī luxū ſumpta nōnunq̄ a Nerone q̄uis ſaturnalia ñ agerentur: cū tantū induat ſaſturnalibꝰ depoſita toga. Syntheſis ité uas fictile. ſupra: Septenaria ſyntheſis ſagūti. & Papi. unā mittere ſyntheſim q̄d horres Alboꝝ calicum atq; cacaborū. Tuo iure: ſine reꝑhéſiōe. Per q̄nq; luces. i. ī ſaturnalibꝰ quæ durabāt q̄nq; diebꝰ.

Ellera. Tunicæ patauinæ cōtextæ multa lana in tantam cōplebantur craſſitudiné ut perfinde ac tabulæ ſecari poſſe uiderétur. Strabo copiam ueſtium & pannorum miſſam fuiſſe a patauinis romam teſtatur. Trilices: dicunt triplici litio textæ. Sumāt: dum texuntur. Multa uellera: multā lanam.

Aec. Spongia græca dictio é: unde ītegrā ſeruauimus appellationem perfuſa aqua méſarū colorem inſtaurabat tergendo. Sorte: muneris. Tumet: inflat aqua: eadem immundis uaſis tergendis erat in uſu. ſupra: Damnatæ ſpongia uinę æ.

S mihi. Penula gauſapina. penulæ ſeruoꝝ ueſtes & pauperioꝝ ex lana appula optime texebant. páni gauſapini uilloſi dicunt: nam gauſape ſtramétū erat militare: groſſioribus pilis. penulæ igit gauſapinæ: q̄uis hyemales eſſent: æſtate tamen poterant delectare: quod ſupra diximus: Menſe uel auguſto ſumere gauſapinas. Is candor: id eſt talis candor etiam. Media meſſe: quāuis ſim hyemalis.

Inge Ceruical ex plumis refertū ſubſtétandæ ceruici iacétiū paratū erat: eratq; ī uſu tātū delicatoꝝ hoīum: iccirco conducūtur apud Iuue. ceruical amicæ: clamante Pli. uſq; eo ꝓceſſiſſe delitias: ut ne ceruices q̄dé uiroꝝ ſine pénis ſuſtineri poſſint: ide monet

Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt.

Cuculli Liburnici:

Iungere neſciſti nobis o ſtulte lacernas.
Indueras albas: exue callaicas.

Vndones Cilicii.

Non nos lana dedit: ſed olentis barba mariti.
Cinyphio poterit planta latere ſinu.

Syntheſis.

Dum toga ꝑ quinas gaudet requieſcere luces:
Hos poteris cultus ſumere iure tuo.

Tunicæ patauinæ.

Vellera cum ſumant patauinæ multa trilices:
Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.

Spongia.

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis.
Vtilis expreſſo cum leuis imbre tumet.

Penula Gauſapina.

Is mihi candor ineſt: uilliorum gratia tanta eſt:
Vt me uel media ſumere meſſe uelis.

Ceruical.

Tinge caput nardi folio: ceruical olebit:

eum cui mittit ceruical: ut tingat caput nardo tãquã luxurioſum & delicatũ hoiem. Folio nardi: ex quo foliatũ unguentum fiebat. Pluma: ceruical. Tenet: ſeruat.

Tragula: Cubicularia gauſapina. cubicularia ſtragula erãt cubiculi. gauſapĩa. i. uilloſa: ut ſupra expoſuim⁹. locat ĩ eũ q habet uxorẽ anũ. Ei. n. nihil poſſunt calore ſuo ꝓdeſſe: cũ ꝓxĩa uxore cõgeleẽ. Stragula uilloſa: cubicularia. Tapetis purpureis: inſtar tapetoꝝ. Cõgellat uxor. q. d. & ſi uilloſa ſumus: nihil proſumus tibi ad calorem.

Perdidit unguentum: cũ coma pluma tenet.
Cubicularia Gauſapina.

Stragula purpureis lucent uilloſa tapetis:
Quid prodeſt ſi te congelat uxor anus?
Lodices.

Nudo ſtragula ne toro paterent:
Iunctæ nos tibi uenimus ſorores.
Amictorium.

Mammoſas metuo: teneræ me trade puellæ:
Vt poſſint niueo pectore lina frui.
Cubicularia polymita.

Hæc tibi memphitis tellus dat munera: uicta eſt
Pectine niliaco iam babylonis acus.
Zona.

Longa ſatis nunc ſunt: dulci ſed pondere uenter
Si tumeat: fiam tunc tibi zona breuis:
Gauſape quadratum.

Lodices mittet docti tibi terra catulli:
Nos elicaonia de regione ſumus.
Semicinctum.

Det tunicam diues: ego te præcingere poſſum:
Eſſem ſi locuples munus utrunque darem.

Vdo: Lodices: Lodicib⁹ totus lecti apparatus cõ tegebaẽ. erãt aũt geminæ ĩ optoriũ coeũtes: hunc uſũ ex ſe docent. Nos: lodices. Toro nudo. i. lecto nõ operto nobis. Stragula eſſẽt nuda: niſi nos eſſemus quæ ea tegimus.

Ammoſã. Amictoriũ in dumẽtum erat pectoris dormienti: ne temere iactatus nocturno frigore offenderẽt: erat aũt ex lino mulieribuſq; maxĩe in uſu. Rogat nũc amictoriũ ut tradaẽ poti⁹ ꝓuellæ: q̃ mammoſæ. Lina. i. ego lin teũ. Niueo pectore. ſ. puellæ.

Aec tibi: Cubicularia polymita. polymita dicebanẽ multis litiis cõtexta: q̃ Alexandrini ꝑmi ĩuenerũt: auctor eſt Pli. in. viii. naturalis hiſtoriæ. tanta autẽ arte exercebanẽ: ut maiore ferme ĩduſtria ſingula ĩ his diſtĩguerentur: q̃ babylonia acu poſſẽt: nam babylonii acu ueſtes intexere ceperunt: q̃uis Home. hoc texturæ gen⁹ tribuat helenæ: quã ĩtroduxit ĩtexentẽ uaria certamina Troia ruẽte. Martialis mẽphiticã telluré dixit: cũ alii hoc de Alexãdria ſcribãt: ſed tamẽ Alexãdriaĩ ægypto é: ut mẽphiticã exponas. i. ægyptiã. Victa é: ſuperata é. Niliaco: ægyptio.

Onga zona puellæ datur monens ſe tam diu fore utilem ad cingẽdum: quoad uenter non intumuerit. placet hoc referas ad puellam potius exponens dulci pondere id eſt fœtu: q̃ ad omnes exponens dulci pondere hoc eſt gulæ uoluptate: quæ ciborum ſuauitate capta pondus immittit uentri.

Odices: Gauſape quadratum: Gauſape ſtramentum erat: ut diximus militare groſſioris uilli quadratum dictũ a forma: ut ego abitror: nam & Feneſtella ſcribit. Triclina ſe puero quadrata & compacta aut acere operta ac cedro cœpiſſe. erat autem hoc gauſape pauperiorum cum lodices ſtragulis in eundem uſum lautioribus ſeruirent.

Elicaonia: id eſt patauina: nam licaonia finitima pamphiliæ ſocios dedit Antenori: q patauium condidit: dicta olim Elicaonia ab Elicaone rege: ſed poſtea Licaoniam Strabo Plinius & Ptolomæus dixerunt ſupra: Si prior euganeas clemens elicaonis oras. Terra Catulli: Verona.

Et. Semicinctum: Compoſitione declarat quid ſit: nam medium cingebat hominem tunica demiſſum. Vtrunq; togam & ſemicinctum.

Bria. Lanæ amethiſtinæ. Color i lanis amethiſtinis dictus é a colore lapidis amethiſti. Amethiſtus autẽ a particula priuatiua: & methiſtis quod ſignificat ebrius dicit: ex ratione nominis iocant: cum ſint ebriatæ purpura laconica: quæruntquare amethiſtinæ dicant: quaſi non ebriæ: ſed ut diximus appellationem ſortitæ ſunt a lapide non a nominis deriuatione. Tinctæ: purpura tyria. Tyriæ amethiſtæ dicebant: & ita puto oportere ſcribi lemma lanæ tyriamethiſtinæ. Lana ſobria: id eſt amethiſtina.

Lanæ amethiſtinæ.

Ebria ſidoniæ cum ſim de ſanguine conchæ:
Non uideo quare ſobria lana uocer.

Elleribus: Lanæ albæ candore certabant Plinio & Varrone ita diſtinguentibus: ut apulicam omnibus ante ferrent: ſecundam palmam darẽt lanæ: quæ græci pecoris in Italia dicebatur: tertiam mileſiæ. Martialis hoc diſticho alium ſeruat palmæ ordinem. Parma: oppidum galliæ ciſalpinæ.

Lanæ albæ.

Velleribus primis apulia: parma ſecundis
Nobilis: altinum tertia laudat ouis.

Tertia ouis: tertia palma lanarum. Altinum: non procul a Taruiſio erat: nobile oppidũ

Lanæ tyriæ.

Nos lacedæmoniæ paſtor donauit amicæ:
Deterior lædæ purpura matris erat.

Os: Lanæ tyriæ: Purpura tyria cæteris antefere batur: quamuis laconia ſuum etiam locum uendicaret. Gloriantur igitur lanæ tyriæ ſe i laconia quoque ubi purpura eſt habitas fuiſſe precioſi muneriſ quod argute dicunt: dum aiũt ſe a Paride donatas fuiſſe Helenæ: & purpuram Lædæ: hoc é purpuram laconicam fuiſſe deterioré. Paſtor: Paris. Amicæ: Helenæ. Deterior: nobis.

Lanæ polentinæ.

Non tantum pullo lugentes uellere lanas:
Sed ſolet & calices hæc dare terra ſuos.

Idem.

On: Lanæ polentinæ. polentia oppidum ad alpes: quod & potentia dicebatur nigris lanis ferax: Nigrique ferax polentia uilli. In Hiſpania eſſe polentiam ſcribunt Plinius & Strabo: unde & lanæ mittuntur & calices fictiles: qué admodum ex eadem prouincia ſaguntini & aſtei. Duplici igitur munere laudatur nunc polentia lanis ſcilicet & calicibus. Pullo uellere: lana nigra.

Lana quidem triſtis: ſed tonſis apta miniſtris:
Quales non primo de grege menſa uocat.

Ana. Idem indicat lana polentina ſe ueſtibus ſeruilib⁹ aptam eſſe: his præſertim ſeruis: qui deformes ſunt. Triſtia: fuſca. Tonſis miniſtris: deformibus. Menſa: officium menſæ.

Tomentum lingonicum lenco:
Oppreſſæ nimium uicina eſt faſcia plumæ.
Vellera lingonicis accipe raſa ſagis.

Ppreſſæ. Tomentum leuconicum. Tomentum farcimen erat culcitrarum ex quauis re. Tomentum autem leuonicum erat farcimen ex pilis & lana panno dentoſa a leuconia regione. Tomentum a τεμω quod eſt incido: nam quid in farcimen inciditur: tomentum eſt. Cadurci galliæ populi in tomentis culcitrarum ex ſuo lino palmam obtinebant. Varro ſagum: aut tomẽtũ in culcitra ſolitum ĩculcari ſcribit. Faſcia ut auctor eſt Porphyrio lecti ſuſtinebantur: & Cicero defert ad coniectorem quendam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. Cum igitur lectus erat plenus pluma ob tenitatem facile opprimebatur ad faſciam uſque. Tomentum igitur leuconicum meliorem poteſt præſtare uſum: quando ita lectum implet: ut faſcia non ſentiatur.

Raſa: id eſt detonſa. Sagis leuconicis: ex ſagis detonſa.

Omentū. Tomentūm circēſe erat e ſtrāmine groſſiore: qđ legebaṫ iñ palude circēſi: nā circei olī paludē habebāt. ātiqtas ī lectis ſtramēto utebaṫ: auctorſ ſūt Varro & Pli. ſed īualeſcēte luxu ad tomētū leuconicū ꝓuentū eſt: cū tātū pauperes ſtramento uteréṫ.. Cōſciſa: nā arundines paluſtres ad farcimē concidunṫ: unde & ipſæ tomentū ſunt. Pli. de arundinibus: Aut enim pro pluma ſtrata caupanarum replet: Aut ubi linoſiore callo indurult: & cætera. Pro leuconico: noñ enim poteſt leuconicuu emere.

Tomentum Circenſe.

Tomentum conſciſa palus circenſe uocatur:
Hæc pro linconico ſtramina pauper emit.

Pluma.

Laſſus amyclea poteris reqnieſcere pluma:
Interior cygni quam tibi lana dedit.

Fœnum.

Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma:
Non uenit ad duros pallida cura toros.

Tintinabulum.

Redde pilam: ſonat æs thermarū: ludere pergis:
Virgine uis ſola lotus abire domum.

Diſcus.

Splendida cum uolitent ſpartani pondera diſci.
Eſte procul pueri: ſit ſemel ille nocens.

Cythara.

Reddidit euridicen uati: ſed perdidit ipſe:
Dum ſibi non credit: nec patienter amat.

Idem

De pompeiano ſæpe eſt electa theatro.
Quæ duxit ſyluas detinuitque feras.

Plectra.

Feruida ne trito tibi pollice pulſula ſurgat:

Aſſus. Pluma cygni tantis delitiis lectū īplet: ut nō alia uti dicaṫ. Vēus hæc molliſſima ē preſertī quæ ſup eminēti bꝰ pennis ſubeſt. Interior lana .i. interior pluma cygni quæ lana uidetur. Pluma amyclæa. i. pluma cygni amyclæi: nā cygni aſſiduo epitheto amyclæi dicū tur. Papi. Amyclæos ad fræna citauit olores.

Raudata. Fœnū. Et fœno ꝑ tomēto utebāṫ pauperiores: q hac una re lætari poſſūt q nulla ābitionis cura torquēṫ ex hoc fœnū ſe anteponit plumæ: quando qeté præbet ſine ulla cura. Tumeat tibi: implea tur a te. Fraudata pluma: excluſa pluma. Pallida: quæ facit homines pallidos. Duros toros. i. fœno repletos.

Edde. Titīabulū inſtrmentū eraṫ quo e gymnaſio lauaturi reuocabanṫ ad thermas paulo poſt claudendas. moneṫ igiṫ is qui in gymnaſio eſt: ut ſi lauari uult ſonante tintinabulo ꝓperet: nā paulo poſt nō erit lauandi locus: clauſis termis: oportebitque lauari aq̄ frigida ſiquidem lauari uolet. Redde pilam. i. depone pilam. ſupra: Si neſcis ruſtice redde pilam.

Aes: tintinabulum. Sola uirgine: ſolis aquis uirginis ſiquidem pergis ludere.

Plendida. Diſcus ludus quo pueri græce in gymnaſio exercebantur: numeratus inter quinque exercitationes. iactabatur autem maſſa plumbea alutæ iuncta: in qua referenda & periculum erat: & apparebat ars: ut Pindari interpres docet: hoc genere ludi Hiacynthus a Phœbo eſt necatus. Diſci ſpartani: laconici. Volitant: iactantur. Semel nocens: ſatis ſit q ſemel interfecerit Hiacynthum ſparthanum.

Eddidit. Cythara inuenta ab Orpheo Eurydicem uxorem ab inferis impetrauit: ſed data lege ne reſpiceret ſequentem: amoris impatiens reſpiciendo eam amiſit. Si bi ipſi: non fidebat ſibi.

E pompeiano. Idem in pompeiano theatro Orpheus recitatus eſt repræſentatis ſiluis & feris: quæ ſono alliicerentur. ſupra extat de hoc epigramma.

Eruida. Plectrū inſtrm quo fides plectunṫ hoc é pcutiūṫ Pūſula ut alii codices habēt: Pulſula cytharæ fides é: quæ ex imo acutioré ſonū reddit. hæc facile frangiṫ ſi percutitur digito: cū & digitus ipſe teratur ūtrūque iñcōmodum uitaṫ ſi adhibetur plectrum.

Garrula:resonantia calefacta pcussione.Si uis legere pustula intellige pustulâ nasci i digito:si fidē pulsat sine plectro.calūniator pulsulâ nusq̄ reperiri cōtendit:accipe bone uir alterā sentētiā si prior nō placet:nā ea de causa utrāque dixim⁹:ut si minus altera placeret; ꝓbares alterā:pulsulâ legi posse & dictiōis ratio & ātiq codicis scriptura suadet.nâ pulsula illa in imo fides dicit:quoniā maxime pulsat præter cæteras.Ita cu codices ātiq habēt. & quū Mart.alia finxerit:uerba hoc quoq; potuit deriuare:sed id nō laboro magnope:Nâ quum utrâque dixerim sentē=tiā:alteram & ego non ignora ui:& tu probare debuisti.

Nducēda: Trochus ferrū rotundū ē instar rotæ: qđ terræ ifixū pilas ligneas admittit:uertitq; dū tangit.cât⁹ ferꝝ significat quo rotæ uinciunt: auctor ē Fabi⁹ Quint. Troch⁹ itaq; pueris pōt esse ludus: grādioribus cātus ad usū rotæ uiciēdæ:nā i cātu uertit.alii cant⁹ .i.armoniā dixerūt: qđ placet.

Rota ē trochus.i.dādus. Cā=tus:alludit ad illud ferrū rotæ uinciēdæ. Annulus:trochus. Garrul⁹:resonans. Vagat:flectit. Turba obuia:hominū.

Ocilli.Signū uictoriæ.Si=gna fictilia in saturnalibus mittebāt ueteri instituto:siue ut in monumētis ē epicardi auctore Macro.quōiā Hercules ex ponte sublitio homnium simulacra ꝓ nūero socioꝝ amissorū deiecit:ut nudi i patriā uerentur:siue ꝙ pelagi eadem simulacra instituerīt pro hōinibus:qui olim Saturno mactabantur:redigentes crudele sacrum ad mitiorem ritum: cum reliqua munera dentur sorte: signum īquit uictoriæ germanico extra sorte dā dū ē: cū totiens populo romano uictoriā peperit hoc signū uictoriæ.

Exornent docilem garrula plectra lyram.

Trochus.

Inducenda rota est:das nobis utile munus:
Iste trochus pueris:at mihi cantus erit.

Idem.

Garrulus in laxo cur annulus orbe uagatur:
Cedat ut argutis obuia turba trochis.

Signum uictoriæ.

Hoc illi sine sorte datur:cui nomina rhenus:
Vera dedit decies adde falerna puer.

Sigillum Bruti.

Gloria tam parui non est obscura sigilli:
Istius pueri brutus amator erat.

Saurocton Corinthius.

Ad te reptanti puer insidiose lacertæ:
Parce cupit digitis illa perire tuis.

Hiacynctus in tabula pictus.

Flectit ab inuiso morientia lumina disco:
Oebalius phœbi culpa:dolorque puer.

Hermaphroditus marmoreus.

Masculus intrauit:fontemque remersit utrunq;:
Pars est una patris;cætera matris habet.

Dana Picta.

Cur a te precium daneæ regnator olimpi
Accepit:gratis si tibi.læda dedit?

Decies: pro numero litterarum. Germanici.i.decem cyathos in hilaritatē:satis supra.

Loria.Lemma brutupedion.i.Bruti pusio:nam Brutus ille qui in philippicis occubuit puerū amando ei cognomē dedit:quem Apollodorus cognomine insanus æneum fecit:ut scribit Pli.nunc idem est fictilis. Sigilli:statuæ. Obscura:incognita.

D te.Sauronytius:sauros græce latine significat lacertam.nyto significat uulnero. sauronytius igitur erat puer ære expressus obseruans lacertam obrepentem: ut uulneraret. Corinthius.i.ex ære corinthio fabricatus. Cupit perire:uidet uelle mori.

Lectit. Hiacynctus puer pinctus moribundus ex uulnere disci.

Asculus. Hermaphroditus marmoreus. Fontem: salmacidis. Vtrunque: fœminam & uirum. Patris:Mercurii. Martis:Veneris.

Vr.Daneæ picta corrupta auro a Ioue. Si læda:quæ erat pulchrior dedit gratis sine precio:cur accepit Daneæ precium a te.q.d.non debuit

Vm.Persona germani.Signum erat captiui germani fictile. Batavi populi qui incolunt rhenum domiti a Domitiano. Lusus:lasciui ingenii figuli: qui ludens meita effinxit. Pater:Domi. Timet:nam batavi hostes fuerant Domi.

Lidit.Hercules corinthius.i.ex ære corinthio expressus in cunis necat angues ex historia fabulosa:inde poeta ludit disticho. Respicit:non auertit uultum. Hydra:quæ ab adulto fuit domita. Iam:quum uideret id a puero fieri.

Persona germanica.

Sum figuli lusus rusi persona batavi
Quæ tu derides:hæc timet ora pater:

Hercules Corinthius.

Elidit geminos infans:nec respicit angues.
Iam poterat teneras hydra timere manus.

Hercules Fictilis.

Sum fragilis:sed tu moneo ne sperne sigillum:
Non pudet alciden nomen habere meum.

Minerua Argentea.

Dic mihi uirgo ferox cum sit tibi cassis & hasta:
Quare non habeas egida:cæsar habet.

Europa picta.

Mutari melius tauro pater optime diuum:
Tunc poteras:iocum cum tibi uacca fuit.

Leander Marmoreus.

Clamabat tumidis audax leander in undis:
Mergite me fluctus:cum rediturus ero:

Sigillum Giberti fictile.

Ebrius hæc fecit terris puto mõstra prometheus:
Saturnalitio lusit & ipsæ luto.

Homer. Vatrachomyomachia.

Perlege mæonio cantatas carmine ranas:
Et frontem nugis soluere disce meis.

Vm.Hercules fictilis Turiãus a fragellis accitus a Tarquinio rege iouis effigiẽ fictilẽ fecit ĩ capitolio & Herculẽ fictilem:quippetuo cognomine dict⁹ ẽ Hercules fictilis. hoc igit̃ signũ Herculis q̃ nũc mittitur cũ fictile sit hoc gloriat̃ q̃ Hercules habeat suũ cognom̃ qđ dicat̃ ĩ urbe Hercu.fictilis.

Sigillũ:paruũ signum. Meũ nomen appellari fictilem.

Ic mihi. Palladis clype⁹ quẽ ægidẽ appellabãt imagĩbus Domit.additus ẽ.ĩde Palladis imagĩes sine ægide formabãt. hoc ãt erat fãiliaritatis indicĩũ: cũ numĩe qđ ĩpator præcipue coluit:mittit̃ nunc imago Mineruæ argentea. Cæsar habet: respõdet Pallas.datã autẽ ægidẽ Domitiano supra indicauit Mart.Accipe belligeræ crudũ toraca Mineruæ.

Vtari.Hãc iuppiter taur⁹ traiecit ĩ cretã.argute ĩqt poeta tũc oportuisse iouẽ mutari in taur̃: cũ loquã amabat uersa ẽ in bouẽ:fefellisset enim custodem & iniisset bouem.

Lamabat:Nota fabula in freto sestiaco:cum ad Hero puellam nataret mersus est:quæ mors ob eam causam ei fuit acerba: quod ãte optatũ puellæ amplexum moreretur. Audax:qui se commisit aquis natatu.

